322.. Coll: N. 29. IV. 10.

Obs. et hic ce laudatur a Conringio in introd. in art. medic: Cap: 5. §: 20.
Inter rariora non numerus quin ut liber habetur quoque a Cl. E: G.
Baldinger in Ejus medicinischen Journal I B: IV. St. pag: 26.

12

Surgeon General's Office
LIBRARY.
Section, Med Hist
No. 80560.

DE MEDICA HISTORIA MIRABILI

Libri Sex.

MARCELLO DONATO

SERENISSIMI MANTVAE ET MONTISFERRATI PRINCIPIS

A Secretis & Conſiliario Authore.

Opus varia lectione refertum Medicis non ſolum vtile, ſed & cæteris bonarum artium ſtudioſis pergratum futurum.

CVM DVPLICI INDICE.



SURGEON GENL'S OFFICE LIBRARY.

MANTVAE,

Per Franciſcum Oſanam. Cum licentia ſuperiorum impreſſum.

Anno Domini. M D L X X X V I.

MEDICAL
NOV 25 1908
LIBRARY
2265

SERENISSIMO VINCENTIO GONZAGAE MANTVAE, ET MONTISFERRATI Principi, & Domino meo colendiſſ.

QVVM hiſtorias mirabiles paſsim diſperſas, à Medicis nonnunquam deſcriptas, vel obſeruatas in ſtudioſorũ gratiam colligere, ac dilucidare decreuiſſem, hac in re multum ſtudij, & laboris contuli, multa excogitaui, inueſtigauiq́;, ac nihil eorum deniq; prætermiſi, quæ huius negotij eſſe arbitratus ſum, omnia in certam tractationem redigens, quam quum multis ſæpè efflagitantibus, atq; rogantibus edere ſtatuiſſem, inſtructiorem fortaſsè prodituram, ſi diutius illi inuigilare licuiſſet, qualem iam agitur vndecimus annus e manibus veriùs mihi excidit, quã conſcripta eſt, Cel. tuæ auſpicio in lucem dedi, vt ſi fortè genius, quem in victuro libro requirit Martialis per me illi ingenitus non ſit, tui tamen nominis autoritate

etiam ad poſteros perueniat, cuiuſq́; dignitate, atque ope & comendari, & ab ijs defendi poſsit, qui aut errore aliquo inſcitiæ, aut malignitatis vitio ducti, has fortaſsè lucubrationes noſtras maledictis laceſſent, Tù enim ſummo loco, et ampliſsimo genere natus bonas litteras non ſolum amas, & promoues, ſed & eas probè intelligis, et colis, quorum alterum te prudentia, & humanitate præcellere, alterum verum Principem agere facit, vtrumq́; tuæ laudis quamplurimos admiratores, ac amatores conciliat; eoſq́; præſertim qui bonis diſciplinis conſultum volunt. Qua in re Sereniſsimi Ducis Patris tui ſingularis prouidentia ſuſpicienda, qui te non modò fortunarum, ac Ditionum amplitudine ornatum, ſed & ſtatim à puero cum regio genere, ſcientiarum, atq́; virtutis laudem copulare voluit, Platonis præcepto, quod ipſe ſemper conſtantiſsimè in regnãdo coluit, haud immemor, ſcilicet, Rectores Vrbium eſſe philoſophos oportere, aut earum Reges philoſophari. Quæ aũt Cel. tuæ in me fuerint quotidieq́; ſint merita, longum nimis eſſet commemorare, quorum quidem quum conſcius mihi ipſi ſatis ſim, & quantoperè tibi debeam non ignorem, parem verò menſuram re ipſa nedum cumulatiorem reddere

mini-

minimè poſſe (quæ mea eſt tenuitas) intelligam, præter obſeruantiam quā te proſequar toto corde ad cineres vſq; , hos meos qualeſcunq; ſint labores, nomini, ac patrocinio tuo dicatos grati animi mei pignus, & monumentum, qua me ſemper humanitate complexus es excipe, atq; ita excipe, vt maiora ſi quando licuerit à me in poſterum expectes, Interim faciat Deus Optimus Maximus vt quam diutiſsimè vnà cùm optimis Sereniſsimiſq; Parentibus, & Coniuge, incolumis ſerueris, Vobiſq; liberos, nobis verò Dominos, veſtrum, maioribuſq; veſtris conſimiles concedat. Datæ Mantuæ. Cal. Ianuarij. M D L X X X V I.

Celſitudinis tuæ Deditiſsimus ſeruus.

Marcellus Donatus.

AD LECTOREM.

QVVM Bonarum diſciplinarum ſtudijs, ex quo primum per ætatē licuit præſertimq; medicę facultati ſedulam operā nauarim nonnulli haud vulgares caſus in librorum lectione, pleriq; in medicina facienda admirandæ ęgrotantium hiſtoriæ ſeſe mihi obtulere, quas omnes quum ex ingenij mei captu collectas in ordinem redigiſſem, atque quantum expedire exiſtimaui illuſtraſſem, non contemnendam indè utilitatem medicinæ candidatos percepturos, ſi hę palam prodirent arbitratus ſum, proinde ad eas in lucem edendas ac typis cudendas animum appulli, pręſertim quum amicorū hortationes (quibus refragari indecens cēſebam) vt id efficerem ſuaderent. Nec ab hac ſuſcipiēda prouincia me ipſū auertere potuere doctiſsimorum pluriū elucubrationes, quæ in dies proferuntur, quibus cū meas minimè conferri poſſe certè intelligo. Siquidē me ſolatur aurea ea ſentētia q̄ à Cicerone in Oratore in hæc verba eſt prolata. Non eſſe ſcilicet in literis deſperādū, ſed par eſſe omnes omnia experiri qui res magnas, & magnopere expetendas concipiunt, qđ ſi quem aut natura ſua, aut illa præſtantis ingenij vis deficiet, aut minus erit magnarū artiū diſciplinis inſtructus, teneat eum curſum quē poterit; prima enim ſequentē honeſtū eſt in ſecundis, tertijsq; cōſiſtere. Non enim in Poetis Homero ſoli locus eſt, aut Archiloco, aut Sophocli, aut Pindaro, nec verò Ariſtotelē in philoſophia deteruit à ſcribendo amplitudo Platonis. Nec ipſe Ariſtoteles admirabili quadā ſcientia cęterorū ſtudia reſtrinxit. Nec ſolum ab optimis ſtudijs excellētes viri deteriti nō ſunt, ſed ne opifices

quidem

quidē ſe artibus ſuis remouerunt, qui aut Ialyſi nō potuerunt aut Coæ Veneris pulchritudinem imitari, nec ſimulacro Iouis Olympij, aut Doriphori ſtatua deteriti reliq; minus experti ſunt quid efficere, aut quò ꝓgredi poſſent; quorũ tãta multitudo fuit, tanta in ſuo cuiuſq; genere laus, vt cũ ſumma miremur, inferiora tamen probemus: Fatemur quidē nos medicã facultatem nō ſolum ab antiquioribus p̄clariſsimis viris, ſed etiã a laudatiſsimis recẽtioribus quã plurimis mirificè eò euectã eſſe, vt nihil propemodũ, quod ad exactam ſui perfectionē deſiderari liceat reliquũ fecerint, tamen non eſt cur eorũ qui ſe illius ſtudio dederũt ſpes infringatur, aut langueſcat induſtria. Argumentũ ſanè quod nos ſcribendi ſumpſimus, à nemine hactenus aſſumptũ, nedũ abſolutum ſcimus; quod tamen nō ſolũ vtile, ſed & medicinam facientibus perneceſſarium exiſtimamus. Siquidem non ſemel cōtingere videmus, dũ medicis q̄dã & inſueta occurrit ægritudo curanda, vt rei nouitate impliciti ac ꝑturbati, admiratione hærẽtes, in primo curationis limite cōſiſtere cogantur. Nemo ꝓfectò, eſt adeo in medendis morbis parũ exercitatus, cui ſi vulgatũ morbi genus occurrat, quid ipſi pro curatione faciẽdũ ſit probè nō intelligat, at ſi inſueta, nec amplius cognita ſe ſe obtulerit ægritudo, dũ illius cauſas indagare ac rimari conatur, occaſionē (ſiquidē p̄ceps hæc omniũ eſt) bene agendi ſenſim ſubterfugiſſe cognoſcet. Hæ enim ſicuti prima facie trans naturã eſſe vidẽtur, & ſupra captũ humanę mẽtis, hoĩes in ſui admirationē trahũt, obidq; admirabiles appellant, quũ naturam ac cauſas abditas ac deliteſcẽtes obtineãt. Quũq; admiratio animi ſuſpẽſio quædã ac quaſi ſtupor ſit, ob rei cuiuſpiã nouitatē & ignorantiã; ſi res quæpiã ſeſe obtutibus noſtris p̄ſentarit à nobis nunquã antea perſpecta, manebit tãdiu ſuſpenſus atq; ſtupore plenus animus, intuitu rei nouæ, quoad ſe illa nobis familiarius inſinuans aliquã

ſui

ſui notitiã prębuerit. Licebit itaq; hoſce labores noſtros p-
currẽti, raras & ĩfrequẽtes affectiones cognoſcere, vt ſi quã
do in earũ quẽpiã forte fortuna ĩciderit, facili⁹ quid ſibi ptẽ
tandũ ſit nõ ignoret. Scio non defuturos detractores quoſ
dã qui hoc noſtrũ ſcribendi genus improbent, quos elegã
ter Cato vitiligatores appellat, iſto potiſsimum oblatrandi
morbo laborãtes, qui ſine diſcrimine, in quęcũq; inuehæũ
tur, ac alienos labores oppugnant, ſibi indè ex aliorũ detra-
ctatione laudẽ petẽtes. Primòq; inordinatã & confuſaneã
farraginẽ eſſe haſce noſtras elucubrationes dicẽt; ex multo
rũ quidẽ librorũ lectione coagmẽtatã, ſed ex barbarorum
ſcriptis pręſertim congeſtã. at hi quidẽ maledicere deſinẽt,
ſi meminerint, huius generis ſcriptionẽ, non aliundè decer
pi potuiſſe, quàm ex illorũ obſeruatione atque paginis, qui
diu in medendis hominibus ſedulã nauarunt operã; Quã-
uis enim Pluſquam Comẽtator, Nicolus, Gentilis, Dinus,
Iacobus de partibus, cæteriq; huius farinæ medici barbarè
medicinam litteris mãdarint, quæ nec eorũ tempore lumẽ
adhuc clarũ (qđ poſtea effectum eſt) ſuſceperat, plura tamẽ
utilia, & nõ iniucunda poſteris tradidere. qđ ſi qui me eos
proprijs uerbis barbarè loquẽtes adducentẽ audierint, do-
ctioribus quidẽ veriq; & non fucum amatoribus ſtomachũ
non mouiturum cõfido, ſiquidem in barbara verborum ſe
rie ſenſus facilior, quod ſi nos eorundem barbariem candi
diorem reddere tentare auſi eſſemus, nõ defuiſſent qui in-
de criminandi anſam deſumpſiſſent, crimẽ obijcientes, me
que ſenſuũ corruptorẽ, deprauatorem, ac ſentẽtiarum p-
uerſorem appellantes. nobis ubiq; gramaticuli quidã, ue-
rius quàm medici haud probantur, qui hos viros diligẽtiſ-
ſimos, quod non affectate loquuntur flocifaciunt, inſtar fa
ſtidientis ſtomachi pulpamentum nullum niſi garo & laſe
re cõditum delibare valentis; Firmam quidem doctrinam
eleganti verborum ornatu traditam ſummopere laudo, at

eandem

eandem barbarè explicitam non deſpicio; ſiquidem morbos remedijs nō eloquentia(quod Celſus tradit)curari nouimus. Alios mihi audire videor qui multa titulo non reſpondere, medicoſq; fines excedere prædicabunt, quibus ſatisfaciet hæc Tulli ſentētia in Tuſculanis. Videtur quicquid literis mādatur id comendare oīum eruditorū lectione decere, mandare quenquā literis cogitationes ſuas, qui eas nec diſponere, nec illuſtrare poſsit, nec delectatione aliqua allicere lectorē hoīs eſt, intēperāter abutētis & otio & literis; lectionē ſine vlla delectatione negligo. Nō ex illis ſum ego quibus ſatis eſt ſi in puros medicos euadāt, cæterarū oīum diſciplinarū ſtudio(& ſi sēper mihi principē philoſophiā & medicā facultatē fecerī)mirificè delectatus ſū; quadere, ſi paucula aſperſi ſubacida quædā, interdū ex orbe blandiorū diſciplinarū, & præſertim quæ philoſophiæ ac medicinæ famulātur excerpta, vt legētis palatū cōſuetis obſonijs marceſcentē exacuerent & recrearēt, nō eſt quòd quis varietatē rerū quarundā narratis tñ appoſitè quadrā tē, & nō inelleganter anexā faſtidij expultricē, & lectionis irritatricē, in opere noſtro culpet. Nō enim ab huius lectione qui medicinā minimè fuerint profeſsi relegatos volumus. Obſtrepēt & nōnulli alij fortè ſtadijs noſtris quos liuoris tinea comeſt, quiq; profectu tabeſcunt alieno, multaq; à nobis comenta & ficta, minimeq; vera in mediū allata muſitabūt, quorū rabiē facilè ſubterfugiemus, Ea enim sēper Veritatis validiſsima vis fuit, ut nullis machinis, aut cuiuſq; hoīs ingenio, aut arte ſubuerti queat, ſed aduerſus cuiuſuis hoīs calliditatē, fictaſq; inſidias facilè ſe, p ſeipſa defendat. Nec nobis deerūt veritatis patroni, qñquidē, quas hoc noſtro volumine recēſem⁹ hiſtorias, vel ex aliorū ſcriptorū monumentis earū teſtes excitamus, authorū noīa pſcribētes, vel ſi quas ex alterius viua uoce percepimus, earūdē authores ac teſtes qui fidē faciant adducimus. Qđ ſi paucas quaſdā à nobis obſeruatas adiungimus, Deū teſtamur

nos

nos minimè ſcite mentiri ; Poſtremo ireſurecturos quoſdã vaticinor fumida iactantia pleni, qui ſe ſuaq; tm̃ adamantes, alios alienaq, obtrectare nõ deſinunt. Hi me hoĩem inanis gloriæ percupidũ dicẽt, ac impudẽtię notã inurent, qđ modò hunc modò illũ carpere intelligent, fateor quidẽ & me laudis ſtudio trahi, cũ optimũ quẽq; gloria duci haud indecorũ eſſe exiſtimẽ, nãq; ſi laus allicere nos ad rectè faciendum nõ poteſt, nec metus quidẽ à fœdiſsimis factis poterit auocare, hoc vnum tñ deietare poſsũ, & vt eſt vetus dictũ conſcientia mille teſt es, qđ ſi aliqñ in alterius placitum cuneũ direxi, nihil aut inſectanter, aut maleuolè, nihil oſtẽtandi voto, aut oblatrãdi ſtudio protuliſſe ; ſiquidẽ animo ſemper ad probandũ (ſi liceret) quàm ad improbandũ propenſiori fui ; quod ſi aliqñ ab alicuius ſententia coactus diſcedo, nõ id factũ putatũ uellim, quod doctiori cuidã labeculã aſpergere malim, ſed id potius cautũ volui, ne ſtudioſorum fides, ac veritas ipſa ſub cuiuſuis authoritate periclitaretur. At & cerebroſis quibuſdã ſatisfaciẽdũ qui in Gręcorũ verba tm̃ iurarunt, atq; illis tanquã mancipio addicti ac dediti ita ſunt, vt non ſolũ eos pugnaciter, ac pertinaciter tueri quo iurè, quaue iniuria cõtẽdũt; ſed & quicquid p̃ter illorũ dicta in medium affertur, totum id malè audiãt; hi cum Arabũ ac, Latinorũ neoterĩcorũ præſertim authoritatibus ſcripta noſtra referta paſsim ſentient, ea paruipẽdent, quinimo penitus auerſabuntur: At parcant iſti, nos haud ita Græcis auctoratos eſſe volumus, ut Auicenã Araboſq; cæteros à medicorũ ſchola ſecludendos arbitremur, minuſq, rectè illos ſapere exiſtimamus, qui vnà Gręcorum Arabum ac Latinorum monumenta ſumma diligentia, acriq, iudicio nõ peruoluunt, riteq; perpẽdunt, roſas legẽtes, ſpinis relegatis. Tractationis noſtrę genus ab experimẽtis ortum ducit, & in rerum euentibus potiſsimum ſolideſcit, quamobrem neminem ex quo ea excerpere licuit abigendũ duximus. Abeant itaq; in malã crucẽ quicunq, maledicendi

ledicendi ſtudio tenentur. Nos cum non nobis ſolum natos, ſed & poſteris & Reipublicæ eſſe ſciamus, quæ longo ſtudio, ingeniq; labore in ſtudioſorũ gratiam parauimus (quæ noſtra fuit Minerua) edere decreuimus, hoc ſaltẽ præſtituros cõfiſi, quod ingenuos conatus hoſce noſtros quales quales ſint, nõ oĩno improbaturos ſperamus. Illud profectò uerisſimũ eſt, qđ ſi domi diutius Cõmẽtarios iſtos noſtros retinere, atq; in manibus habere, ac interim ex interuallo reguſtare & repolire licuiſſet, longè inſtructiores locupletioreſq; ꝓdituros fuiſſe; Verũ enimuero cũ Sereniſſ. Duci noſtro placuerit iã agitur undecimus annus me à medicina facienda abdicare, ac Sereniſſ. Principis filij ſui à ſecretis inſtituere, non amplius cunctandum ratus, cum ſtudijs in dies minus vacare liceat, multiplici negotiorum pondere oppreſſus, ſed amicorum poſtulationibus ſatisfaciens, publicæ vtilitati magis, quam honori meo conſultum malui, opuſque iſtud noſtrum qualecunque ſit in lucem edere. Nec me communem ſcribentium ſortem effugiturum opinor, quinimo huic aleæ caput lubens vltroq; obiecto, utinã labori noſtro non cõtẽptus potius quàm inuidia debeatur, quorſum autẽ fluxerit, aut quocũque res ceciderit ęque boni faciam, planèq; obtrectationũ omniũ venena nõ deuorabo modò (ſed quo sũ ſtomacho) etiam concoquã; magnũ ſanè onus ſcimus, munus ſuſcipere, ac profiteri in totius orbis conuentu de rebus non contemnendis ſcriptis ſententiã propriã mandare, adeſt enim ferè nemo quin acutius atq; acrius uitia in ſcribente quàm recta videat; Homo ſum ſiquidem, & me poſſe falli confiteor, & aliquando erraſſe non nego, ſed nullibi profectò ſciens fallo, & vt mendaciũ fortaſſe dico, certè nõ mentior; nec egomet mihi ignoſco, ſed ſi quid indoctius; incautiuſque protuli, refutari à quouis cupio, refutaturus & ipſe memet ſi fuero admonitus, nõ enim ſic me peruerſe amo, vt errare potius vellim, quàm innoteſcere quod errem, ſed

& ex

& ex eorum ſum numero & ipſe, qui proficiendo ſcribunt, & ſcribendo proficiunt, ac de iſto quidem ſors uiderit; Tu interim candide lector labores noſtros quos in negotioſo otio, & irrequieta quiete parauimus, boni æqueq; conſule, & quæſo mente concipito, quod Ariſt. 2. P. Philoſophiæ tradidit; non ſolum illis agendas eſſe gratias, quorum opinionibus quis acquieſcet, ſed & illis qui ſuperficiatenus dixerunt, conferunt enim etiam aliquid iſti. Tandem rogatos omnes cupio, vt hanc noſtram operam non ideo inſtitutam putent, vt vel paradoxa ſereremus, vel rebus nouis plus ſatis indulgeremus, vel incognita pro certis promulgaremus, ſed probent in hoc maxime ſuſceptam, vt medicinę candidatos, ac variæ lectionis cupidos quantum in nos fuit iuuaremus. Vniuerſum opus in ſex libros partiti ſumus, priori externarum & extremarum partium, ſecundo Capitis 3. Thoracis. 4. imi ventris affectiones complectentes, Quintum librum Chirurgica pars complet, Sexto & vltimo multa locauimus, quæ in hac noſtra tractatione certum ſibi locum non vindicant. Vniuſcuiuſque libri capita ſingula Elenchus ſequentis paginæ declarabit, ſicuti & Indice ſubſequenti, quę magis adnotatione digna viſa fuere complexi ſumus. errata impreſsionis innumera propemodum præſertim quæ ſenſum corrumpere poſſunt quo pacto ſint corrigenda adnotauimus. Vale amicæ lector & nos ama.

INDEX COPIOSISSIMVS VERBORVM, AC RERVM MEMORABILIVM

quæ in hoc operæ continetur iuxta ordinem alfabeticum conſcriptus.

AEr an poſſit nutrire p.216.B.
Aegrotantes quandoq; futura prędicunt p.42.A.
Alceus Mitileneus damnatus. p.90.B.
Aluus multus diebus nõnullis aliquando innoxiè ſupprimitur p.211.B.
Aluui fluxus admirandi p.233.A.
Amatus Luſitanus repræhẽditur p.64.A.
Amoris animi pathematis miri effectus. p.187.A.
Andernacus caſtigatur. p.86 A.
Anginæ mirabiles. p.87.B.
Anginoſis deſperatis ſecãdũ gut' p.87 B.
Angina laborantibus medicamenta in bolo non exhibenda. p.91.B.
Animi paſſionũ miri effectus. p.186.B.
Animalia quædam hyeme latentia ſine reſpiratione uiuunt p.213.A.
Animalia generari ĩ niue & igne p.251.A
Animalia an poſſint generari in Elementis. p.252.B.
Aneuriſma tumor ſuſpiciẽdus p.290.A.
Apoplexiæ admirandę p.58.A.
Apoplexiæ non ſemper fiunt obſtructis uentriculis cerebri p.59.B.
Aqua quo pacto concreſcat p.14.B.
Aqua quo pacto bileſcere dicat' p.234.A.
Aqua an nutrire poſſit p.234.A.
Ariſtoteles de uiſione ſententia p.66.A.
Ariſtoteles perperam Platonem redarguit p.71.A.
Ariſtoteles reprehenſus de rabie hominis p.291.A. De lapide. 271.A.
Argenterij opinico de neruis opticis confutata p.77.A.
Aſthmatis admirandę ſpeties p.186.
Auriginoſus morbus ex ueneno p.14.B.
Auriginoſi morbi à veneno cauſa p.26.B.
Auerois reprehenſus p.68.A & p.75.A.
Auicena redarguitur p 68.A. & 69.A.
Aues ex putredine miro modo p.251.A.
Aurium mirę conſtructiones p.303.B.

C

CAni qui repentè facti. p.1.A.& B
Canities cauſa ab Aſtrologis reddita. p.1.B
Canities cauſa ab Argenterio aſſignata & reprobata. p.1.B.
Canities cauſa ex Montano p.2.A.
Canities cauſa ex Raſi p.2 B.
Canitiem ex ſiccitate prouenire p.2.B.
Canities ex pituitoſo ſucco p.1.A.& B.
Canities ex putredine p.3.B.
Canities ex ablutione aquæ fontis cuiuſdam p.5.B.
Catochi Cataphorę & Catalepſis deſcriptio p.64.B.
Carnem humanam multos aliquando eſitaſſe p.193.A.
Carnis fruſtula per uarias corporis partes excretas. p.231.A.
Carneæ excreſcentię mirabiles p.275.A.
Capitis uulnera læuiſſima cur aliquando lęthalia p.280.B.
Capitis uulnera tranſacto die 46. an poſſint interficere p.283.A.
Canum commoda & laus p.291.A.
Canum temperamentum quale p.291.B.
Canum imagines in Vrina illorum qui

fuerunt demorſi a cane rabido an conſpiciantur p.295.A.
Cane rabido demorſi aquam appetunt & expaueſcunt p.294.B.
Caninus ſanguis epotus quomodo curet demorſos à Cane rabido p.296.A.
Canis rabidi ueneno ſimiles humores in corpore noſtro generari poſſe p.296 A.
Caſu curati p.310.B.
Cęcitas ex uulnere p.76.A.
Cerebri uulnera ſanata p.277.A.
Conuulſiones mirę p.49 A.
Conuulſio multiplex p.49 B.
Congelatio mira affecti o p 64.A.
Cordis calculi & abſceſſus p.94.B.
Cor paruum & magnum an timiditatis & audacię ſint inditium. p.188.B.
Cordis ſoluta unitas cum uita p.288.A.
Cordis mirę conſtructiones p.302.A.
Coeuntes extincti p.225.B.
Coeundo mas an fęmina magis oblectetur p.226.B.
Coitus ſymptomata admiranda p.226.B.
Coitui facientia p.228.A.
Coitus ex uulnere ablatus p.230.A.
Colon inteſtini mira dilatatio ex flatu p.227 B.
Corporis monſtruoſa craſſities p.274.A.

D

DEmones aliquando habere concubitus cum muilierbus p.250.A.
Demonis an morborũ ſint cauſa p 38.A.
Defloratio ſine ſanguine p.223.A.
Dentes inter oſſa enumerandos p.273.A.
Dentes ſeneſcẽtibus etiam naſci p.229.B.
Dentes ante ſtatum tempus ortos p.300. A & p.301.B.
Dentium miræ couſtructiones p 301.B.
Diabetica paſſio quæ p.260.B.
Diabeticę paſſioni affectio ſimilis p.261.B
Dormientes quidam uigilantium munia obire quandoq; p.33.A.

E

ELephãtiaſis natura & eſſentia.p.15.A.
Elemẽta an poſſint putreſcere.p.252.A
Emplaſtro frigido Ventriculo admoto mors ſubſequuta p.200.A
Epilepſiæ miræ p.51.A
Epileptici non ſemper cadunt p. 51.B.& 55.A & B.
Epilepſiæ cauſa ſemper mala qualitas ſimplex vel humori aſſociata p. 53.A.
Epilepticis non ſemper ſpuma circa os p.51.B.55.A & B.
Eſuritiones miræ p.194.B.
Exulcerationes miræ ab humoribus factę p.196.B.
Exeuntia mira per Vrinam p.263.B

F

FErnelius carpitur p. 237. B.& 246.B. & 264.B.
Flatus furioſus p. 22.B.
Fœtus in vtero mortui hiſtoriæ mirę. p.339.A.
Fœtus in vtro mortui oſſicula per aluũ excreta p.241.A
Fœtus mortui extrahẽdi modus p.241.B.
Fœces ad intra Peritoneum p.263.B
Fœces per Vrinam excretę p.263.B
Frigidæ nimis potiones improbandæ p.201.B.
Furfuracea corporis vniuerſi officio p.12.A
Furfuraceæ vniuerſalis affectionis cauſę p.13.A
Functio vna cerebri lædi poteſt cęteris illæſis p.48.B.
Fumo carbonum extincti p. 60.A

G

GAleni locus interprętatus de Cathocho p.65.A
Galeni de viſione ſententia p.66.A
Galenus ab Aueroe tutatur p.67.A
Gaudio extincti p.186.B
Generatio ſera & cita admirãda p. 221.A
Guaiaci decoctum tutò febrientibus propinari p 96.B
Gurgulionis miræ inflamationes p.84.A

H

HÆmoroides non tutò ſupprimi poſſe p.231.B.
Hepatis vulnera ſanata p.287 B
Hipocrates defenſus p.90.A
Hieronimus Mercurialis redarguitur p.4.B.234.B.& 9.A.& 14.A.& 252.B. & 266.B.
Homines arte gigni poſſe impium affirmare p.250.B
Homines vſque ad ſeptuageſimum annũ generare poſſe p.221.A

Hydrops pulmonum p.185.A.

Hydropes mirę p.234.B

Hydropici cur ſitiant aqua pleni p.238. B

Hypocondriacis cur pulſatio in abdomine p 206.

Hydrophobia mira affectio p.291.A

I

ICtericia ex lapide p.269.B

Ictericia ante ſeptimum in febribus nō ſemper mala p.27.A

Ictericia an à Pituita p. 29.A

Icteritia alterius diebus p.29.B

Ictericia lege 1 l.A.vbi Auriginos⁹ morb⁹

Iecoris miræ conſtitutiones p.302.A

Ignis non poteſt putreſcere p.252.A

Imaginationis vis mira p.30.A

Imaginatio in externis nō operaẗ p.37.A

Inſanientes mira prædicunt p.42 A

Incubus in vigilia obſeruatus p. 54.B

Indignationis miri effectus p.187.B

Inteſtinorum mira obturatio. p.211.

Inteſtinorum vulnera ſanata p.287.B

Inteſtinorum miræ conſtitutiones p.302.A.& B

Ioannes Langius repræhenditur p.64.B

Ioannes Argentarius redargutus p.66.A & p.72.A

Ioannes Buridanus redargutus p.71.B.

Ira quoſdam extinctos p.178.B

Iſchuria non vulgaris p.262.A

L

LAc quomodo coaguletur p 14.A.B

Lapides in vniuerſi corporis ſingula parte p.264.A

Lapidis efficiens cauſa & materialis p.264.B.

Lapides Veſicæ non ſemper initium ſumere à lapide renum p.264.B

Lapides ortum non trahere à frigiditate efficiente p.266.A

Lapides in Veſica circumueſtiti decipientes medicos p.266.B

Lapides Veſicæ adhærentes p.267.A

Lapides plures in Veſica generari poſſe p.267. A

Lapis morbus hæreditarius p.267.B

Lapis non generari in nullo animali præter hominem falſum aſſertū ab Ariſt. p.271.A

Lapis Bezar quomodo & in quo animali naſcatur p. 265.A

Lepræ natura & eſſentia p.15.A

Leproſi relegandi à comertio aliorum p.17.A

Lepra in Italia minus cōtagioſa p.17.A.

Linguæ miri tumores p.85.A

Lingua cum pilis p.302.A

Lienes miri p.302.

Lien expurgari poſſe per vrinas p. 208. B

Lotij miræ excretiones p. 260. A

Lotij mirabiles retentiones p.261.B

Lotium per uniuerſum corpus p.261.B

Lumbricos ex quacunque humore fieri poſſe p.254.B

Lumbricorum quot ſpecies p.254.B

M

MAtricē plures cellulas nō habere p.244

Mares quandoq; lac habēt p.300.B

Memoratricis facultatis mirę affectiones p.43.A.

Meſenterium callo occupatum p. 198.B. & 203.B.

Meſenterij miræ affectiones p.202.B

Meſenterium non ſentire p.203.B

Menſes in grauidis an ſint computandi Lunares vel Solares p. 219.A

Menſtrui purgationes ſuppreſſæ per vomitum reiectæ p. 230.B.&.231.A

Mirachialis affectionis delucidatio p.205. A

Morbos inuicem permutari p.231 B.

Morbi noui p.308.

Molæ admirandæ p.245.B

Mola an poſsit generari in muliere ſine concubitu viri p.246.A

Molæ an fiant à calida uel frigida intemperie p.246.B

Molę unà cum fętu legitimo generantur p.247.B

Molam aliquando per tres annos geſtatā in vtero p.247.B

Molarum ſpeties multę p. 247. B

Monſtra admiranda p.297.B

Mulieres calueſcere p.6.B

Mulieres vſque ad quinquageſimum annum generare poſſe p.22n A

Mulierib⁹ quibuſdam prægnantibus fluunt menſes p.224.B.&. 225.A

Mulieres an magis maſculis in coitu delectentur p. 226.B

Mu-

Mulieres habentes in vtero fœliciter diſe ctas p. 240 A
Mulier quæ patiebatur vteri procidentiã cõcepit ſed ex abortu obijt p. 243. A
Mulieres antiquitus caſttari ſolitas p. 290. A
Mulieres nec prægnantes nec puerperæ lac quandoque habent 315. A
Mulier ſine matrice p. 303. A
Mulieres clauſę p. 303.
Mulieres in viros quandoque euaſiſſe p. 297. A

N

NEruis quibus foramen ex quibus non p. 76. B
Neruis quomodo facultas animalis per-meet p. 76. B
Numeroſi partus p. 245. A

O

OBęſi ualdè multis malis expoſiti p. 274. B
Oculorum vulnera admiranda p. 285. A
Oculorum miræ conſtructiones p. 303.
Odores nutrire p. 217. B
Oeſophagi obturationes miræ p. 91. A
Omenti miræ conſtitutiones p. 303. A
Optici nerui cur uniantur p. 68. B.
Optici nerui an perforati p. 76. B
Opium Turcharum Amphionem eſſe p. 228. B
Opium à nonnullis innoxiè deuorari p. 229. A
Opium ſuppoſitum multos interfecit p. 229. A
Oribaſius repræhenſus p. 86. A
Oſſium mirę affectiones p. 271. B
Oſſa apoſtemari poſſe p. 272. A
Oſſa aucta & de nouo genita miro modo p. 272. B
Oſſium miræ depreſſiones p. 272. B
Oſſis Cocigis mirę affectiones p. 273. B

P

PAraliſis mira p. 56. A
Paraliſis non à pituita neruos irrigan te p. 57. A
Paraliſi detentis quomodo ſenſus aliquã do nonnunquam motus ſeruetur p. 57. A
Partus ſerotini & tempeſtiui p. 218. A
Partus ſex menſium quomodo vitalis ſit dicendus p. 219 A
Pauli locus emendatus p 89 A
Pedicularis vniuerſi corporis affectio p. 18. A
Pediculorum cauſæ p. 19 A
Pediculis interempti p. 21. A
Pænis cum duplici foramine p. 303 B
Phtiſes admirandæ p. 95. B
Phtiſi correptos ſanatos p. 96. A
Phtiſis an ſine febre p. 185. A
Pili cur ſponte natura uariis coloribus in ficiantur p. 2. A
Pili cur in pube & pedibus haud citò ca-neſcant p. 2. B
Pili an defunctis creſcant p. 4. A
Pilorum defluuium ex timore p. 6. A
Pilorum à ſuperciliis caſus non ſemper morbi Gallici inditium p. 6. B
Pili in urina p. 264. A
Piſces reſpirant p. 62. A
Picæ modi infrequentes p. 192. A
Pingues ſine ſenſu p. 274. B
Platonis de viſione ſententia p. 66. B
Pleuritides per vrinas iudicatas p. 93 B. 12. 95. A.
Podagræ miræ p. 25. A.
Podagrã Epidemialẽ & cõtagioſã. p. 25 B.
Potentiæ principes in uarijs cerebri partibus operantur. p. 45. A.
Potatione frigida quidã extincti. p. 200. A.
Prȩfocatarum mulierum miræ hiſtoriæ. p. 212. B.
Præfocatæ quomodo ſine ſenſu & reſpiratione uiuant. p. 213. B.
Proles ſine menſtruis. p. 242. A.
Putredinis multi modi. p. 4. B. p. 251. A.
Pudore extincti. p. 187. B.
Purgationis ſuppreſſæ accidentia notatu digna ſubſequta. p. 230. B
Pueri nephritico dolore tẽtãtur p. 265. A
Puerorum miri ortus. p. 304. A
Pulmonum mirę conſtructiones p. 302. B

R

REum externarum ad intra corpus in-greſſus. p. 77. A
Renum miræ conſtructiones. p. 302. A
Rubedo in facie inſueta. p. 24. A

S

SAnguinis varij flux' admirãdi. p. 11. a & b
Sanguinis à leproſo extracti mira con gelatio.

gelatio.p 13.aliam hiſtoriam. p.18 A
Sanguinis miſſio frequentiſſ. p.196.
Sanguinis in lienoſis fluxus miri. p.208.
Sanguis & ſemen in corpore corrupti uenenoſi euadunt. p.213.
Sanguinis fluxus quibuſdam hominibus menſtruus quemadmodum & mulieribus. p.231.B
Sãguis pvrinam criticè excretus-p.263 B
Sagittę qũo uerbis extrahãtur. p.36 B
Scorpionis Venenum frigidum. p.26.B
Scabie & puſtulis ſanatis ĩ expurgato corpore multa mala ſubſequũtur. p.232.A
Septi tranſuerſi uulnera ſanata. p.287.A
Semẽ corruptũ luteũ & malè olẽs. p.214.a
Singultus infrequens, p.199.B
Splendores ocolorum. p.70, A
Spiritus aere poſſe nutriri. p.216.B.
Sphacellum mirum. p.290, B
Specificæ proprietates miræ. p.304 A
Sudoris ſangninei hiſtoriæ. p.6.B
Sudoris natura & cauſæ. p.7, A.& B
Sudores cur nõ in pueris. p.8.A.& B
Sudor cur nõ quotidian⁹hoĩb⁹.p.8.A.& B
Sudores præternaturales qui. p.9.B
Sudor an dicendus præter naturam an naturalis. p.9, A

T

Thomas à Veiga confuratus- p.75.A
Thadæus florentinus reprę̃henſus. p.86 A
Tracheæ arteriæ ulcera an ſanatu facilia, uel difficilia p.81.A
Tracheam arteriam qui uulneratam habent an doleãt. p.82.A
Thoracis miræ collectiones. p.92.A
Thoracis ſectiones quando in Vulneribus faciendæ. p.92, A
Tumores miri à flatu. p.23.B
Tumor mortẽ quãdoq; induxit. p.187.B

V

VAſa urinaria Nephriticis ualde dilatari. p.227 B
Variolis quandoque in utero laborare embriones. p.304.A
Venarum & arteriarum interceptio uel diſſectio utilis ad morbos contumaces. p.34, B
Venæ ſine pari proceſſus. p.94 B
Venas aliquando regeneratas. p.290. A
Venarum miræ conſtructiones. p.307.B
Verrucæ in gutture. p.85 B
Verrucarum ſpecies quot & quæ. p.85.A
Verrucæ in uentriculo. p.86.B
Verruca in ſpiritualibus. p.87.A
Verrucæ contagioſæ. p 87.A
Ventriculus clauſus. p.198.A
Ventriculi affectio rarò eueniẽs. p.199.A
Ventriculi uulnera ſanata. p.287.A.
Veſſalius nolluit dari uas ullum aliene ad ventriculum ſuccum melancholicũ ferens. p.209.B
Vermium hiſtoriæ miræ. p.250 A
Vermis latus quis p.255.A
Vermes generari poſſe ĩvẽtriculo p.259.a
Vermes magna excitant ſymptomata. p.259.B
Veſicę ueluti piſcium per urinam excretæ. p.263.B.
Veſica ſupra dentem p.276.a
Veſicæ ſoluta unitas ſanata p.289, a
Veſica felis lapidea p.302.B
Venena ad tempus certum nectantia præparari poſſe p 292.a
Vertebrarum mirę cõſtructiones p, 301.B
Viſio geminata p.66.a
Viſionis uaria ꝓblemata explicata p 73.b
Viuentes diutius ſine cibo p.214.a
Vis medicamentorum an peruenire poſſit ad partes Thoracis per diſtributionem p.82.B
Vlcera uerrucoſa p:87 a
Vlcera pulmonis an inſanabilia p.95, B
Vngues cur in mortuis creſcant p.4.A
Vocis admirandæ interceptiones p, 83 A
Vocales nerui ſeu recurrentes ſi abſciſi vel inſignè læti fuerint uox amittitur uel obleditur p.83.B
Vomitus admirandi p.195.a
Vrina intra peritoneum collecta p.263.B
Vrina ſanguinea ob potum uel inunctionem cantharidarum p.263 B
Vterinus furor p.214, a
Vteri uulnera ſanata p.189 a
Vterum integum multoties extractum inoxiè p.289 B
Vteri clauſi qui dicuntur & ſint p.313 B
Vulnerũ mirabiles ſanationes p.277.a

FINIS.

IO. BABPTISTAE TORNIELLI Medici Sereniſſimi Gulielmi Mantuę, & Montisferrati Ducis.

Artis Apollineæ campos, & amæna uireta
Dum peragrat cultor, geſta canens Medica;
Pierides roſeo contexunt flore corollas,
Ocneadisq; ornant tempora cana uiri.
Sedulus accedas lector, penetralia pandit
MARCELLVS, reſerat Clio rogata fores.
Hæc te dona manent, quæſtus, facilisq; voluptas,
Et, quæ Letheas, gloria, temnit aquas.

Eiuſdem exaſticon.

Arte noua miranda Canit MARCELLVS, adeſto
Auribus arrectis dogmata cuncta notans.
En tibi quàm facili naturæ arcana retexit
Ordine? quàm uera Comprobat Hiſtoria?
Ergo alacris grauibus, quas ſeruat mẽte repoſtas,
Ereptum curis perlege lector opus.

LIBRI PRIMI CAPITA.

Caput I. DE repentina Canitie ex timore vel mœrore p. 1.
II. De ſudore ſanguineo. p. 6.
III. De vniuerſali furfuracea corporis affectione. p. 12.
IIII. De mira ſanguinis à leproſo per venæ ſectionem extracti congelatione. p. 13.
V. De pediculari totius corporis affectione ac aliorum animalium ab eodem erũpentiũ. p. 18.
VI. De flatu furioſo in ambitu corporis. p. 22.
VII. De inſueta & admiranda rubedine faciei. p. 24.
VIII. Mira quædam de Podagra. p. 25.
VIIII. De Auriginoſa cutis affectione admiranda. p. 26.

Secundi libri Capita.

I. Imaginatricis facultatis affectiones miræ. p. 30.
II. Facultatis memoratricis admirandæ affectiones. p. 43.
III. Conuulſiones infrequentes. p. 49.
IIII. Epilepſiæ admirandæ. p. 51.
V. Paralyſes notatu dignę. p. 56.
VI. Apoplexiæ admirandæ. p. 58.
VII. Congelationes miræ. p. 64.
VIII. Geminatæ viſiones. p. 66.
VIIII. Splẽdores oculorum. p. 70.
X. Varia quædam mira circa viſionem. p. 73.
XI. Cœcitas ex vulnere in occipitio repentina. p. 76.
XII. Rerum externarum ad intra corpus ingreſſus, retentiones, & exit' nõ vulgares. p. 77.

Libri tertij Capita.

I. Miræ Tracheæ exulcerationes. p. 81.
II. Vocis admirandæ interceptiones. p. 83.
III. Gurgulionis miræ inflammationes. p. 84.
IIII. Linguæ miri tumores. p. 85.
V. Verracæ in Guturę. p. 85.
VI. Anginæ mirabiles. p. 87.
VII. Miræ ſuffocationes. p. 90.
VIII. Oeſophagi obturationes miræ. p. 91.
VIIII. Suſpiciendę Thoracis collectiones. p. 92.
X. Phtiſes admirandæ. p. 95;
XI. Hydrops pulmonum. p. 186.
XII. Aſthmatis admirandæ ſpecies. p. 186.
XIII. Animi paſsionum miri effectus. p. 186.
XIIII. Febres admirandæ. p. 189.

Libri quarti Capita.

I. Picæ modi infrequentes. p. 192.
II. Eſuritiones miræ. p. 194.
III. Vomitus admirandi. p. 195.
IIII. Ventriculi affectio rarò eueniens. p. 199.
V. Singultus infrequentes. p. 199.
VI. Ex frigido potu extincti. p. 200.
VII. Meſenterij Miræ affectiones. p. 202.

* My-

VIII. Myrachialis affectionis dilucidatio. p. 205.
VIIII. Sanguinis miri fluxus in lienoſis. p. 208.
X. Inteſtinorum obturatio mira. p 211.
XI. Præfocatarum mulierum miræ hiſtoriæ. p. 213.
XII. Diutius ſine cibo viuentes. p. 214.
XIII. Serotinus & tempeſtiuus partus admirabilis. p. 218.
XIIII. Sera & cita generatio admiranda. p. 221.
XV. Defloratio ſine ſanguine. p. 223.
XVI. Superfœtatio ſuſpicienda. p. 224.
XVII. In coitu extincti. p. 225.
XVIII. Coitus ſymptomata admiranda. p. 226.
XVIIII. Purgationis ſuppreſſæ accidentia notatu digna. p. 230.
XX. Alui fluxus admirãdi. p. 233.
XXI. Hydropes miræ. p. 234.
XXII. Fœtus in vtero mortui hiſtoriæ rariſsimæ. p. 239.
xxIII. Proles ſine mẽſtruis. p. 242.
XXIIII. Numeroſi partus. p. 243.
XXV. Molæ admirabiles. p. 245.
XXVI. Vermium hiſtoriæ miræ. p. 250.
XXVII. Lotij miræ excretiones. p. 260.
XXVIII. Lotij mirabiles retentiones. p. 261.
XXVIIII. Mira exeuntia per vrinam. p. 263.
XXX. Lapides in vniuerſi corporis ſingula parte. p. 264.

Libri Quinti Capita.

I. Oſsium miræ affectiones. p. 272
II. Corporis monſtruoſa craſsities. p. 274.
III. Mirabiles carneæ excreſcentiæ. p. 275.
IIII. Vulnerum mirabiles ſanationes. p. 276.

Libri Sexti Capita.

I. Hydrophobia mira affectio. p. 291.
II. Monſtra admiranda. p. 297.
III. Specificæ proprietates miræ p. 304.
IIII. Morbi noui. p. 308.
V. Caſu curati. p. 310.

F I N I S.

MARCELLI DONATI DE MEDICA HISTORIA MIRABILI.

Liber Primus. Caput Primum.

DE REPENTINA CANITIE ex Timore vel Mœrore.

BOSTON MEDICAL LIBRARY
MAR 25 1903

SICVTI progrediente ætate homines caneſcere vulgatiſsimum eſt, ita de repente ex timore, vel mœrore aliquos canos effectos non admiratione caret, quod Petrus Meſsias Hiſpanus in ſua variȩ lectionis ſilua teſtatur; ſcribit nanque D. Diegum Oſorium à Rege Catholico carcerari iuſſum vnica nocte propter timorem totum canum euaſiſſe, cum tamen iuuenis, vel potius adoleſcens eſſet. Iulius Cæſar Scaliger aduerſus Cardanum de ſubtilitate exercitatione. 312. ſuæ tempeſtatis talem narrat hiſtoriam. Franciſcum Gonzagam Mantuæ Principẽ affinem ſuum ſuſpectum coniurationis in turri portæ Cæſareæ (hodie Trieſiæ vocant) ad quæſtionem, aut ſupplicium ſeruari iuſsiſſe, nuntiatum eſt mane totum repente canum factum, quod quaſi prodigium flexit animum Principis, qui ei propterea, & veniæ, & vitæ fecit gratiam. Nicolaus Florentinus ſe. 7. tract. 6. ſum. 3. c. 24. ſcribit ſe vidiſſe puerum Matthæi Lippi de Scarparia, & Chechium Sutorem in Burgo Sancti Laurentij ex magno, & ſubito timore repente canos effectos. Speronus Speronius in dialogo de partu inſcripto ſcribit, Nobilem Patauinum, cum illi veſpere nunciatum fuiſſet indictum eſſe vt capitis amputatione plecteretur, nocte totum canitie correptum, & talem vſque in nouiſsimum vitæ diem permanſiſſe, cum multo temporis tractu ſuperuixiſſet, ſcribit Albertus Krantzius in ſuæ Metropolis lib. 9. c. 47. Vuipertum deſignatum Epiſcopum Raceburgenſem Romam profectum, vt à Pontifice ſummo confirmationem obtineret, ob adoleſcentiam neglectum à Pontifice proxima nocte totum incanuiſſe. Suetonius Tranquillus in Sergij

Galbæ vita tradit ſacrificante Imperatore accidiſse puero è miniſtris àcerram tenenti vt capillus repente toto capite caneſceret quod prodigioſum cenſuit antiquitas, nos potius ex horore victimarum paſsim matatarum expauefacto puero eueniſſe exiſtimamus. Cuius euentus cauſa à nobis eſt indaganda, quod vt facilius aſſequi valeamus, quæ à ſcriptoribus naturalis canitiei cauſæ exiſtimatæ fuere, in memoriam reuocande ſunt, ommiſſa Aſtrologorum opinione, qui illos citò caneſcere, & in prima etiam adoleſcentia tradidere, quibus in ortu Saturnus inter Solem, ac Lunam, perinde vt circumuentus ab hoſtibus intercipitur, quemadmodum docet Pontanus de rebus cœleſtibus lib. 11. c. vlt. Hip. lib. de natura pueri tradidit capillorum canitiem fieri, ratione nutrimenti humidi ipſorum, & albiſsimi, cuius gratia & ipſa cuticula, in qua implantantur albidior quoque euadit; Hanc Hip. ſententiam manifeſtè ſequutus eſt Macrobius 7. Saturnalium, & Alex. prima proble. ſec. 3. 5. & 6. probl. quibus etiam inter recentiores Ioannes Argenterius perſpicaciſsimi ingenij acie Illuſtris in ſuis in artem medicam Gal. commentarijs aſſentitur, duplicem enim pilorum materiam ſtatuit, vnam quæ ex terreno, & ſordido excremento genita. in 3. coctione deſumitur, alteram vero ex pituita naturaliter ſubiecta, & cuti adherente. Si itaque contigerit excrementum pituitam ſuperare, pilus refert excrementi illius colorem, at ſi contra pituita excrementum exuberauerit, pili pituitæ colorem præſeferent, quæ cum in ſenibus abondet, hinc fit quòd cani homines ſeneſcentes præcipuè euadant, quod pariter Auer. in com. 1. cap. 5. lib. de generatione animalium innuere videtur, dum ſcribit canitiem, & cæcitatem duas affectiones eſſe conſequentes cruditatem humoris, & eius paucam concoctionem, quæ ſententia ex Ariſtotelis dictis ibidem manifeſtè colligitur, quamuis idem Auer. in commentarijs in V. de gen. animal. Ariſt. lib. hoc placitum oppugnet ea ratione innixus quòd capilli nutriantur nutrimento vltimo, Phlegma autem primum ſit nutrimentum, quo capilli nutriri debueant, ni prius magna illius præceſſerit trãſmutatio, quæ tamen argumentatio (parcant Præclariſsimi Philoſophi manes) vtroque (vt aiunt) claudicat pede; quàmuis enim alimentũ in nutritione tranſmutetur, nihilominus cum orta ſuis principijs atteſtari rationi ſit conſonum, non omni ex parte proprijs qualitatibus deſtituitur, præterea cum genitum excrementum in cutis, ſubiectæque illi carnis alitione capillorum ſit materia, puriorque ſanguinis pars in cutis, & carnis nutritione abſumatur, cumque in ſenibus exempli gratia, quorum canities eſt propria, ſanguis plus iuſto pituitoſior ex diminuta, debilique coctione proueniat, fit vt & excrementa in ea nutritione facta pituitæ na-

turam

turam ſapiant, qua ratione, & pili ſubiecti excrementi pituitoſi albedine non deſtituti canitiem contrahere poſsint, quod exemplo comprobari libet. Nobilis Vrbis noſtræ Patritius Antonius Maria Catabenus ætate iam inclinante canus effectus, plurima bile ſanguini permixta in corpore redundante, nonſolum cutis auriginoſum colorem incurrit, ſed & ipſius cani luteo colore ad viridem inclinante effecti ſunt, ita vt illud Homeri in mentem reuocent. Factus Equo ſimilis concubuit cæruleos habens crines, Et Ioſepho Fontanæ cognominato il Pelato in Vico Montanariæ 4. lapide Mantua diſtante pluries defluuiò capillorum capitis, & barbæ eodem anno correpto pili modo albi, modo nigri renaſcebantur, & quo loco primi albi enati fuerant, ſecunda vice nigri reuertebantur, & econtra, cuius rei fidem facere poſſunt quàmplurimi, & inter cæteros Dominus Nereus à Strata Ducalis Senator; iure itaque meritò Hip. loco allegato ſtatutum reliquit, quòd qualemcunque humiditatem caro attraxerit, ſiue albam, ſiue rufam, ſiue nigram, tali colore & pilum infici, cui & Alexander Tralianus lib. 1. cap. 1. ſubſcribit per hæc verba; Cauſa vitij efficiens ex pilorum colore internoſcitur, etenim flaui bilioſam humorum vitioſitatem ſuperare indicāt, nigri humorem melancholicum, albi pituitam, ſic & Alexander prob. 3. (ſiue Tralianus fuerit, ſiue Aphrodiſeus, quod nonnulli contendunt) ſcribit pilos canos aliquando propemodum aureolos effici cum vitellina bilis pituitæ ſit immixta; quod pariter ex Ariſt. dictis c. 4. 5. lib. de gen. animal. colligi poteſt, ſi enim in Viteligine, quę præternaturalis eſt affectio, eo quòd cutis alba ſit, pilos quoque albos fieri concedit, quid obſtat quominus in ſenio plurima pituita afluente, præſertim excrementitia, & excrementum quoque vltimæ coctionis pituitoſum euadat; pituitæque naturam ſapiat, quod in capillos abſumptum canitiei occaſionem præbeat; nec quod nonnulli obijciunt multifaciendum, quod Ariſt. ſcilicet mens fuerit ex alba cute non prouenire naturalem capillorum canitiem, ſed morboſam, fatemur nanque Ariſtotelem non ſolum in homine, ſed & in alijs animalibus ſtatuiſſe nullum colorem ex cutis naturaliter conſtitutæ colore pilis aduenire, non tamen hinc concludere debemus ipſum inficiari ex nutrimenti excrementitij colore, quod eſt pilorum materia, ex qua augeri, & nutriri (vt ita dicamus) compertum eſt, illius hunc, vel illum colorem accedere poſſe, quod Gal. lib. 2. de temper. clariſsimè docuit c. 5. quam ſententiam inter recentiores ſectatur Montanus in ſuis com. in artem medicam Gal. cuius opinio minimè nobis irridenda videtur, & ſi id Argenterius arbitratus ſit, eo quòd ex fuliginoſo vapore, vel pituita ſolum nutriri capillus exiſtimet, fuliginoſus verò vapor ſemper atri coloris ſit, quod tamen pace eius

dixerim falſum eſt, nam ſolum vapor ille niger eſt, qui ab aſſatis humoribus à calore excedente fit, & propriè fuligo appellatur, ex qua nigri capilli euadunt, at ſi calor mitior ſit, agatque in alijs humoribus, eleuabuntur ab eiſdem vapores eorundem colorem ſeruantes, ſecumque deferentes, teſte Gal. loco citato, vaporem enim nil aliud eſſe quàm humorem extenuatum. 4. de ſympt. cauſis docet Gal. ex quo nutriti capilli colorem illius ſuſcipiunt, libet Gal. verba ſubſcribere, vt res apertior euadat, habet itaque Gal. 5. c. 2. lib. de temper. hæc verba. Fit autem niger pilus cum deuſto coloris vapore, excrementum in exactam fulginem mutatur, flauus verò cum minus vapor torretur, quippè quòd tum eſt impactum flauæ bilis non nigræ fæculentum excrementum eſt, albus verò pilus ex pituita naſcitur, rufus ſicuti coloris flaui, albiq; eſt medius, ſic eius generatio ex pituitoſæ, bilioſæque fæcis, media quadam natura prouenit, Hoc pariter Raſis. 25. cont. c. 22. de mente Mabat confirmat, ait enim colorem capillorum fieri ſemper ad modum ſanguinis, qui ſi fuerit tenuis, ideſt bilioſus, vel aqueus, erit illorum color citrinus, vel albus, ſi fuerint niger, & callidus manifeſtè erit niger. Quęrit Alex. probl. 148. cur pili in pedibus haud citò caneſcant, & inquit pedes frequenti, intenſaque ambulatione, quòd in ſe decurrerit pituitatis excrementum reſoluere, id autem canos gignit. Pubes autem & ipſa ſero caneſcit, quia callida natura eſt, atque in coitu pituitam reſoluit, ex quibus manifeſtè dignoſcitur illum voluiſſe canitiem ex pituita prouenire. Atheneus lib. 15. Diponos. Ariſtoteli aſcribit, quòd dixerit perfuſos vnguentis citius caneſcere, eo quòd aromata exſiccant, ſiccitate autem canities gignitur. Hunc iure optimo doctiſsimus Mercurialis lib. 1. variæ lec. c. 21. reprehendit nullibi enim Ariſtoteles canitiem à ſiccitate fieri ſcriptum reliquiſſe, quinimmo ex profeſſo aduerſus eos, qui à ſiccitate canitiem ortum ducere putabant 5. lib. de gen. animal. c. 5. diſputaſſe conſtat, ex hocque conuinci erroris Athenæum tradit Mercurialis. Addimus nos verum eſſe Ariſtotelem eodem loco ſcripſiſſe hydreleo perunctos crines citius caneſcere, ſed id nō eo quòd exciccentur fieri voluiſſe, ſed potius eo quòd aqua refrigeret, oleum verò quominus exſiccetur aqua prohibet, ex quibus verbis in frigiditatem canitiei cauſam referre videtur, non in ſiccitatem, quam eodem capite illius minimè cauſam eſſe binis rationibus contendit, quarum prima hęc eſt. Qui cooperto capite incedunt citius caneſcunt, quàm qui diſcoopertos capillos geſtant, flatus enim putredinem prohibet, operimentum autem perflatum prohibet, vndè qui pileo, vel alio tegumine operiūtur humidiores capillos habent, qui verò caput detectum, & apertum gerunt illis magis capilli exſiccantur, ſecunda ratio Ariſt.

eſt

eſt quòd pili nonnulli illico, & in primo ortu cani naſcuntur, at nullum oritur aridum, ergo canities ab ariditate non prouenit, ſic enim argumentatur Ariſt. & non eo modo, quo tradit doctiſsimus Mercurialis lib. de Cutaneis morbis cap. 6. ſecundam nanque rationem Ariſt. explicat eſſe, quòd multi homines à ſui primo ortu incipiant caneſcere; quo tempore corpora noſtra ſunt humidiſsima, referente Cteſia, eſſe quandam Indiæ gentem, vbi mulieres ſemel tantum pariunt, & illi partus ſtatim, ac in lucem ſunt editi, incipiunt caneſcere, ſed dupliciter, quantum ipſe conijcio, cuiuſmodi explicatio peccat, Primum quia Ariſt. non ſtatim à primo ortu homines caneſcere dicit, ſed loco citato inquit nonnullos canos illico oriri, & c. 11. lib. 2. de hiſt. animal. ita ſcribit; Plurimus tamen canorum numerus candicans illico exiſtit, qua ex re manifeſtum fit canitiem non ex ariditate committi, vt quidam volunt, nihil enim aridum illico gigni ſolet, ex quibus patet Ariſtotelem de ijs meminiſſe, qui pilis albis orti ſunt, minimè verò de illis, qui poſt ortum cani effecti fuere; diſtant autem inter ſe pilis albis oriri, & poſt ortum caneſcere, canities nanque alium colorem priorem in pilis exiſtentem ſupponit; ſecundò peccat clariſsimi viri explicatio, quod exemplum aut. Cteſię nullibi (quod meminerim) ab Ariſt. adducitur, nec exiſtimandum eſt ſummum Philoſophum Cteſiæ aut. ſententiam ſuam comprobaturum, cuius cum ter duntaxat in lib. de Gen. & Hiſt. animal. meminerit; parum vel nihil illius dictis fidem adhibuerit. Nanque lib. 2. de Hiſt. animal. c. 1. de Belua Mantichora verba faciens an Cteſiæ credendum ſit, dubitat. In 8. lib. eiuſdem c. 28. nullã fidem Cteſiæ adhibendam ſtatuit, in India ſuem, nec ferum, nec manſuetum eſſe dicenti; Et lib. 2. de gen. animal. c. 1. tradit Cteſiam Cnidium planè mentiri ea quæ de Elephantis ſemine ſcribit, At quæ de Cteſia adducit Doctiſsimuus vir à Plinio lib. 7. Hiſt. natural. c. 2. commemorantur, quo loco etiam tradidit in Albania gigni quoſdam glauca oculorum acie à pueritia ſtatim canos, & Pandoras gentes in iuuenta candidum capillum habere, qui in ſenectute nigreſcat. Non minus quoque rectè Thomas à Veiga inter Neotericos vir omniũ calculis laudatiſsimus in ſuis com. in artem Medicam Gal. Ariſt. imponit, quòd hac tertia ratione dicentium canitiem à ſiccitate prouenire ſententiam reprobarit; à cuſpide prius caneſcunt capilli, quàm à radice, non itaque ex ſiccitate alimenti caneſcunt, nam alimentum radici apponitur; parcat mihi doctiſsimus vir, hæc ratio non eſt Ariſt. nec Ariſt. digna, quàmuis enim ſcribat lib. 3. de hiſt. animal. c. 11. candeſcere pilos à parte ſui poſtrema, non tamen ex hoc argumentatur canitiem à ſiccitate non fieri, quin potius ex hoc dicto oppoſitum eſſet inferendum, nam cum alimentum primum ra

dici apponatur, ſi prius capilli extrema pars caneſcit, ſequitur id ex ſiccitate, & defectu alimenti prouenire, cum prius extrema pars, quàm radix alimento deſtituatur, & per conſequens areſcat, & candeſcat. Non itaq; veriſimile eſt Ariſtotelem 3. loco tàm inſulſam rationem adduxiſſe. Priores autem binæ ab ipſo allatæ, nec ipſæ reſponſione carēt, nam primæ ſatisfacientes negari poſſet exemplum, quum potius quotidiana experientia oppoſitum fieri cernamus, qui enim aperto, & detectiore capite incedunt, vt ruſtici, paſtores, Nautæ, alijque huiuſmodi ex ſolis calore, & ambientis æſtus, illis capilli exſiccantur, & albeſcunt, ſic albeſcere ſegetes, & arborum folia etiam rura norunt, non ſolum ex defectu caloris naturalis, quod voluit Au. in com. 5. lib. de gen. animal. ſed & ex defectu humoris quoque, exſiccantur enim tunc arborum folia vt ſenſuum fide cognoſcitur, ſic ſulphure exſiccari capillos & lanam albeſcere, & mulierculæ, & infectores pannorum norunt, quod verò ad ſecundam rationem pertinet, reſponderi poſſet quòd qui albi capilli oriuntur, non propriè cani ſunt appellandi, ſed albi, cani enim illi propriè dicūtur, qui cum orti eſſent nigri, vel alterius coloris, albi euadunt, quamobrem concludendum canitiem nonnunquàm à ſiccitate ortum ducere poſſe, quod teſtatus eſt Auer. in com. 5. lib. de gene. animal. c. 4. licèt id per accidens, & ſecundariò fieri dicat, quo pacto autem id eueniat, declarat Excellentiſsimus Mercurialis loco ſuperius citato inquiens id fieri, quia pili in ægritudine, vel aliqua alia de cauſa patiuntur, & humidum eorum vitioſum rareſcit, ita vt ſubſtantia pilorum rarefacta lucida euadat, & etiam aliqua tranſparentia afficiatur, conſimilem cauſam, vel certè parum admodum differentem aſsignat Iacobus Forliuenſis in ſuis in artem medicā com. quod ſcilicet humida ſubſtantia opaca capillorum exſugatur, & areſcat, quæ faciebat nigredinem in illis, ſicque ea abeunte nigredo quoque abſcedit, & albedo introducitur. Hanc cauſam omnium primus Auic. Fen. 2. 4. tract. 2. c. 100. aſsignauit per hæc verba, dum ageret de conualeſcentibus. Et accidit eis vt albificentur eorum capilli, propterea quòd capilli priuantur nutrimento, & propterea quòd reſoluitur humiditas innata, cum qua ſtat nigredo, ſicut accidit ſegetibus quòd quando ſiccantur albeſcunt, poſtea quando eorum diſpoſitiones bonæ fiunt, redit nigredo capillorum, ſicut accidit ſegetibus quando potantur aqua, quoniam tunc redit ipſarum viriditas; Iam itaque conſtat tùm ex pituitoſo nutrimento, tùm etiam ex ſiccitate, licèt diuerſimodè capillos canos effici poſſe. Tertia ſuccedit opinio, quæ Ariſt. eſt 5. de gen. animal. 4. c. quo loco tradit canitiem fieri ex putredine alimenti capillorum, cum enim imbecillo reddito calore, vel refrigerato capite alimentum huiuſmodi à calore natu-

rali

tali deſtituitur, tentatur à calore externo, cumque humidum ſit, fac lè putreſcit, vndè cani euadunt capilli, quia dum putreſcit humor, magna pars in aerem, ſeu vaporem aereum conuertitur qui pilos inficit calore albo, nanque calor albus, vt ibi in com. docet Auer. & Ariſt. ſeu potius Theophraſtus in lib. de coloribus fit ex permixtione portionis aereæ cum terrena, aut aquoſa, & ideò butyrum, camphora, & ſpuma ſunt alba, ſic videmus ex terræ putredine mucorem, ſeu putrilaginem albam in eius ſuperficie generari, quam Gal. & Ariſt. ευπι᾽δτα appellant, id eſt cariem, ſeu putrilaginem dixeris, exponunt translatores latini ſitũ, quod à Valla lib. 6. interpretatur propriè ſordes, & illuuies illa qualis naſcitur inter opaca domus, quæ diu non repurgatur. hanc Ariſt. ſententiã recentiores nonnulli duabus potiſsimum rationibus refellere contendunt, quarum prima eſt, quòd ſi capilli cani ex putredine fierent, certè defunctorum capilli caneſcere deberent, cum in eis maximè putredo vigeat. Secunda ratio eſt Argenterij loco citato talis, ſi ex putredine cani efficerentur capilli fæterent vtique canorum corpora, primam rationem ſoluit Thomas à Veiga inquiens in defunctis concreſcere humiditatem alimentoſam, & pilos denſari, nullamque amplius materiam nouam pro alimento attrahi, quare durat priſtinus color quicunque fuerit, ſed non leuem patitur hęc reſponſio inſtantiam ex ipſius Ariſt. dictis lib. 2. de gener. animal. c. 4. quo loco defunctis creſcere pilos tradit, & ſi naſci nequeant, ſi itaque creſcunt, ergo falſum erit quòd nullum nutrimentum nouum attrahatur, vel expellatur, & quòd ſolum cõcreſcat alimentoſa humiditas, ſicq; pili denſentur, vt nouam ſubſtantiam aduenientem non admittant, tollitur facilè hæc inſtantia ex ijs, quæ à Doctiſsimo Mercuriali lib. de cut. morb. c. 3. traduntur, ne illum meritæ laudis defraudemus, Quod ſcilicèt Ariſt. dictum fortè minimè fide dignũ arbitrandum, hocq; ex eo colligitur, quòd nec Au. nec Io. Gramaticus in com. in librum illum ne verbum quidem de re hac fecerũt, ita vt haud Ariſt. ſententiam probauerint, nec eius dictum veritati conſentaneum extimarint, at demus verum eſſe quòd Ariſt. ſcribit mortuis ſcilicèt capillos creſcere, eam non eſſe veram excreſcentiam dicemus, quemadmodum lib. 2. de dubijs animæ imaginatur Plotinus c. 19. vbi tradidit defunctis pilos, & vngues augeri, propterea quòd & ſi anima recedat, tamen remanet in corpore mortuo per aliquod tempus, veſtigium veluti quoddam vitæ; perinde ac remoto igne à laribus, lares excalefactos per aliquod tempus remanere conſpicimus, cuius veſtigij caloris ope, in corporibus vita deſtitutis augeri pilos, & vngues contingit, quæ tamen ſententia falſa eſt, nam nihil vitæ in cadauere remanet, & ſicuti recedente ſole, lumen & radij omnes quoq; recedunt, ita abeunte anima, omnes

quoq; eius facultates extinguuntur. Quare cũ Alex.probl. 140. dicendum, in mortuis non verè pilos augeri, ita quòd illis additamentum aliquod fiat, ſed marceſcente carne, & cute, omnes pilorum partes, vſq; ad vltimam radicem palàm fieri, ſeſeq; oſtendere, vndè longiores videntur. Secunda inſtantia tollitur eo, quòd multiplices ſint putredinis modi, vt docet Gal.lib.de dif.feb. c.6. cuius tamen duo præcipuè modi ab ipſo enumerantur in com. Aphor. 17. 2. lib. quorum alterum eſt, cum parua in humore putreſcente à calore præternaturali alteratione effecta, humor nondum tamen habet eſſatu dignam euerſionem ad ſuę naturæ contrarium. aliud verò putredinis genus eſt, in quo humor adeò magnam ad contrariam ſui naturam tranſmutationem obtinet, vt non poſsit amplius ex naturæ coctione ad primam eius redire perfectionē, nec amplius ad habitum naturalem redire, & hæc propriè corruptio appellatur; his ſtantibus dicimus, cum Ariſt. ex putredine canitiem oriri ſcribit; intelligendum eſſe de priori putredinis modo, in quo fætor nullus, vel ſaltem exiguus eſſe poteſt, & non de totali corruptela, in qua, quod putrefit, male olere conſueuit, cuius rei id manifeſtum eſt inditium, quòd ſi de altero putredinis genere interpretarentur Ariſt. verba, non ſolum ad eam putredinem conſequeretur canities, ſed & pilorum defluuium, nam corrupto penitus & maxima putredine correpto pilorum nutrimento vel ipſi non nutrirentur, vel vitioſum ſuſciperent alimentum, ſicque neceſſario ſequeretur eorum caſus, vt in ijs, qui Gallica lue infecti ſunt, vel morbo contabeſcentibus euenire quotidie obſeruamus. Hactenus itaque tertias canitiei cauſas recenſuimus, quas omnes Gal. probaſſe videtur ex ijs, quæ in calce 1.c.2. lib. de temper. ſcribit, quo loco cum ex ſumma ſiccitate caluitium fieri dixiſſet, talia ſubdit. Quibus autem ad ſummam ſiccitatem cutis non peruenerit imbecilli his omnino, albique pili fiunt, quos vulgò canos appellant, imbecilli quidem conuenientis alimenti penuria, albi verò propterea quod alimentum, quo alũtur, veluti ſitus eſt pituitæ, quæ ſpatio computruit &c. Ex quibus iniuria medius fidius ab Excel. Mercuriali Auic. redargui colligimus, quòd dixerit ſententiam fuiſſe Ariſt. canitiem eſſe conuerſionem ad colorem pituitæ, in hocque conuenire cum Gal. ipſo, quorum neutrum id ſenſiſſe contendit Mercurialis, falſo tamen quo ad Gal. ſaltem vt ex ſuperius allatis clariſsimè dignoſcitur, quibus locis Gal. manifeſtiſsimum eſt loqui de canitie, cui nec Ariſtotelem refragari dicemus, ſi ipſius dicta diligenter perpenderimus, cum enim tradit ex caloris naturalis inopia, & imbecillitate, in humore excitari putredinem, ſicque fieri ex vapore ab eo putreſcente canitiem, quæſo quis nam humore ad hoc efficiendum pituita aptior

imaginari poteſt, cum humida ſit, & calori naturali imbecillo maximè conueniat, vndè putredini occaſio miniſtratur, eaque putreſcente eleuari vapores contingat, quibus medijs canities pilis concilietur, quemadmodum & ſitum terrę ſuperuenire videmus, quæ & ſi fuſca, nigraq; ſit, tamen à putrido vapore à ſe ipſa eleuato albedine infici poteſt, quod eo magis pilis accidere poſſe; à vapore proueniente ab alba pituita putreſcente exiſtimandum eſt; quòd verò putreſcens humor, à quo eleuantur vapores canos capillos efficientes, potius pituitoſus ſit intelligendus, quàm alius de mente Ariſt. eius verba ibidem teſtantur, ait nanque per ægritudinem fieri canos capillos, quia cum totum corpus inopia caloris naturalis laboret, ſic partes eius etiam minimæ eadem participant labe, multum autem excrementi conſiſtit in partibus corporis, quamobrem in pilis etiam cruditas eſt, quæ canitiem faciat. quæſo quale excrementum hoc crudum in corporis partibus, & pilis, ex caloris naturalis imbecillitate genitum aptius ad canitiem inducendam pituitoſo excogitari poteſt? nullum certè, quare Auicenna minimè damnandus ſi conſimiles, & propinquas Ariſt. & Gal. dictiones eſſe dixit. Nam & amplius quoque conijcimus ex eius verbis aliquando Ariſt. Gal. placitum non improbaſſe, cum canitiem à ſiccitate nonnunquam prouenire dixerit. Habet enim 2. de hiſt. animal. c. 11. ægrotantibus nonnullis pilos incanuiſſe, quibus in integram ſanitatem reſtitutis defluxis canis nigri enati ſunt, ecce itaque quandoque pilos canos effici, & decidere, quod non niſi ex ſiccitate prouenire poteſt, nam putreſcens alimentum, quod eos canos efficit, adaucto calore præternaturali validius agente conſumitur, vndè defluere coguntur, ob idq; poſt morbos ſæpe hominibus defluere capillos tradidit Gal. 1. de comp. med. ſec. loc. c. 2. quos reficiente victu curare ibidem docet, ob eandem cauſam in phtiſicis, & tabidis, cum malum inualuerit, defluere capillos notarunt. Gal. & Hip. 5. Aphor. 11. & 7. Aphor. 16. vnde (& iure optimo) Ariſt. eodem capite toties citato morbum eſſe aduentitiam ſenectam, & ſenectutem eſſe morbum naturalem tradidit, eo quòd æquè in morbo ac in ſenectute exſiccentur corpora, caneſcant, & defluant pili, multaque alia vtriq; communia, & conſueta accidentia conſequantur, quod ſi Ariſt. non ſemel expreſſe eorum placitum confutauit, qui à ſiccitate canitiem oriri contendebant, id intelligendum ab ipſo prolatum de canitie naturali, ſeu ætatis, alioquin non negaturum, ex morbo, aliquauè alia conſimili cauſa ſiccitatis medio præter naturæ modum canitiem accidere poſſe, vndè c. 6. eiuſdem 5. lib. tradidit pilos inter ſe differre, qui morbo, aut ætate, quique natura albuerint, ex eo ſcilicèt quòd cauſam diuerſam obtineant, ſicuti omnibus albedinem

aer rarefactus incluſus præbet. Abrahamus Ortelius in Theatro orbis Terrarum in Hiberniæ tabula tradit in illius parte Momonia appellata fontē eſſe cuius aquis ſi quis abluitur ſtatim canus efficitur, & ſubdit, vidi hominum cuius pars barbæ limphis illis lota canis incanduerat, altera parte in ſui natura tota fuſca remanente, quod ſui potentiali ſiccitate forte efficere aquas illas dicendum, niſi ad potentiam ſeu proprietatem occultam id reduxerimus. Sed iam tempus eſt ut vela colligamus, & cuius gratia ſermonem inſtituimus ad illius cauſam enucleandam accedamus. Ex repentino timore canos euaſiſſe nonnullos in ſiccitatem referunt aliqui præ timore nanq; confugiente calore cum ſanguine, & ſpiritibus ad vitæ fontem, extrema illis deſtitui contingit vndè refrigerentur, & conſueto pabulo depauperentur, ſicque exſiccentur pili, & cani euadant deficiente proprio alimento, quemadmodum & folia, & ſegetes dum exſiccantur albeſcere conſpiciuntur. Cuius rei inditium eſt, quod ingenti timore detentis, & mœrentibus concauantur oculi, & facies tornatilis fit, collabunturque malæ, quæ omnia totius capitis refrigerationem, & exſiccationem demonſtrant, & quod ca pilli albedi ſi extirpentur longè minorem humoris lentacei portionem radici hærentem habere depræhendemus quàm nigri, exſiccationis non contemnendum inditium. Alij tradunt deſtitutis calore naturali partibus extremis in timore, inter quas cutis enumeratur pituitoſos humores ſub cute exiſtentes, quibus ea pars redundare conſueuit putredine corripi, & ab illis eleuari vapores, qui capillos albedine inficiant calore præternaturam agente laxante, & rarefaciente pituitoſum humorem; quæ duæ problematis ſolutiones & ſi nobis haud reprobandæ videantur, tertiam tamen & cui magis intellectus noſter acquieſcit in medium afferimus, quæ talis eſt; frigidi proprium eſſe indurare, & cogendo exſiccate docet Ariſt. lib. 5. de gen. animal. 3. ab illo nanque humor euaporatur per accidens, vnà enim cum calore & humor abſtrahitur, cum itaq; in timore magno & paueſcente homine refrigeretur capitis cutis ſimul quoq; & cogitur, induratur, & exſiccatur, vndè & meatus illius arctiores redduntur, hincque timeſcentibus arriguntur capilli, totiq; horreſcunt, cum enim, vt dicebat Gal. in Platonis Thimeum cutis pilorum complectatur radices, vt gingiuæ dentes, fit vt illius metibus coarctatis, arctius .& capillorum radices comprimātur, verùm quia pili ex fulginoſa humorum eluuie ortum ducunt, quę per anguſta cutis ſpiracula tanquàm foras propulſa, impacta hęret in tranſitu, cui & alia rurſum è profundo ſublata quoq; hęret, eamque ferit & impellit, hancq; rurſus alia, ſicq; ſucceſsiuè hunc in modum quaſi ſuccreſcendo ſemper augeſcunt capilli, fit vt tunc temporis coarctatis cu-

tis

tis meatibus, fuligo illa ſubiecta ſeu excrementum, ſiue pituitoſum, & album, ſeu putredinali calore rarefaciente albeſcente, vt de ſitu terræ ſuperius accidere diximus, fit inquam vt exprimatur ex coarctatione, & compreſsione, atq; in capilli ſubſtantiam diſpergatur, illiſq; eam albedinem breui temporis interuallo impartiatur, quam paulatine introducere conſueuit, frigus nanque, ſeu horror timentes inuadit expreſsione concitato motu humorum, ſe ipſa colligente natura tanquam noxium propulſura, qui per ſenſibiles partes peruenie͂tes frigus, vel horrorem efficiunt. Quod ſi excrementum fuligo, ſeu vapor vt cutis poris contentum nigrum fuerit, vel alterius coloris, non ex timore quamuis ingenti, & repentino canitiem ſuccedere videmus; Verùm quia nonnulli taliter affecti ſunt vt in iuuentute caneſcere cogantur, his ſi timor repentinus, & ingens acceſſerit facile canos euadere continget. Hanc verò noſtram ſententiam ex eo confirmare poſſumus, quod aliquando obſeruatum fuerit ex ſubitaneo, vehementiq; timore, defluuium pilorum accidiſſe. Mulier quædam ruris incola cum in meridie ſub vmbra nucis arboris dormitaſſet in ſomnijs à Demone opprimi, & verberari ſibi ipſę viſum eſt, & præ timore expergefacta, cum ſub nucis vmbra ſe cubaſſe videret, ſemidormiens perterrita à malo ſpiritu ſe correptam prædicans domum reuertitur, & febri ſuperueniente ferè capilli omnes decidere, qui tamen ſanitati reſtitutæ renati ſunt. Adoleſcentula alia patri vnica mane parentis thalamũ ingreſſa, vt de more illi e lectulo ſurgenti miniſtraret, adapertis feneſtris, patrem vocat, illum verò altiori ſomno detineri rata ad cubile accedit eum expergefactura, verũ rigidum, immobilemq; repertum cum tetigiſſet frigidum adinuenit, nocte intempeſtiua ſubitanea morte correptum, quo caſu inopinato perterefacta horreſcens arrectis capillis ſemianimis vicinos aduocat, ſoli enim pater, & filia vitam ducebant, qui patrẽ mortuum ſepulturæ dederunt, ſemiuiuentem filiam in lecto collocantes vt vires reciperet, cui quarta die cæperunt defluere capilli, ita vt omnes ferè deciderint, pauciq; fuerint reuerſi, & in poſterum caluitio laborauerit, hoc autem fieri dicendum iudicio noſtro, quod ob repentinum, validumq; timorem, vniuerſus calor confertim ad vitæ penetralia confugiat, hinc cutis riget, & capilli arriguntur, vndè Maximus Poetarum cecinit, obſtupui, ſteteruntque comæ. Cuius rei cauſam Ariſt. ſec. 8. probl. 8. 11. & 18. probl. refert, quod ſcilicet calore ad interiora ſe colligente exteriora frigore corripiantur, vndè cutis meatus, qui ad latera laxabantur, concreta per frigiditatem cute coguntur, & arctiores fiunt, hincq; & pili arriguntur, coarctatis itaq; cutis capitis meatibus fit, vt exprimatur, & diſsipetur humoris portiuncula illa, quę capillorum radicibus hæret,

cuius

cuius meminit Ariſt. 3. lib. de hiſt. animal. c. 11. per hæc verba. Habet autem genus quodq; pilorum ad ſuam radicem lentum quendam humorem, quo protinus, vbi euulſum eſt, ſi qua leuiuſcula tangat, adhæret, vt & trahere poſsit tenacius. Hoc itaq; conſumpto, & diſsipato ſequitur pilorum caſus. quòd ſi quis id ad ſiccitatem, putredinemuè, vnde vitium alimenti capillis accidat, referre voluerit, non reclamabimus, cum vtraque de cauſa capillos defluere compertum ſit. quam tamen primo loco rationem adduximus, magis arridet, quia ex coarctatione aliquando ita meatus obduci videmus, vt caluitium ſuccedere obſeruauerimus, quod in præmorata adoleſcentula eueniſſe diximus, vndè cum Hipp. & Gal. 6. Aph par. Aph. 28. & Ariſt. 5. de gen. animal. c. 3. & 3. de hiſt. animal. c. 11. mulieres non calueſcere tradiderunt, intelligendum eſt ſponte natura, ſecus eorum dictum falſum eſſet, ſic enim morboſo caluitio, & impropriè appellato, nos mulieres preſertim circa tempora, anterioremq; capitis ſummitatem calueſcentes pluries vidimus; & Albertus Mag. lib. 19. de animal. c. 6. binas mulieres caluas ſe vidiſſe ſcribit. Palpebrarum pilos nõnuquam ex ampliori Veneris vſu defluere author eſt Ariſt. 3. lib. de hiſt. animal. c. 11. quare ex horum defluuio non ſemper Gallica affectio arguenda.

De ſudore ſanguineo. Caput II.

GVlielmus Rhondeletius libro de dignoſcendis morbis c. 11. ſcribit; Per poros cutis etiam ſudor quidam ſeroſus ſanguineus reiectus fluit, aliquando viſus à nobis in ſtudioſo quodam; Is ab omnibus corporis partibus ſanguinem ſeroſum reſudabat, ob venarum raritatem, & oſculorum illarum laxitatem, & ſanguinis tenuitatem. Hoc pariter ab ipſo repetitum legimus cap. 18. quõ loco id anno 1547. eueniſſe tradit. Fernelius lib. 6. c. 4. ſcriptum reliquit, ſe vidiſſe ex iecoris imbecillitate preſertim virtutis retentricis ſanguinem ab extremis venis, quæ in cutem deſinunt multis è locis effundi. Ariſtoteles 3. de partibus animalium c. 5. & 3. de hiſt. animalium c. 19. ſcribit, aliquos interdum ſudaſſe ſanguineum ſudorem, quod pariter confirmatur à Theophraſto lib. de ſudoribus ex ſententia Monæ Medici, Idem & in lib. de vtilitate reſpirationis Gal. attributo adnotatum reperitur. Quo pacto autem id fieri poſſit, indagandum altius exordio deſumpto. Cum è corpore noſtro aliquid perpetuo effluat, diſſoluaturq; aſsiduè ſubſtantia noſtra, idcirco bibere, comeſſeq; nobis neceſſe eſt, vt quod è corpore diſſolutum eſt, reparetur, quod naturalis facultatis actione potiſsimum perficitur, ingeſtum

geſtum nanq; per os in ventriculum primò conficit, mox in hepate in ſan guinem conuertit, veniſq; miniſtrantibus vniuerſo corpori alimoniam præbet, huic facultati, vires illæ quatuor, attractrix, retentrix, concotrix, & expultrix in opere famulantur, vt enim alimentum ſuſcipiat corpus neceſſum eſt, illud prius attrahi, ſecundo retineri, tertio elaborari, poſtremo quòd in concoquendo excrementum fit extrapelli, tale autem concoctum alimentum venarum medio per vniuerſum corpus deriuatum, ab illis excidit, in nutriendamq; particulam primum diſpergitur, mox adiungitur, deinde agglutinatur, demum aſsimilatur, Verùm cum ſuccus illę, qui animalis particulas nutriturus eſt, per vaſa illius veluti per canales fluere hincindè neceſſario debeat, vt id commodius fieret natura ſagax aquoſum, ſeu ſeorſum humorem ei permiſcere voluit, ni enim eſſet ſanguinis ſerum non poſſet tranſire ad ipſa membra nutrienda, vt dicebat 4. de vſu par. lib. c. 5. Gal. ſerum itaq; iſtud & ſi corpori vtile, & neceſſarium ſit, attamen cum iam deductum eſt alimentum ad nutriendas corporis partes, tanquam excrementum extra pellitur, idq; potiſsimum per vrinas fieri ſolet deinceps (minus tamen) per ſudores quemadmodum. 1. de pot. natural. Gal. & 2. probl. par. probl. 4. Ariſt. docuere, eandem enim ſudoris, & vrinę materiam, & generationis modum ſtatuere, quàmquàm ſudor à calore naturali ſit magis elaboratus quàm vrinæ, eo quòd ſicuti vrina primarum coctionum excrementum eſt, ita ſudor tertiæ, quę in membris fit, vndè vti vrina ſuccorum, qui in vaſis ſunt conſtitutionem indicat, ita ſudor eorum, qui in vniuerſo corporis habitu inſunt eſt nota. Quæ itaq; ſudoris materialis ſit cauſa iam ſatis abundè demonſtratum. Quod verò efficiens eiuſdē ſit cauſa calor naturalis, fortis, & rectè operans qui & cæterarum omnium corporis noſtri operationum opifex eſt, non eſt ambigendum, at quo pacto id perficiat non omnibus eadem eſt ſententia, quare id à nobis perſcurtandum ſupereſt. Calor naturalis à quo virtutes quatuor miniſtrantes prodeunt ſecernit bonum à malo, vtile ab inutili, medijs virtutibus expultrice quæ malum expellit, & retentrice, quæ bonum retinet, ſic enim fit ſegregatio excrementi à nutrimento in corpore, ſicq; ſegregans, ſeu ſecernens facultas in corpore noſtro operatur, quā ſicuti. 2. coll. c. 16. Auerrois cæteris appoſitiſsimè adiunxit, ſic meher cle minus aptè, Gal. reprehendit quòd illam ignorarit, cum. c. vlt. lib. de ſymptomatum diffe. illius apertiſsimè verba fecerit, paſsim verò tacitè, ac veluti ſub nube eiuſdem meminerit, cum nil aliud ſit ſecretio (vt diximus) quàm operatio, quæ ex rectè operantibus expultrice, & retentrice virtutibus ortum trahit. Qum itaq; natura, ſeu calor naturalis huiuſmodi facultatibus mediantibus ſeroſum excrementum quod

ſudoris

ſudoris materia exiſtit è corpore tradit, id duplici modo operatur, vel enim per poros cutis hunc elaboratum, attenuatumq; ſerum facta ſeparatione ab vtili nutrimento expultrix facultas expellit, vel in vapores reſolutum à calore ſerum attenuante, quum ad cutim peruenerint vapores, cutis frigiditate denſati, & in ſeroſum humorē rurſus conuerſi per meatus cutis exeũtes ſudorē, cauſant. Hinc. 3. de partibus animal. c. 5. Ariſt. dixit ſudorem eſſe excrementum vaporis humidi, & Raſes ſudores ex vaporibus condenſatis fieri tradidit, quod pariter & in lib. de ſud. Teophraſtus voluit, licet in hoc aberrauerit exiſtimans omnes ſudores hoc pacto fieri. Nec eſt quòd quis obijciat, quod Mercurialis doctiſsimus in tract. de ſudore fecit, nullam in corpore noſtro viuo frigiditatem reperiri poſſe, quæ calidos, & feruidos vapores condenſare valeat, quia & ſi cutis viuente animali calore nunquàm ſit deſtituta, tamen ſi feruida vapori comparetur, frigida iuremeritò poterit appellàri, ſicuti enim cerebri temperamentum frigidum eſſe, communi Medicorum conſenſu ſtatutum eſt, & nihilominus. c. 2. lib. 8. de vſu partium quo vis nos ambiente aere calidiorem eſſe Gal. voluit, à pari, & nos cutim comparatiuè frigidam dicere poterimus, cumq; cerebrum non ſolum āduentitia, ſed & ſui naturali frigiditate, vapores illum petentes, virtuteque caloris ſurſum latos refrigerare, & denſare poſsit, ex 1. de ſymp. ca. c. 8. Gal. ſentettia & 2. de part. animal. & in lib. de ſom. Ariſt. ait. quibus & experimetum ſuffragatur, vt in catrharis quotidie obſeruamus, cur pariter idem præſtare poſſe cutis externæ frigiditatem negabimus? quæ tamen frigiditas non abſolutè, ſed comparatiuè eſt intelligēda, nàm ſi abſolutè frigida cutis eſſet, nō ſolum vapores denſaret, ſed & ita refrigeraret, quod ſudores non tepentes exirent, ſed frigidi, quod aliquando euenire accidit in morbis, vel lethalibus, vel longis, tùm ratione frigiditatis cutis, tùm humorum peccantium, vt com. 47. Hip. & Gal. 4. Aphor. lib. tradidere; Quinimmo ſudores frigidos in morbo ſalubri, & breui nonnunquàm obſeruatos, teſtatur Cardanus in com. ſuperius citati Aphor. quo loco ſcribit ſe nobilem Hiſpanum in magiſtratu poſitum vidiſſe in tertiana febri ſudaſſe frigidiſsimo corpore, qui tamen intra quatuor dies curatus fuit, licèt parum abfuerit, quin gloriam, quam multis laboribus, magnaq; diligentia cum Hiſpana gente conſequutus fuerat, non ſauciaret futuram mortem pręſagiendo, prædicti Aphor. authoritate motus: Nec minus certè aberraſſe exiſtimo nunquàm ſatis laudatum Eccel. Franciſcum Valeriolam in ſuis com. in lib. de ſymp. diff. cauſam reddens cur æſtate ab ingeſto frigidiore potu ſudor oriatur, ait nanq; id fieri, quod per id tempus plurimus ſecundum externas partes ſubſit vapor, multaque introrſum ſiccitas vndè

cum

cum frigidus aduenit potus, ceu pręſentaneum quoddam humectandis membris, atq; refrigerandis auxilium quàm celerimè in vaſa feratur, ſicq; qui in externis iam cutis meatibus ſubſederat vapor à recenti potionis frigiditate coactus in ſudorem conuertatur. Sed hæc pace doctiſsimi viri dixerim, non ſolùm à veritate, ſed & à veriſimili aliena ſunt, quo pacto enim fieri poſsit non video quod potus quantùmuis frigidiſsimus in ventriculo calido ingeſtus ibiq; alteratus poſtea ad epar deductus, poſtmodum verò per varias venarum calidas propagines, ab intimis vſq; ad externas corporis partes delatus frigiditatem ſuam ſeruare poſsit, nec ab innato membrorum calore prius calefiat, addamus tunc temporis ſi etiam exculenta, & poculenta calida ingerantur, ſudores pariter excitari, quinimmo Nobili, & Reuerendo viro Vrbis noſtræ quoties comedit, quouis anni tempore ſiniſtra capitis pars ſemper ſudore copioſo madet, ſiuè frigida, ſiuè calida ingurgitet, quod illius partis naturalem debilitatem, ac laxitatem indicat, aſſumpto verò cibo, & potu corpus totum refocillari, caloremq; foueri per partem poſt partem non eſt ambigendum, vndè cum æſtate corporis pori, & meatus magis pateant, corporaq; plurimo ſeroſo excremento redundent, ſiquidem tunc homines magis quàm cæteris anni temporibus potationi indulgent, facilè aſſumpto cibo, & potu ſudores eliciuntur. Iam itaq; quæ materia qui efficiens ſudoris naturalis ſpectandus ſit ſatis apertum feciſſe arbitramur, finalis verò cauſa ſudoris à natura intenta, certa, nulla alia eſt quàm ſeroſi tertiæ coctionis excrementi euacuatio, & cum forma nil aliud ſit, quàm actio agentis, & illud quod exiſtit in recipiente, quæ forma, & ſubſtantia ſudoris ſit ex dictis manifeſtum eſſe cenſeo; Quod ſi aliæ ſudoris cauſæ aſsignantur quandoq; veluti corporis motus, balnei, calor moderatus, ambientis nos aeris caliditas, aliæq; id generis, potius concauſæ accidentales, quàm eſſentiales erunt dicendæ. Hactenus quomodo fiat ſudor naturalis propriéq; acceptus, & qui corpus iuuet vidimus; quo pacto verò fiant præternaturales, & qui corpori officiunt perſcrutabimur, ſi prius binas dubitationes diluerimus, quæ aduerſus dicta noſtra adduci poſſent, quarum prima talis eſt, ſi ſudor nil aliud eſt quàm ſeroſi excrementi naturalis excretio, vndè eſt quòd quotidie ſeroſum iſtud excrementum è corpore non excernitur, quemadmodum cætera excrementa in corpore ſano, in quo calor actiones ſuas rectè obijt, quotidie excerni conſpiciuntur. Altera eſt cur pueri, in quibus corpus non ſolum nutritur, ſed & augetur, & per conſequens maior huiuſmodi excrementi portio generatur, non ſolum cęteris in alijs ætatibus conſtitutis plus ſudant, ſed nihil, vel certè parum, & tamen plurimo etiam naturali calore abundant, qui ſudoris

doris expellat illius præcipuus opifex ab oĩbus cẽſetur. Ad Primũ Reſpõſio ex 1. de potent.nat.c.fin.Gal.dictis elicitur talis. Id qđ potatur nutritioni ineptum per vrinam excernitur prçter exiguum quoddam, quod per ſudorem, & inſenſibilem tranſpirationem emittitur, nanque partim in ſpeciem halitus à calore naturali ſolutum per exiguos omnes corporeç molis meatus expellitur, partim verò per ipſa mollia corpora, quæ fluentis eius violentiæ cedunt, potiſsimum cum à ſpiritu maiore impetu irruente impellitur, vel à facultate expultrice truditur extra, confertim erumpens per ſudorem emanat, quod ſi acciderit aliqua de cauſa (quæ plures eſſe poſſunt) prohiberi quominus portiũcula hçc exigua tertiæ coctionis excrementi per inſenſibilem tranſpirationem, nec pet ſudorem, emanare poſsit, per venas retrocedit eaſdẽ, per quas vehiculum nutrituri ſucci exiſtens permeauit, & tanquàm oneroſum, naturæq; infeſtum per vrinæ cannales euacuatur, quod nemini mirum eſſe debet, cum 3. de pot. nat. c. 13. Gal. à ſumma cutis ſuperficie vſq; ad ventriculum, & inteſtina tranſumptum quippiam peruenire poſſe ſcriptum reliquerit, qua de re ſi cutis meatus aliquando, vel ex naturali conſtitutione, vel ex ambientis frigiditate, vel ex ſordium alteriuſuè corporis extrinſeci viſciditate, vel craſſorum humorum adhærentia arctiores, & obſtructi reddentur ſudores minimè extra corpus erumpent, paucaque vel nulla fiet inſenſibilis tranſpiratio, vndè excrementum, illud, quod ſudoris materia eſſe conſueuit per lotij vias non imprudẽs natura excernet, ex quibus palàm factum exiſtimo cur ſudores quotidie non conſpiciantur quemadmodum cætera excrementa extra corpora trudi, cum.ſ. vel per halitum ſeroſum excrementum excernatur, vel per vrinam. Ad ſecundam queſtionem propoſitam dicimus, pueros quidem ratione nutritionis, quæ reſpectu augumenti corporis in ipſis fit plurimum ſeroſæ humiditatis aggregare in tertia coctione, verùmtamen quod Theofraſtus lib. ſupracitato adnotauit hunc natura, vnà cum alijs humiditatibus quàm plurimis, quibus eorum corpora ſcatẽt, per vrinam, & per aluum deponit, cum per cutem nequeat, quç in illis meatibus deſtituitur, dicente 2. de temp. c. 5. Gal. pueros paruos nudos eſſe pilis, quia meatus adhuc nullus illis in cute reperitur, ex quibus clariſsimè patet quanto in errore verſentur qui aquoſum humorẽ, in tunica embrionis ἀ μνίον ſeu ἀμνειὸς vocata exiſtẽtem infantis ſudorem eſſe affirmant; dilutis itaq; dubitationibus reliquum eſt vt de ſudoribus præternaturalibus verba faciamus, quod enim detur prçternaturam ſudor omnibus eſt in confeſſo, quinimmo Gal. & ſentẽtia Dioclis in com. Aph. 15. primi lib. toto genere ſudorem præternaturam eſſe dicit, cumque Dioclis ratione ad Hipp. dicta comprobanda vtatur, eam

appro-

approbare videtur, nihilominus lib. de ſymp. diff. c. vlt. ſcripſit, non ab re dubitari poſſe an ſudoris expulſio ſit naturalis, in qua quęſtione Dioclem multum laboraſſe ait, & quàmuis eius opinio quo ad eius fieri poteſt, maximè probabilibus fulciatur argumentis, tamen dogma eius durum, & in efficax appellat, atq; de re hac pollicetur ſe aliquando ſcri pturum, quod tamen nunquàm præſtitiſſe legimus. viderunt hanc difficultatem inter cæteros recentiores, in com. vlt. c. lib. de diff. ſymp. Valeriola, ep. 1. 15. libri Manardus, & Mercurialis in lib. de exer. ſed vel obſcurè, vel certè ſicco pede, & minus apertè quàm par erat difficultatem hanc explicarunt, pace dixerim tantorum virorum, quorum doctrinam facilius admirari, quàm emulari poſſe fateor, dictũ ſit, qua de re difficultatem hanc nos animo voluentes quam mox de re hac ſententiam ſubijciemus a Medicorum ſchola amplexandam credimus, quã etiam & doctioribus ſatisfacturam confidimus. Medicam artem totam in tres veluti ordines eſſe digeſtam nemo eſt qui ignoret, nempè in rerum naturalium tractationem, non naturalium, & prȩter naturam, omittimus quartum membrum à Fernelio excogitatum, rerum ſcilicet contra naturam, cum eius ſententia doctiſsimè à Valeriola in locis communibus, & ab Argenterio in comment. artis medicinalis redarguatur; res naturales diuidunt Medici in elementa, temperamenta, humores, membra, facultates, actiones, & ſpiritus, præternaturales ſunt morbus, cauſa, & ſymptoma, non naturales vero, aer, cibus, & potus, ſomnus, & vigilia, excreta, & retenta, motus & quies, & animi accidentia, has vocat Gal. cauſas ſalubres, eo quòd ſi circa corpus rectè adhibeãtur ſanitatem tueri poſsint, at Medicorum vulgus cauſas non naturales vocat, eo quòd & ſi in rerum naturalium albo ſint poſitæ, non tamẽ corporis noſtri conſtitutionem, & eſſentiam compleant, quemadmodum res naturales faciunt, ſed ſi rectè circa corpus, & in corpore adminiſtrentur ſanitat accommodent, ſin minus opportunè, illam peruertant, cum itaq; in arte med. Gal. inter has res non naturales excreta, & retenta reponit vtiq; non de ijs, quæ vacuant, vel replent corpus ſiuè de inanitione, & repletione ſimpliciter intelligit, nã ſic de cibo & potu rurſus ageret, qui & ipſi corpus repleãt, & de motu, & animi affectibus, q pariter corpus euacuãt, ſed intelligit de ipſis excremẽtis quæ gignũtur in nobis, & cũ retinẽtur, aut excernũtur, mutationes quoq; in nobis efficiũt, ſi enim rectè & ſecũdũ ordinẽ naturȩ è corpore excernãtur, corpus in ſanitate cõſeruãt, ſin cõtra morboſũ reddũt, & vt ſuperius diximus ex rebus naturalibus, prȩter naturã fiũt. Cũ itaq; ſudor inter corporis noſtri excremẽta reponatur, verèq; excremẽtũ ſit, vtiq; ſi ſecundũ naturam è corpore trudetur, naturalis dicetur & erit, & cor-

pus iuuabit, ſin verò alio modo præter naturam erit, & corpori officiet, ita quòd ſudor quilibet vel naturalis, vel præter naturam erit dicendus, & non (quod Cardanus com. vlt. 4. par. Aphor. ſomniauit) tota ſubſtantia medius inter naturalia excrementa, diximus autē ſudorem fieri ſecundum naturam, & non à natura, quia ex Themiſtio 2. Phy. in expo. 5. tex. in plus eſt a natura eſſe, quàm ſecundum naturam, nam monſtra, & priuationes a natura ſunt, licèt non ſint ſecundum naturam, ita quoq; ſudores præternaturales, licèt a natura ſint, non tamen ſunt ſecundum naturæ ordinem. Quo pacto autem ſudores naturales fiant in nobis ſuperius docuimus, ex quibus facilæ quoq; præternaturalium ſudorum eſſentiam dignoſcere poterimus, cum ex 2. de gen. tex. com. 56. & 4. methe. tex. com. 40. ex Ariſt. ſententia contrariorum contrariæ ſin cauſæ, ſi itaq; agens alius erit, alia materia, & finis alius a ſuperius dictis, tunc ſudor prçternaturalis, & nocuus erit, & talis appellandus, quod vt facilius innoteſcat, ſudorum præternaturaliū ſpecies aliquot, exempli gratia, & clarioris doctrinæ in medium afferre volumus. ſudores hecticorum, & illorum qui ſyncopi detinentur prç ternaturales ſunt & nocui, eo quòd efficiens illorum non eſt calor naturalis fortis, & rectè operans, ſed caloris imbecillitas, ex qua fit vt virtus contentrix ſeroſum humorem continere nequeat, ſic ſudores in febribus ardentibus craſsi emanantes præternaturales ſunt, & lędentes, tùm ratione materiæ excretæ, tùm ratione agentis, eo quòd illorum efficiens non eſt calor naturalis humidus, ſed calor febrilis igneus & ſiccus, & materiæ ex coliquatione carnium illæ craſſæ vnâ cum ſero excernuntur. Sic quoque ſudores frigidi qui fiunt in febribus peſtilentibus doloribus ſyncopticis, & inflammationibus internis præternaturales ſunt, tùm ratione materiæ, tùm efficientis, quia illorum materia ſunt ſucci frigidi & crudi, efficiens verò calor, qui extinguitur, vt com. 37. 4. Aph. Gal. & 2. fen. 4. tract. 1. c. 27. Auicc. Præternaturales fuere ſudores illi epidemici, qui multa hominum millia in Anglia, & Germania annis 1528. & 1529. necarunt, de quibus inferius abundè diſputabimus. Contrarius verò in omnibus prçnarratis ſudoribus finis eſt, fini ſudorum naturalium, nanq; in illis animalis conſeruatio intenditur, in illis verò eiuſdem internecio. At quis ſtatim aduerſus hanc noſtram ſententiam inſurget, obijciens ſudores criticos, in quibus cum materia alia ſit, & finis alius, à naturalis ſudoris materia, & fine intēto in illius expulſione à natura, vtiq; præternaturales eſſent dicendi, quod tamen à veritate alienum eſt, cum corpus iuuent, & minimè ledant, humores nanq; facientes morbos, quos calor naturalis ſuperans per cutis poros excernit, ſudorum criticorum ſunt materia, finis vero à natura in

tentus non quemadmodum in ſudore naturali eſt excretio ſeroſi excrementi tertiæ coctionis, ſed morbi profligatio. Huic dubitationi ſatisfactum putamus, dicentes quòd quatenus in criticis ſudoribus portio ſeroſi excrementi excernitur, ſudoris nomen mærentur, at quatenus humoralis materia bilioſa, vel pituitoſa, vel alterius generis extrudit, nõ ſudores amplius verè ſunt, ſed potius peccantium humorum excretiones à natura per eam regionem patratæ, ſiquidem natura ſingulo excremento corporis noſtri, quod concoqui, & in nutrimentum verti nequit proprium receptaculum, & viam, per quam illud euacuet in corpore aſſignauit, nempè bili veſicam fellis, fœcibus inteſtina, humori atro lienẽ, ſeroſæ humiditati priorum coctionum veſicam, tertiæ verò coctionis cutaneos meatus, muccis à capite manãtibus palatum, & nares; licètq; per has vias vnicuiq; horum proprias, natura hæc excrementa excernere ſoleat, aliquando tamen vna, vel altera alterius loco vtitur, præſertim ſi ab illis grauatur, & irritatur; ſi itaq; natura aliquando humores, vel ſuccos alios à ſeroſo excremẽto tertiæ coctionis, vel ſaltem illi permixtos per cutis meatus extruſerit, non propriè ſudores erunt appellandi, ſed huius, vel illius humoris per poros cutaneos excretiones, & euacuationes. Sic lib. 2. c. de ſudore Auicenna ſcribens, ſudorem nil aliud eſſe, niſi ſanguinis ſeroſitatem, cui verò pus colericum ſit commixtum, non ſudorem naturalem, & propriè acceptum deffiniuit, ſed potius euacuationes quas natura per ſudoris vias moliri conſueuit; quod vel ex eo patere etiã poteſt, quod ſudorum flauorum, & viridium meminit, qui tales aliquando conſpiciuntur ratione humoris bilioſi, flaui, vel viridis per ſudoris vias excreri, ſic & ſudoris ad rubedinem vergentis meminit lib. prac. ſec. 2. trac. 31. c. 19. Alsharauius; atrũ ſudorẽ nunquam ipſe obſeruaui, nec ab alio obſeruatum legi, ob id fortè quod atrabilaris ſuccus ſua craſsitie, ſiccitateq; terreſtri minimè attenuari poſsit, ita ut per ſudoris vias excerni queat, licèt Auic. in Cantica ſcripſerit nigrum ſudorem melancholiam ſignificare; ſudorem itaq; ſanguineum, cuius nos ſuperius verba fecimus, toto genere præternaturalem dicẽdum eſſe ex iam dictis clariſsimè patet, atq; ex eiuſdem cauſis mox aſsignãdis clarius patere poterit. in lib. de vtilitate reſpirationis Gal. attributo (dico Gal. attributo ad differentiam illius, qui Gal. genuinus eſt) talis ſanguinei ſudoris cauſa legitur, quod ſcilicèt fit cum ſpiritus in venis adeò vehementer mouentur, vt venarum ora valdè aperiant; quibus apertis ſanguis cũ ſudore ſponte fluit; quæ ſententia adeò falſa eſt, vt ex hoc vno dicto librum illum inter Gal. libros minimè connumerandum eſſe facile conuinci poſsit; nanq; cum in corporis motu, præſertim violẽto, ſpiritus per venas vehemẽtiſsimè ac fieri poteſt, moueã

tur, quod pariter ex alijs quàm pluribus cauſis prouenire poteſt, vtiq; cum vehementer mouemur ſangnineo ſudore madere deberemus, cuius tamen oppoſitum quotidie experimur, Veriorem, magiſq; amplectendã cauſam Ariſtoteles aſsignat 3. de par. animal. lib. c. 5. cum inquit. Iam nõnullis accidit vt cruentum quoddam excremẽtum ſudarent propter vitiatum corporis habitum, ſcilicet cum corpus laxum fluxumq; eſſet; ſanguiſq; prę cruditate humeſceret ob imbecillitatem caloris, qui exiguus venulis incluſus concoquere non poſſet, ex quibus Ariſt. verbis duæ ſudoris ſanguinei cauſæ potiſsimum elliciuntur, vt Auerrois in cõ. teſtatur, quarum vna eſt ſanguinis tenuitas, & aquoſiitas, cum ſcilicèt ex defectu caloris natiui ſanguis, qui in corpore gignitur tenuis, & aquoſus euadit, quod inferius lib. 4. c. 9. probabimus, hiſtoriam annectentes à Io. Matheo de Grado extractam, quam ibi lector perquirere non grauabitur, cum maximè ad pręſens negocium faciat. Altera verò raritas, atq; laxitas cutis, & pororum apertio, quod ſi cauſis iſtis, & tertiã addiderimus, vitium ſcilicet facultatum nutritioni inſeruientiũ appoſitiſsimè certè rem declarabimus, ſi inquam expultrix validius quàm par ſit expellat, retentrix debiliter contineat, vndè & ſecretionis erratum ſubſequitur. Quas omnes cauſas in ſtudioſo illo, qui ſanguine exudauit facillimè in vnum coiuiſſe minimè mirandum, cum Celſi teſtimonio lib. 1. c. 2. literarum cupidi omnes ſtomaco ſint imbecilles, quod experimento comprobatur; & lib. 2. c. 6. Aretæus per hæc verba teſtatum reliquit de ſtomachi imbecillitate, & labore ſcribẽs. Familiare eſt etiam id vitiũ illis, qui tenui victu, & duriori coacti ſunt vti, quin etiam illis, qui vt erudiantur laborant, & eius cauſa multa perferunt, quibus ineſt diuinæ ſcientię cupiditas, qui cibi parſimonia, & vigilijs macerantur, qui doctos ſermones, & res graues meditantur, qui victum pleniorem & varium contemnunt, ſed famem pro alimentis habẽt, pro potu aquam, & in ſomnis vigilant, hęc vtiq; ipſis eruditionis amore bona comparantur, à quo enim diſciplinæ amor non auocet? à patria, à parentibus, à fratribus, à ſe ipſis vſq; ad mortem. His igitur corporis macies adeſt, decolor facies, & in iuuenta ſeneſcunt. Quamobrem nemini mirum eſſe debet, ſi in ſtudioſo præmemorato coctione primaria, quæ in ventriculo fit obleſa, tractu quoq; temporis, & cętere detrimentum perpeſſę fuerint, ſicq; ſanguis aquoſus, & tenuis genitus, ſpiritus in corpore pauciores effecti, naturalis calor imminutus, laxatuſque vniuerſi corporis habitus, quę ſudoris cruẽti cauſę à nobis ſupra numeratæ fuere; Addamus quoq; fortè illi venarum, & arteriarum oſcula ad cutim pertingentia naturali conſtitutione patentiora fuiſſe, ſanguineiq; ſudoris emanationem fouiſſe, & adiuuaſſe; Quod verò ad cutim

ipſam

ipſam arteriarum oſcula perueniant, illiq; implantentur, per quę ſanguis fluere poſsit vnà, & à venis cum quibus nexum, atq; oſculorum cōmunitatem habent, de vſu pul. c. 5. & de vſu partium .1. Gal. docet, huiuſmodi autem oſcula patentiora naturali conſtitutione in aliquibus interdum reperiri poſſe non eſt ambigendum, quibus plus ęquo reſeratis, vel inciſione, morſu vè adapertis fluxus ſanguinis maximos aliquando obſeruatos legimus, c. 4. Beniuenius lib. de abditis morborum, & ſanationum cauſis talem deſcribit hiſtoriam. Noui hominem robuſtum admodum, qui trigeſimum ſextum agens annum, ſæpè mecum conqueſtus eſt de certo ſanguinis fluxu, quo ſingulo quoq; menſe grauiter affli ctaretur, interroganti mihi qua parte corporis flueret, id ſe neſcire reſpondit, admiratus hominis verbum detege inquam, locum vndè fluat, depoſito pallio ilia dextra oſtentat, vbi ſubiacet iecoris pars ima, diligenter locum oculis luſtro, ſi foramen, aut cicatrix in parte ſit, omnia æquabiliter poſita lenem, & mollem carnem, nullam aſperitudinem, cicatricis vè notam inſpicio, quod ille aduertens paucis inquit diebus, hunc tibi ſcrupulum demam. Inſtat enim tempus, quo ſanguis fluere cōſueuit, reuerſus perendiæ vno ſuperpoſito digito locum fluxus contegebat, quo amoto, non ſecus emanauit ſanguis, ac ſi ex inciſa vena pro flueret, nec prius fluor ille ceſſabat, quàm ſanguinis libra emitteretur, quo euacuato nullus diſcernere poterat vndè euacuatio facta eſſet, exiſtimaui venulam foraminibus cutis ſua ceruice inhæreſcere, indèq; ſtato tempore ſanguinem euacuari, curaui igitur hominem ſola ſanguinis miſsione ex vena iecoris ſingulo quoq: menſe, curioſoq; victu iniuncto, protracta cura eſt ad ſextum vſq; menſem, & tandem conualuit. Cognouimus & nos mulierem Mantuanam quinquagenariam nomine Lauram de Cizzolis, quæ multoties cum interulam exueret, eam iuxta thoracis partem commaculatam adinueniebat, nec tamen vndè hoc fieret dignoſcere poterat, tandem monitis noſtris re diligentius animaduerſa, ex papilla mamæ ſiniſtrę exire cognouit, cumq; ſanguis in pauca quantitate exiret, nec ipſi nocumentum, quod perſentiret, afferret, rem neglexit, At quod inciſa cute ex vaſorum oſculis quandoq; ad illam pertingentibus maximus ſanguinis fluxus ſuboriatur, ex hiſtoria quā Ioan. Langius epiſtola quadrageſima deſcribit, manifeſtè deprehendi poteſt Vxori nobilis viri Bertholdi à flerſcheim de nobili Helmſtetterorū ſtemmate natę grauiter ęgrotanti, cum in ſcapulis cutem adhibitis concurbitulis inciderent ſcalpello, nemo ſanguinis fluxum vlla arte ſiſtere potuit, altero die mortua etiam cruuentauit, donec ad ſepulcrum efferretur, cuius rei cauſam ſe ignorare fatetur, dubitat tamen chirurgum vſum fuiſſe arte ea, quam balneatorem quendam in Monacho Ducum

Bauarię

Bauariæ Metropoli noſſe ferebant, qui cucurbitulis tantum ſanguinis quantum volebat ad ſyncopim vſq; eliciebat, verum & hęmorragiam ad libitum ſiſtere poterat, hunc autem ſuum ſcarificationis ſcalprum puluere quodam, quibuſdam ſpeciebus ſale commixtis expolire ſolitum tradunt. Nos tamen id ex ſuperius alata cauſa eueniſſe ſuſpicamur, ſicuti & eidem adſcribendum putamus, quod aliquando ſe obſeruaſſe ſcribit Aloyſius Mundella in calce epiſtolæ, 28. nempè applicitis cutis hyrudinibus tam magnam interdum ſanguinis quantitatem emanaſſe, vt patiens vſq; ad animi defectionem peruenerit. Petrus de Oſma in quadam epiſtola, quam ex Perù anno. M. D LXVIII. ad Doctorem Monardes appellatum ſcripſit, variarum rerum ad Medicum negociũ pertinentium eum certiorem reddens inter cætera hanc recenſet. Se in loco Paſto dicto Indum quendam vidiſſe. Indos & Hiſpanos quouis morbo laborantes curantem; tale autem erat curationis genus, iuncturas, dolentesq; partes omnes ſucco cuiuſdam herbæ liniebat, panniſq; multis inũctas partes cooperiebat, quo facto per eaſdẽ partes ſanguis purus exſudabat, quem Indus detergebat, remq; toties repetebat quoties opus eſſe cẽſebat, quo pacto multos curatos à maximis morbis penèq; incurabilibus teſtatur, quinimmo multos ætate prouectiore ingraueſcentes, ex tali curatione veluti repubeſcere viſos, robuſtiori corporis abitu recuperato, multoties verò ipsũ Indũ pręcio, minis quoq; adhibitis adhortaſſe vt ſibi herbã, ex qua ſuccũ illũ extrahebat palàm faceret, verũ tamen id nunquã impetrare potuiſſe, hæc in memoriam reuocãt, quę Gal. lib. de purg. medicamentis c. 4. literis mandauit, de illo qui fortè fortuna herbam ſanguinem purgantem adinuenit, quem ad ſupliciũ oculis vinctis deductum ſcribit, ne inter eundum eam alicui oſtenderet; ſubditq; conſtare reperiri medicamenta nonnulla vim habentia, vt ſtatim à principio ſanguinem eliciant. Nec hoc loco prętereundum ducimus, humanum corium ſi exſiccetur latis ſpiramentis, & foraminibus amplis donatum præ ceteris animalibus eſſe, vt ad tectoria omnino inutilis ſit, quod Oribaſius in Aphor. commentarijs teſtatur, & Amatus Luſitanus cent. 4. cur. vlt. experimento ſe comprobaſſe tradit, quod veritati cõſentaneum eſſe cenſendum, cum 3. de natur. fa. lib. c. 14. Gal. teſtimonio arteriarum propagines tenuiſsimæ in cutis meatus deſinant, & aerem attrahere valeant, ex quibus pariter concludendum eſt non eſſe à ratione alienum, ſi quando non ſolum ſeroſi humoris, ſed & aliorũ, ſanguiniſq; ipſius per cutim effatu dignæ euacuationes conſpiciuntur. Lacrimas ſanguineas ſe aliquando obſeruaſſe teſtis eſt Rembertus Dodonęus c. 15. obſeruationum medicinalium in virgine quadã ſexdecim annorum cui cum menſes non ſuccederent, natura per oculos ſuperfluen-

tem

tem ſanguinem expellere conata fuit, ſanguineis guttis lacrimarum inſtar frequenter ex oculis profluentibus, meminit pariter & c. 14. alterius Ectimatis laborantis à quibus curatus euaſit moliente natura ſanguinis copioſam eruptionem à gingiuis.

De Vniuerſali furfuracea corporis affectione. Cap. III.

LVdouicus Volia Nobilis Mantuanus, iam inde ob incunabulis fæda potius quàm moleſta corporis affectione detinetur, vniuerſa nanq; ferè corporis cutis ſquamoſo, ſeu potius furfuraceo quodam tegumento aſpero ad liuiditatem inclinante circumueſtitur, idq; magis hiberno, quàm æſtiuo tempore; quo minus, præſertim cum ſudores eliciuntur, illiſque madet corpus, deturpatur, quinimmo multis in corporis partibus exactè mundatur, & indè cadentibus ſquamulis quibuſdam veluti furfuraceis, ſubiecta cutis detecta, naturali colore prędita intuētibus ſeſe offert. minus verò circumueſtiuntur huiuſmodi cutanea fæditate prominentes partes, puta nates, cubiti, & aliæ eius generis, at manus, & facies nihil, vel ſaltem parum, raròq; admodum tali tegmine obduci conſpiciuntur. Huic infinita propèmodum præſidia a Medicis præſcripta fuere, quibus tamen nunquam perfectè curari potuit, & ſi pluries eadem, diuerſaq; auxilia ex Medicorum conſilio in vſum traxerit. Nullum tamen remedij genus proficuum magis expertus fuit balneo tùm aquæ potabilis, in qua detergentia decocta fuerant, tum etiā Thermalium Calderienſium, quibus non ſolum corpus immerſit, ſed & eas corpore prius repurgato ebibit, his præſidijs & ſi mirificè iuuaretur, magnaq; ex parte mundaretur, nihilominus rurſus, præſertim hyeme aduentante eadem turpi cutis affectione conſpurcabatur, & cum iam ad perfectam adoleſcentiam peruenerit in eodem ferè ſtatu permanet, quamuis complures Eccellentiſsimos Medicos conſuluerit, in cuius curatione & nos ſedula operam impendimus. Lienoſus hic iuuenis eſt, coloreq; fuſco præditus, ex patre Lienoſo, melancoliciq; temperamenti oriundus, qui nec luis gallicę dum eum genuit ſuſpicione vacauit. Hæc affectio a Græcis πιτυρίασις vocata latinis porrigo dicitur, & Barbari furfurationem appellarunt, cuius Doctores omnes fermè verba facientes, eam duntaxat capitis affectionem ſtatuunt, lib. 6. c. 2. Cornelius Celſus, non ſolum capiti, ſed & ſupercilijs, barbæq; communem facit, lib. & c. 3. Paulus tamen vniuerſo corpori euenire ſcribit,

cuius

cuius dicta lib. 1. c. 8. de morb. cut. Hieronymus Mercurialis vir meherche clariſsimæ doctrinæ, multæq; lectionis perperam interpretatus eſt. dum enim eum cum Celſo concordem reddere ſtudet, illius verborum genuinum ſenſum peruertit, omitto nullam inter Celſi, Pauliq; contradictionem adeſſe, quod enim Paulus, non ſolum a capite, ſed & a reliquis corporis partibus furfuraceas ſquamulas decidere, & reſolui ſcribit, id Celſus non inficiatur, licèt capitis, barbæ, & ſuperciliorum ſolummodo meminerit, at demus contrarietàtem ineſſe, non tamen rectè Mercurialis eam conciliat, non enim Pauli dicta, quod ipſe interpretatur, ſonant, affectionem ſcilicet iſtam reliquo corpori accidere poſſe, ideſt, ratione totius corporis, & ex illius conſenſu capiti impartiri, quod & ſi veriſsimum ſit, quemadmodum ex fe. 7. 4. tr. 1. c. 24. Auicenæ dictis colligitur, caput inquam ex totius conſenſu porrigine tentari poſſe, non tamen id verba Pauli perſonant. cuius ſententia clariſsima eſt, vniuerſi corporis partibus Pityriaſim communem eſſe, & ne quis id noſtrum inuentum putet, hoc loco illius formalia verba tranſcribere libet. Furfures capitis, ſeu porrigo, quæ πιτυρίασις Græcè dicitur, eſt cùm tenues, & furfuraceæ ſquamulæ ex capitis, vel etiam reliqui corporis ſuperficie reſoluuntur nullo vlcere relicto, & paulò poſt de medicamentis eiuſdem verba faciens ſubdit. Vino dilutis caput abſtergitur, ſi autem reliquum corpus pruritu vexetur ſiccis. Addamus & nos rationi conſentaneum eſſe, non ſolum caput, ſed & vniuerſum corpus tali vitio corripi poſſe, quod lib. 1. c. 4. Alexander Tralianus per hæc verba confirmat. Porrigo eſt (vt compendioſè dicam) vbi tenuuia, & furfuracea corpuſcula ex capitis ſuperficie, aut etiam ex reliquo corpore citra exulcerationem plurimum reſoluuntur, ſic enim traduxit Andernacus, in hoc & ipſe reprehendendus, quod vocem (ſecundum plurimum) cum voce reſoluuntur coniunxit, quam etiam perperam interpretatus eſt Albanus Torinus vertens (κατὰ τὸ πλεῖςον,) (confertim) quam rectè (ſecundum plurimum) vertit Andernacus, licèt errauit eam non conſtruendo cum dictione (ſine vlcere) & vt rei veritas palàm fiat Alexandrum Græce loquentē audiamus. ἡ πιτυρίασις ἐςὶ (συντόμως εἰπεῖν) λεπτῶν πιτυροειδῶν σωμάτων ἐκ τε τῆς ἐπιφανείας τῆς κεφαλῆς ἢ καὶ ἐκ τοῦ σώματος ἀπότηξις χωρὶς ἑλκώσεως κατὰ τὸ πλεῖςον. quod eſt Græcis latina verba reddendo. Furfuratio eſt (vt compendioſè dicam) tenuium furfuraceorum corporum ex ſuperficie tùm capitis, tùm reliqui corporis reſolutio, abſq; vlcere ſecundum plurimum, in qua quidem dicendi ſerie, dictio (ſecundum plurimum) non alteri dictioni accommodari poſſe perſpicuum ſit, quàm vltimæ, & ſtatim ante hęc dictæ ſcilicet (ſine vlcere) nam & ali-

quando

quando furfurationem exulceratam obſeruamus; quod fieri poſſe, ſi Mercuriali in facienda medicina experimento cognoſcere haud licuit, licebat tamen ex Traliani, & Aeginetæ ſcriptis perdiſcere. Statuamus itaq; affectionem prænarratam vniuerſi corporis cutem afficere, hanc autem ex materia pituitoſa ſalſa, biliosa, vel melancolica ortum ducere, Paulus, Alexander, Auicena, & Abynzoar tradidere, vel potius ex eorum ichoribus corruptis, vt 1. de cop. med. 5. loc. c. 6. Gal. ſtatuere videtur. Verùm ſi nos diligentius rem ipſam conſideramus, ex halitu huiuſmodi humorum, qui per inſenſibilem tranſpirationem per cutis poros excerni conſueuit, & craſſæ, fumidæ euaporationes ſunt generari dicemus, quemadmodum enim corporis noſtri ſordes ex craſſo illo, & terreſtri, quod reliquum eſt eorum, quæ per latentem tranſpirationem euacuantur fiunt, ſic & ex humorum attenuatorum caloris naturalis ope, halituoſa quęcunque per cutim foras effluere ſunt apta, & quodcunq; ex illis tenuius eſt, ipſa inuiſibilis eſt perſpiratio, quod verò craſsius in ſummo corpore noſtro collectum, magis etiam ex cutis ambientiſq; frigiditate craſſeſcit, atq; per poros elapſum cuti adhęret, & furfuraceas iam dictas ſquammas procreare poteſt, quę lentoris, atque craſsitiei ſui ortus participes, tenaciſsimè corporis cuti agglutinatę, turpiter eandem circumambiunt, & veſtiunt; at quia per attritionem prominentes partes ſenſim, & ſenſim quotidie tali excrementitia ſorde abſterguntur, manuſque & facies quotidie abluuntur, nec aliquo tegmine cooperiuntur, cui halitus obuiam facti retrocedentes cute inſedeant, ſed liberiori aeri expoſiti facilius difflantur, & reſoluuntur, hinc fit, quòd hę partes tali fœditate nihil, vel certè parum admodum conſpurcentur. Si nanq; furfuraceum hoc deturpamentum ex huiuſmodi craſsis, & viſcidis euaporationibus non proueniret, ſed potius ab humoribus ipſis nempè bile craſſa, pituita ſalſa, vel melancolico ſucco putreſcentibus, vel eorundem icoribus, cæterum in proprio naturali ſtatu permanētibus gigneretur, cutim ipſam illorū acredine exulcerari vtique contingeret, quemadmodum in Pſora, Lychene, Impetigine, alijſq; conſimilibus affectibus euenire omnium ſcriptorum vnanimi conſenſu ſtatutum eſt. Hac de cauſa fortaſſe, tex. 13. com. 3. Hipo. 6. de morbis vulg. furfuraceos flatuoſos eſſe tradit, vt ſcilicet nos interpretamur, qui furfuribus abundant, ijdē multa halituoſa ſubſtantia redundant, quæ inquam per cutaneos meatus exinaniri ſolet, flatus enim, & halitus in eodem ſignificatu non ſemel vſurpari, & aſſumi legimus, ſicuti & vapor, & ſpiritus. Huius itaque affectionis cauſa, craſsior, lentaq; pituita, vel melancolicus humor, eſſe poteſt, vel ex ambobus, vel eorum ichores, non humorali quidem præſentia, ſed vaporo-

C ſa,

ſa quatenus ſcilicet in halitus cōuerſi huiuſmodi humores ad corporis ſuperficiem aſcendunt. Quas porro cauſas conſideraſſe viſus eſt Archigenes referente Galeno .1.de comp.med.ſec.locos c.8.dùm victum flatuoſum,& craſsi ſucci quidpiam admixtum habentes cibos hac preternaturali diſpoſitione affectis interdicit. diminutis enim craſsis ſuccis (quales eſſe pituitam,& melancolicum humorem conſtat) Archigines diminuere, vel auferre porriginem volebat. Impropriè profectò porriginis ſpeciem appellant nonnulli, quam non eadem ratione, videlicet ex ipſis reſudantibus vaporibus exſicatis extra cutim,furfurique ſimilem quandam figuram adeptis, ſed ex ipſiusmet cuticulæ, quam Græci (ἐπιδέρμιδα) vocant corruptione gigni decernunt; contabeſcere enim aiunt, deſquamari, & reſolui fruſtulatim cuticulam, vſq; adeò perſiccatā, vt quaſi in piſciū ſquāmulas reſoluatur, cū ſubtiliſsima cuticula hęc ſit, nec furfuracea corpora exſiccata cōtabeſcēs,repręſentet, talē ex inſolatione ſola,atq; nōnunquā ſiccitate cuticulę excorticationem videre licet, quæ porriginis nomine vocari minimè iudicio noſtro meretur.

De mira Sanguinis a Leproſo per venæ ſectionem extracti congelatione. Cap. IIII.

INter morbos, qui corporis extimas partes inuadunt, lepra cōnumeratur,de qua hoc capite tractaturi ſumus ,occaſione ab hiſtoria mox ſubijciēda mirabili quidem deſumpta, nec non eò quòd vera lepra rariſsimè apud nos prouenire cōſpiciatur. Annibal Pedemontanus Phrygio cum per biennium incurabili illa Arabum lepra vexaretur,calido aeris ſtatu exiſtente pleuritide mala correptus fuit, cui ſecta ſecundum rectitudinem tali vena ab inſigni Phlebotomatore Ioanne Pederocca hoc admirandum accidit. Aqua calida vrnæ menſuram excedens , in qua ſanguis ad ſex vnciarum pondus Abrahamo de Summis medico hebręo mandante fluxit, eum deferbuiſſet haud ſecus ab ipſo denſata eſt, quam ſi aqua lac,ſanguis verò coagulum eſſet,ita quod cōſiſtentia lacti recenter coagulato per ſimilis, colore verò Pyropum pręſeferens redderetur, cuius ne gutta quidem inconcreta ſeorſum ab alia reperiri poterat , ægroto dolore laterali, & febri ſeuientibus, decimaſeptima die accedente perempto. Huius euentus cauſam indagaturi, cum ſanguis, & lac maximam inſimul ſimilitudinem obtineant, quo pacto lac coagulari contingat , breuiter perquirendum, pariter & quomodo concreſcat aqua declarandum, cum indè ad propoſitæ hiſtoriæ rationem reddendam facilius

ſius deuenire ſit ſperandum: Coaguli lac concreſcere caliditate, & ſiccitate. c. 20. Ariſtoteles author eſt lib. 3. de hiſtoria animalium, & 2. de gener. animal. 2. c. 2. cui pariter & Gal. 10. de ſimp. med. fa. lib. cõſentire videtur, à frigido verò minimè cogi poſſe, ibidẽ Ariſt. per hęc verba declarat. Nullum lac coit frigore, ſed ſerum potius trahit, igne nimirum omne ſpiſſatur, & craſſeſcit, quod & lib. 4. c. 6. Methe. confirmare videtur. Hyeronimus tamen Mercurialis multæ doctrinæ vir ſuo de varia lectione lib. 2. c. 26. lac tùm à calido, tùm à frigido cogi poſſe tradidit, quod tamen Ariſtotelis, & Gal. dictis locis alatis contrariari videtur, nanq; quòd arguit lac à frigido condenſari, frigore terrenum condenſante, atq; ab aqueis partibus ſegregante, ſicq; Cinaram, Gallinæ guttur, Cnicumque Alexandri in problematibus authoritate lac coagulari conſpici abſonum eſt, nam in lactis coagulatione partes ipſas aqueas minimè ſeparari, ſed & vna cum alijs cogi manifeſtum eſt, quia poſtmodum ſerum lactis à lacte coacto ſecerni conſpicimus, pręterea cogere partes aliquas, aliquas vero ſegregare non opus eſt frigiditatis, quę cogit homogenea, & heterogenea, ſed potius caliditatis, quæ homogenea congregat, & hęterogenea diſgregat, vt ab Ariſt. 4. meteorum didicimus, quod & experimento probamus: coagulũ nãq; lacti impoſitum ipſum cogit, cũ ignem intra ſe babeat, teſt. Ariſt. ibidẽ c. 21. & quia longiori tempore illi permixtus permanet, tandem partes caſeoſas à partibus ſeroſis ſeparare obſeruamus, ſic & igni impoſito lacti euenire cernimus, ſic & longiori motione pinguioribus lactis partibus (caput lactis vocant) agitatis, fit butirum à calore ex motu prouueniente, partes butiroſas vniẽte, & ſeroſas ſegregante. Carduum pręterea, quem Cinaram vocat lib. de alim. fa. 2. Gal. calidum eſſe in fine ſecũdi gradus, uel principio tertij, idem lib. 8. de ſimp. mod. fac. Gal. teſtatur, & 7. lib. de ſimpl. med. facul. de Cnico verba faciens, in tertio ordine excalefacientium ponit, eiuſdem quoque facultatis eſſe Gallinarum guttura, uel ex eo colligi poteſt, quòd uentriculi uires illorũ tunicas internas lib. 2. c. 41. Dioſcorides, & 2. col. c. 9. Auer. iuuare ſcriptum reliquerint, quibus in fen. 13. 3. tr. 2. c. 3. & tr. 1. c. 35. Auic. adſtipulatur, in hoc tamen repręhendendus, quòd id quoq; Galenum teſtificari ſcripſerit, cum tamen id falſum potius lib. 11. de ſimpl. med. fa. ſe experimento comprobaſſe ingenuè fateatur, ſic quoque Gallium herbam excalefacere, eandemq; lac cogere lib. 4. c. 98. Dioſcorides, & 6. lib. de ſimpl. med. fa. Gal. ſunt authores, ſic & ficulneum ſuccum in excalefacientium ordinem reponendum omnibus receptum eſt, & experimento facile comprobatur, quo pariter lac cogi c. 20. Ariſtoteles 3. de hiſtoria animalium ſtatuit, Quod ſi 4. lib. de morbis Hipp. eundẽ

ficulneum ſuccum, ſiquis in lac immittat frigiditatem in ipſum obortã lac inſpiſſare, & conglobare ſcriptum reliquit, non ob id tamen dicendum lac à frigido condenſari, ideſt quòd ſua potentiali frigiditate ſuccus ficulneus illud condenſet, cum non ſolum calidum, ſed & excellenti caliditate præditum eſſe manifeſtum ſit, quare Hip. verba rectè intellecta nullam difficultatem faciet, ſiue enim græca vox, ὀπὸν, abſolutè ſuccum vertamus (ſicuti vulgata verſio habet) ſiue ſuccum ficulneum vt Mercuriali placet, ſua frigiditate actuali nō per ſe & primo, ſed per accidens, & ſecundariò lac cogere intelligendum eſt, huius nanq; actualis frigiditas lac calidum afficiens, efficit vt lactis actualis caliditas per antipariſtaſim concentrata, vnitaq; fortior euadat, atq; lac denſet, & cogat, verum ne quis hoc noſtrum cōmentum figmentum uè putet, audiamus, Gal. e cuius verbis interpretationem Hip. dictorum hauſimus. habet ipſe tum c. 16. 3. de alim. fac. tum tex. 7. 4. de ratione victus in acutis, lac non ſolum cogi cum calefit, aut coagulum permiſcetur, ſed & cum lacti abundè calido, oximel frigidum inſtillamus, interdum etiam citra vllam liquoris inſtillationem vaſe frigidiſsimam aquam continente in lac demiſſo ipſum coagulare, ex quibus colligimus lacte abundè calido, ſuccos actu frigidos permiſcere conſueuiſſe antiquos, vt facilius coagularetur, quod opus frigiditatem per ſe præſtare non poſſe, ſed dũtaxat per accidens apertum eſt, ſiquidem niſi lac abundè calidum eſſet vas frigidæ plenum lacti immerſum haud quaquam illud coagulare poſſet. ſtatutum itaq; ſit lac calido propriè, minimè frigido per ſe coagulari. Nec obſtat quòd trac. 1. c. 3. Auic. lib. 2. conſcriptum reliquerit, quòd condenſatio, & coagulatio non ſignificant augumentum in caliditate, neq; in frigiditate, id enim ſano modo intelligendum, ſenſus nanq; verborum Auicenæ eſt, quòd ex coagulatione non licet arguere de calido, vel frigido temperamento alicuius rei, & non quòd ipſa neq; à calido, neq; à frigido fiat. Concludamus itaque lac coagulari à coaguli calida qualitate, nec non etiam (quod nos arbitramur) id operis coagulum explere ſui quadam ſubſtantiæ ſimilitudine, quam cum lacte obtinet, ſiquidem coagulum nil aliud eſt quàm lactis ſubſtantia, cum reperiatur in ventriculo adhuc lactantium animalium ignem habēs intra ſe, quod cum animalis tepore conqueretur caſeum traxerit. c. 21. Ariſtotelis teſtimonio lib. 3. de hiſt. animalium; addamus etiam eundem partes quaſdam viſciditate donatas obtinere, quæ ſua craſsitie, & lentore coagulationi opitulari queũt. Sed hactenus de lactis coitione dicta ſint ſatis. Aquam verò frigido, & ſicco concreſcere teſtis eſt Ariſtoteles 4. Meteororũ, qđ quomodo fiat lōga oratione Expoſitores eo loco diſputant, ad quorum lectionem lectorem dimittimus, breuitati ſtudentes,

præſertim

prę ſertim cum glacies nobis exemplum comprobet. Reliquum modo eſt, vt de leprę natura, & eſſentia perquiramus, ut inde ſi fieri poterit, prænarrati caſus rationem uenari contendamus. Orta eſt lis inter neotericos quoſdam, an morbus à Græcis Elephantiaſis vocata eadem affectio ſit cum Elephantiaſi, cuius meminit Auic. fen. 22.3.trac. 1.c.26. & an nullum diſcrimen inter Arabum lepram, & Elephantiam græcorũ verè ſit ponendum. Fuchſius paradoxorum lib.2.c.16.& Manardus lib. 7. Epiſt. epiſt. 2. Elephantiaſim Græcorum eſſe affectionem illam, quã Arabes lepram vocant ſuis monumentis apertiſsimum omnibus efficere tentarunt cuius meminit Ariſtoteles lib.4.de partibus animalium c. 10.eam Satyriaſim vocat, eo quòd ob fluxionis, & crudi flatus copiam vultus partes ingredientes ſatyri facies appareat. Hanc autem eſſe ab Elephantiaſi illa Auicenæ longè diuerſam patere ex ipſius verbis facilè poteſt. ſic enim ſuam Auic. deſcribit Elephantiam, quod eſt additio in pedibus, ſecundum modum qui accidit in venis varicum, quare incraſſat pedem cum æqualitate ſua, & plerunq; fit propter melancholicum humorem, & aliquando ob phlegma craſſum, cui Raſis lib. 9. ad Alm. c. 93. ſubſcribere videtur, Elephantiam deſcribens eſſe crurum cum varicibus intumeſcẽtiam cum totius corporis habitu atro colore perfuſo. At Græci omnes in Elephantiaſi vniuerſum corpus intumeſcere, maximèq; fædari tradidere, ita vt Paulus lib. 4. c. 1. vniuerſi corporis cancrum appellarit, & Gal. lib. 2. de morb.ca.c.7. Elephanticis totam formam immutari tradidit, etenim naſus ſimus labra craſſa, aures acuminatæ videntur. Præterea ſi quæ Aetius ſer. 13.c. 120. Octauius Oratianus lib. 1. c. 32. Theodorus Priſianus lib. 1. c. 37. & Gariopontus vetuſtiſsimus author, cæteriq; plures de hoc morbo ſcripſere perpendentur, Elephantẽ Auic. & Græcorũ diuerſum eſſe clariſsimè innoteſcet, quod pariter exemplis manifeſtare volumus, Exemplum Elephantiaſis Auic. deſumimus ab Amato Luſitano, qui tale cent.2.cur. 34. recenſet. Vnus Monachus Auguſtinus nomine facie tumida, corpore procero, præpoſtero gradu, pluſquam teſtudineo ad me peruenit, qui quum affectiones ſuas inueteratas, ac diuturnas enarrare cæpiſſet, pedes verè Elephanticos hoc eſt ad genu vſq; tumentes, vt ſaccos quis diceret plenos nobis indicat, ſuper quos cruſtæ eminebant quædam rubigine affectæ, quas interpolatis diebus ex decocto emolliente madefactas deponebat, nam aliter pruritu, & ingenti vellicatione perdurare nequiebat; quos quum intuerer hunc Elephantiam apud Auicenam deſcriptam pati depræhendi: Græcorum Elephantiaſis exemplum ex Beniuenio lib. de abd.morb.cau. c. 98. tale exſcripſimus. Longis morbis annumeratur is quem ἐλεφαντίαν Græci vocant, qui in Italiam nunquam pęnè viſus

ſiis à Medicis vix dignoſcitur, Peregrinum quendam vidimus in grabatulo iacentem, cuius ſumma corporis parte maculis quibuſdam ad atrũ colorem vergentibus inficiebatur, & cutis inæqualiter aſpera, craſſaq; & veluti ſquammis fæda, ac liuens diuerſis etiam locis mollis, ac dura oſtendebatur, quin & oſsibus ipſis vt videbatur iam vitiatis, ac vniuerſo corpore macie, ac tabe confecto, ita ſurę ipſius os, pedes, & manus intumuerant, vt vtriuſq; partis digiti ſub tumore ipſo conderentur, quare cum ad hæc mala febricula quædam etiam adderetur quæ hominem abſumeret, vnius tantum menſis ſpacio migrauit ad Dominum. Hoc morbi genus à nullo alio fuſius deſcriptum quàm ab Aretæo vidimus, quare illius verba lib. 2. c. 13. ſubnectere æquum fore rati ſumus. Tumores alij iuxta alios exurgunt, nondum quidem continui, ſed craſſi, & aſperi, & interſtitium tumorum diſciſſum eſt, vt Elephantis coriũ; venæ latæ ſunt, non ſanguinis redundantia, ſed cutis craſsitudine. Non multò poſt autem & ſedes declarat, vniuerſo corpore in æqualem tumorem diſtinto. Pili in omni corpore præmoriuntur, in manibus, femoribus, tibijs, item in pube, in mento rari ſunt, rara quoque in capite cæſaries, quod verò maius eſt intempeſtiui cani, & caluitium affatim, ſubitiq; ingruunt, non multò poſt autem pubes, & mentum glabreſcunt, quod ſi qui pauci pili remaneant, hi magis dedecent, quàm qui defluxerunt, capitis cutis altius reſciſa eſt, rimæ autem frequentes, profundæ, aſperæ ſunt, tumores in facie duri, acuti, non nunquam faſtigio albido, baſi viridiore; pulſus puſilli, graues, tardi, tanquam per cænum vix ſe mouentes; venæ temporum diſtentæ ſunt, & ſub lingua; ventres billioſi, lingua grandinoſis varis exaſperatur, neque inopinabile eſt & omne corpus talibus ſcatere tuberculis, quandoquidem & in victimis prauos humores habentibus carnes grandine plenæ ſunt, ſin autem valdè ab intimis partibus erumpet morbus, & in extremitatibus apparebit, impetigines ſummos digitos infeſtabunt; genua prurient; prurituq; cum voluptate ſcalpetur; ambit verò impetigo, & mentum nonnunquam in orbem; rubent malæ cum tumore haud ita magno; oculi caliginoſi, æneí caloris ſunt; ſupercilia prominentia craſſa, glabra, deorſum verſus pondere vergentia; contractis glabellis eminens tumor inſurgit, color liuidus, aut ater eſt; epiſcenium valdè contrahitur, vt oculos contigat quemadmodum iraſcentibus, aut Leonibus accidit, vndè & Leonina hæc ægritudo vocatur; igitur neq; Leoni, neq; Elephanti ſolùm, verùm etiam nocti tenebroſæ æquales ſunt. Hypopia ideſt ſub oculis inſurgentia oſſa, & nares cum atris tumoribus ſalebroſæ, extanteſq; ſunt; labiorum prominentia craſſa eſt; pars autẽ inferior liueſcit, naſus tumet; dentes non albi ſunt, ſed nigricare videntur;

tur; aures rubent admixta nigritie, obſtructæ, Elephanticæ, vt grandiores conſueto eſſe videantur, vlcera in baſi aurium ſunt; ſanies deſluit, pruriunt, totum corpus rugis aſperis exaratur, nec non & altè deſcendunt ſciſſuræ veluti nigri in corio ſulci, propterea & Elephas huic morbo nomen eſt, plantarum, & calcaneorum vſq; ad medios digitos fiſſuræ ſunt; quod ſi plus augeſcat malum, tumores malarum, menti, digitorum, genuumq; vlceroſi fiunt; vlcera fętida ſunt, & inſanabilia, alia enim ſuper alia exurgunt, ſuper alia, alia niteſcunt; ſiquidem membra hominem diu morte præueniunt, quoad de corpore excedant naſus, digiti pedes, genitalia, atq; manus totæ; hactenus Aręteus Elephantiaſim deſcribens, qui paulò ſuperius ipſius incipientis notas deſcribit. Hunc morbum noſtris temporibus raro obſeruari norunt omnes, quinimmò & antiquitus ignotum penè in Italia fuiſſe teſtentur Celſus lib. 3. c. 25. & Plinius lib. 26. Naturalis hiſtoriæ c. 1. antè Pompei Magni ætatē nō accidiſſe in Italia tradidit, ſic & Plutarchus 8. ſympos. probl. 9. morbum fuiſſe nouum Aſclipiadis tempore, qui ſub Pompeio Magno Romæ in arte medica clarauit ex ſententia Atęnodori Medici teſtatum fecit. Peculiarem autem Aegypto morbum fuiſſe ibidem Plinius, & vrbi Alexandriæ Gal. 2. artis cur. c. 10. voluere, raro antè viſum in Germania, Scythia, & Miſya frigidis regionibus tradit Gal. At temporibus noſtris in Germania, pręſertim inferiori, Belgica dicta, & Gallia frequentem morbum etiam teſtantur Amatus loco citato, & Valeriola lib. 6. Enarr. enarr. 5. quod & qui regiones illas peragrarunt, confirmant, quàmobrem cum nobis ferè nunquàm, vel ſaltem raro admodum viſus ſit morbus hic, in illius enarratione longiuſculè immorari libuit, quod verò ad rem noſtram magis, proximiuſq; ſpectat ſciendum, ex omnium ſcribentium vnanimi conſenſu ab atrabili, & pituita craſſa, vt plurimum pendere conſueuiſſe morbum hunc. receptui itaq; canentes dicimus, quod ſi rationem, cur ſanguis leproſi hominis iam dicti aquam denſarit, in proprietatem occultam referre vellemus, facilè nos ab hac difficultate extricaremus, quod certè Auic. exemplo 5. col. c. 43. facere poſſemus, quęrens enim quomodo coagulum cum ſit calidum & ſiccum ventrem conſtipet, ſi bibatur, inquit, quod hoc facit à proprietate cuius cauſæ ſunt ignotæ, vel quia humorem coagulat, & indurat, ſic & Dioſcorides lib. 2. c. 67. coagulum cum vino, vel aceto epotum lac in ventriculo concretum diſſoluere, cum interim ſi lacti extra corpus noſtrū immiſcetur, illud ſtatim coagulare conſpiciamus, quod & Gal. lib. 10. de ſimpl. med. facul. affirmat, ſed nos proprietate occulta nunc omiſſa, quod experimento docti fuimus afferremus, ſi prius dixerimus non frigiditate, nec caliditate leproſi hominis ſanguinē aquam coagulare potuiſſe,

tuiſſe, non frigiditate actuali, quia actu calidus, nō potētiali, quia nulla talis in sāguine frigiditas imaginari poteſt, nō caliditate, q̄a aquā nō calido, ſed frigido cōcreſcere conſueuit; poſſet tamen aliquis ex Ariſt. 2. de gen. animal. c. 2. dictis arbitrari aquam caliditate ſanguinis coagulari potuiſſe, habet enim Ariſt. eo in loco, quòd partes aqueæ ſpiritui permixtæ craſſeſcunt, exemplo ſpumæ, quæ aqua eſt craſsior reddita ex ſpiritus permixtione, ſic & ſemen quoq; exit, quidem intrinſecus craſſum, & album, calore interiore multū ſpiritus continens, ſed egreſſum vbi calor euanuit, & aere refrigeratur humidum euadit, & remanet aqua, ſic & à pari dicere poſſemus, multo ſpiritu vnà cum ſanguine aquæ permixto coiuiſſe aquam, ſed verè hoc fieri non poſſe quotidianū experimentum comprobat, nam ex nulla ſanguinis permixtione, quę tamen in dies in mittendo ſanguine accidit frequens, & ſanguinis ſpirituoſiſsimi id euenire obſeruatum fuit, præterea licèt id per initia contingere potuiſſe dederimus, tamen refrigerata aqua rurſus liquari debuiſſet, quod in ſpuma, & ſemine euenire tradit Ariſt. & experientia docet, quare magis arridet cauſa, quàm nunc nunc ſubijcimus. Vidimus nos aliquando quod, ſi reſciſſę pellium partes in aqua bulierint (quod pictores ad gluten parandū facere conſueuere) cum deferbuerit aqua refrigerata ſtatim cogitur, atq; dempto calore lac coagulatum referre, quod vtiq; ex ſucci lentacei viſcidi, & craſsiui ignis à pellium reſciſsionibus extracti permixtione euenire manifeſtum eſt, quod pariter obſeruare licèt in edulij genere illo, quod coqui ex animalium extremitatibus, neruoſiſq; partibus iure excoctis parant, Gelatinam vocant, quod quidem cum per colum traiciunt, calidum liquidiſsimum conſpicitur, at ſtatim cum refrigeratum fuerit coit in lactis coagulati conſiſtentiæ ſimilitudinem. A pari cum Annibal prædictus craſſo lentaceo, pituitoſoq; ſanguine redundaret, hic aquæ permixtus vtriuſq; actuali caliditate diſtributioni in miſcella oppitulante, cum deferbuiſſet coitioni, & coagulationi occaſionem prębuit, ad quod credendum me quoq; magis impellit, quod non ſemel in quibuſdam malo colore, & habitu corporis prędítis obſeruaui; his enim ſanguis extractus, pixideq; collectus, poſtmodum, præcipuè circa ſuperiora ita concretus maiori ex parte craſſam pituitam vndequaq; reprę ſentans conſpectus eſt, vt vix ſexta illius pars ſanguinis colore donata in matulę fundo reſideret, ita vt reliquū gluten viſcidiſsimum videretur, vixq; cultro ſcindi, & lacerari poſſet. Nec nullum cui ſanguis huiuſmodi ſecta vena extractus fuit morbo liberatum recordor, fauent huic noſtræ ſententiæ, quod ab Ariſt. 2. de gener. animal. c. 2. ſcribitur oleum ſcilicet non congelari, ſed ſolum frigore concreſcere, eo quòd multum calidi obtineat, qui ſi in partibus

quoque

quoq; tennioribus fundetur; nec etiam craſſeſcet oleum; quod experimento comprobatum habemus, nàm oleum amigdalarũ torculari expreſsione extractum in officinis aſſeruatum, nec etiam per ingentiſsima frigora craſceecit, nedùm congelaſcit, ſecus verò accidit alijs oleis ex oliuarum oleo paratis, quæ omnia craſſeſcunt, & coeunt, nàm olei oliuarum calidum in craſsioribus partibus fundatũ, olei verò amigdalini in tenuioribus, ſic & ob id acetum ex puro vino, & meraci paratũ, nec congelari, nec craſſeſcere ob eandem cauſam obſeruamus. Quod ſi quis id ocultæ cuidam proprietati aſcribere maluerit, non renuemus. Cum à Ctefia ſcriptis mandatum ſit radicem quandam apud Indos haberi, quæ aquæ, aut vino exigua portione impoſita illos ita condenſet, vt manuteneri, ac ceu cera tractari poſsint, Et Plinius lib. 24. c. 13. & 17. tradit ex mente Pythagoræ Aquifolij arboris florem, & Coriaceſiã, caliciamq; herbas aquæ immiſſas illam cõgelare ſua proprietate. Quicquid ſit, hoc vnum ſcimus aquam à frigido ambiente permixto ſanguine minimè concreuiſſe, cum tunc calidus eſſet aer, nec minus à ſanguinis excedente caliditate, quod de coagulo ſuperius attulimus coagulari potuiſſe, cum à frigido tantum coet, vt ſuperius cum Ariſt. cui experimentum ſuffragatur, demonſtrauimus. ſed antequàm capiti vltimam manum imponamus, minimè reticendum putamus. Leproſos olim à cæterorum hominum cętu ſegregari ſolitos, ne contagioſo inquinamento labem populis inferrent, quod in ſacris paginis legimus. Numerorum quinto iſtud eſt. Præcipe filijs Iſrael vt eijciant de caſtris omnem leproſum, & illud item leuitici decimotertio. Omni tempore, quo leproſus eſt, & immundus, ſolus habitabit extra caſtra. Sic Paulus lib. 4. eos procul ab hominum ſocietate ablegandos his ſanè verbis cenſuit. Quoniã contagioſus hic morbus non ſanè minus quàm vel ipſiſsima peſtis, ſeorſum à ſanis hominibus, atq; procul ab Vrbibus à mortalium cæterorum frequentia tabe illa affecti ablegandi ſunt, Aetius lib. 13. c. 120. conſulit, vt neceſſarij, & domeſtici horum conſuetudinem, & congreſſum auerſentur, contagioſumq; malum eſſe, & in calce capitis. 125. ait, qui curationem non recipiunt procul ab Vrbibus, & mari ſegregandos. Sic & temporibus noſtris in Germania, Galliaq; quibus prouincijs frequẽtius, quàm apud nos, leproſi conſpiciuntur, & vigent, in locũ ipſis deputatum eos relegant, ſicq; alicubi per Vrbes, & caſtra pertranſeuntes verſantur ſigno quopiam, vel tintinabulo, alio vè ſimili appoſito à cęteris diſcriminantur. In Italia verò ſicuti rarò admodum Elephantiaſis, ſeu lepra obſeruatur, ita me hercle minus quoq; contagioſam etiam ſi quando occurrit depręhendimus, Præmemoratus enim Annibal, multos menſes cum ſuis domeſticis verſatus, nulli vnquàm morbum com-

municauit; qui tamen veri leproſi notas omnes obtinebat. Non enim omnes Elephantici æquè contagioſi ſunt, quinimmo Aetius lib. citato c. 25. de illis verba faciens inquit. Non tamen abſurdum fuerit puerorum gignendorum gratia per rariora interualla coire, neq; enim in totum contagioſę ſucceſsiones ipſius affectionis in omnibus fiunt. Qua de re mitiori increpatione repræhēdendus ab Eccellen. Mecrurialí lib. 3. de varia lec. c. 20. admittit nanq; illorum cum mulieribus congreſſum, quorum ſuceſsiones minimè futuras contagioſas exiſtimat, quiq; curationem admittere poſſunt, confirmatos enim, & incurabiles ſtatim proculà mari, & vrbibus ſegregandos ſtatuit, mulieres autem diffi cile corripi hoc morbo paulo antea dixerat. Ita quoque me hercle, & in altero, in quo arguitur, minimè obiurgandus, non enim quod illi apponit doctiſsimus Mercurialis ipſius verba ſonant, falſum enim eſt, quod ſenſerit in caſtratis largam fieri ſeminis generationē, & quod hac ratione ab Elephantiaſi facilè euadant, non enim ita ignarus eſt exi ſtimandus Aetius, quòd ignorauerit teſtes efficere, & perficere ſemen Venæ enim, & arteriæ paucum, & multo temporis ſpacio ſemen, teſtes verò nō ſolum multum, & cito, ſed exquiſitè etiam confectum generãt, quod Gal. libro de ſemin. cap. 16. clariſsimè docet, qua dere ſpadones cum teſtibus careant, & ſæpè ſæpius etiam in caſtratione lacerentur uaſa ſeminaria, quis eos multo ſemine abũdare dicet. Quod ſi etiã Ariſtotelis ſententiam ſequamur nullum teſtibus generandi ſemē uſum attribuentes, ſed tantum pendere adiectos eo modo, quo pondera Tex trices telis annectunt, tamen eo quòd meatus ſeminarij intro ſe retrahant, non rectam fieri, nec multam ſeminis generationem erit dicendũ, quod Ariſt. ipſemet problemate. 39. ſect. 10. affirmat exectos inquiēs dùm caſtrantur naturam ſuam in genus ſeminis infæcundum commutare quales ſunt & pueri, & mulieres. Eunocos enim, & paucum, & aquoſum, inconcoctumq; ſemen, ſicut & pueros emittere experimentum docet, falſum quoq; eſt Aetium ſenſiſſe, quòd Clar. Mercurialis affirmat, non caſtratos ita vtilem, & bonum humorem in ſeminis generatione ab ſumere, vt facilè Elephantiaſi corripiantur, ſed ſenſus genuinus litterę Aetij talis eſt, quod ſpadones non facilè appręhendantur ab Elephantiaſi, quia non abſumant multum humoris vtilis in ſeminis generatione, quare cum eorum corpora bonis humoribus redundent, non facilè corripiuntur ab Elephantiaſi, ſecus verò accidit in Elephanticis ipſis, in quibus cum pauci boni humores reperiãtur. & incoctorum, & craſſorum copia eorum corpora redundent, fit, vt ſemen craſſum quoq; multum generetur, tantum enim craſsius ſemen effici tradit Ariſt. 2. lib. de gen. animal. c. 2. quantum in corpore materiæ terrenæ, & craſſæ habeatur,

beatur,

beatur, hinc, fit vt multum in Venerem ſtimulentur, pręſertim flatibus craſsioribus, materiaq; craſsiori repletis vaſis. Quę interpretatio an verbis Aetij conſentiat facilius dignoſcet lector, ſi ipſa ſubſcribemus, habet itaq; Aetius, Etenim non reperias vllum aliquē temere, qui exectus ab Elephanthiaſi appręhendatur, neq; etiam facilè mulierem, Fortè ob id, quòd ab vtili, ac bono humore ſeminis emiſsio prodeat, aut quòd largior generatio ipſius in ſeminarijs locis ob materiæ ſpiſsitudinem contingat, multo itaq; ſemine Elephantiaſi correpti abundant, Vides ne Aetium aſſerente clarè ſpadones idcirco non facile corripi Elephantiaſi, quia humoribus bonis abundent qui in ſeminis generatione non abſumantur, neque etiam mulieres, quia eorum corpora ab excrementis per menſtruas purgationes repurgantur, quæ Aetij ſententia Hipocraticæ 6. lib. Aphor. 28. & 29. vniformis, eſt ſic quoq; Elephanticos, eo quòd multo humore craſſo redundent, ex quo ſemen craſſum quoq; generatur, ad Venerem ſunt procliues, quemadmodum & Podagricos quotidie obſeruamus ob eandē eauſam Veneri quàm maximè deditos. Dū, hęc typis ſubijcimus Io. Bap. Caballaria Leonati Medicus ad nos traſmiſit hiſtoriam, quam hoc loco ſubnectere operepreciuṁ duximus & talis eſt. Nouis Iunij anni huius. 1584. cum Leonati municeps quædam non vltimi ordinis ſpontanea laſsitudine pręmeretur, alui lenitione præmiſſa, Iecorariam dextram ſecui; Et mox collecti, ac cōcreti ſanguinis ſeroſitas vniuerſa (quæ illi copioſa ſupernatabat) in lac abijt; ills inquam verum lac colore, ac conſiſtentia, (ſubliuidum tamē,) planè referebat. ſanguinis globus in ſummo floridus, in imo nigrior extitit, nulla pituitoſa concretione ſuperextenſa. Poſt triduum experimēti gratia ſiniſtram itidem internam aperiri iuſsi: Ac ſanguinis quidem, & humoris lacti ſpecies omnino priori reſpondit Nōnullos ad ſpectaculum admiſsi. Miniſtro placuit intincto digito guttulam deguſtare; qui dulcedinis quippiam ineſſe teſtatus eſt. Fęmina hæc triginaria eſt, bibacula eſt Viri appetens eſt; quem habet ignauiſsimum. Anno cōiugij primo effecta eſt mater; ex illo eſt in fęcunda. Et iam nouus agitur infęcunditatis annus. Statis temporibus per vterum purgatur, & quandoq; albo madet profluuio Cęterùm inculpatè degit. ex iam dictis & ex ijs, quæ inferius dicenda ſunt præſertim lactes eiuſq; ſero natura, haud multò difficile erat præſentes hiſtorię propinquas cauſas indagari, quod lectionem perſpicacię diſcutiendum relinquimus.

De Proliculati totius corporis affectione ac aliorum animalium ab eodem erumpentium. Cap. V.

INfeſtari capita hominum à pediculis familiariſſum, omnibuſq; notum eſt, at quòd vniuerſum corpus ab eiſdem deuaſtetur,& abſumatur inter ea,quæ rarò accidũt, enumerari meretur, vndè minimè mirandum ſi Gal. Aetius, & Paulus nullibi de re hac ex intento meminere, ſed duntaxat de capitis, & palpebrarum pediculis fuſius verba fecere, & ſi ex Gal. dictis lib. 11. de ſimpl. med. facul. ellici poſsit hac affectione totum corpus corripi poſſe, dum ait. Quibus ergo affatim ſunt mali ſucci in corpore, ijs ingens prouenit pediculorum numerus, & quæ ſequuntur, Et Aetius ſer. 3. c. 158. inſcripſit. Quæ euacuant; & corrumpũt pediculos omnis generis circa corporis ſuperficiem, ita vt ieiunè admodum materiam hanc pertractarint Græci, Clarius tùm Arabes, tùm Latini de hoc morbo ſcripſere, vti Auic. fen. 7. 4. trac. 3. c. 26. Alſcharauius trac. 1. ſec. 1. c. 16 ſuæ practicæ ſerapio trac. 1. c. 5. Raſis 25. cont. c. 17. Hali Abbas 8. Theoricæ c. 17. & Abenzoar. 1. Theyſir trac. 8. c. 8. inter Latinos verò Cælius Aurelianus lib. 4. c. 2. Quintus Serenus c. 5. & Marcellus lib. 1. c. 4. Poſtremo loco Ariſt. authorem adducimus, qui lib. 5. de hiſtoria animalium c. 31. de re hac eadem meminit, ex quorum omnium doctrina, quæ mox à nobis ſcribentur decerpſimus, quatuor enim perſcrutanda proponimus, primum an pediculi huiuſmodi ſint vnius ſobolis tantum, an plurium. Secundo qua in parte generentur. Tertio ex qua materia. Quarto quòd eorum ſit efficiẽs, quòd itaq; ad primum ſpectat varios eſſe pediculos in palpebris genitos à capitis pediculis clariſsimè patet, ex Aetij dictis, qui lib. 7. c. 65. tradit pediculos in palpebris generatos latos, paruos, & multos eſſe, ſic & in lib. Gal. aſcripto, cui titulus introductio, ſeu Medicus hæc legimus. Phtiriaſim vocamus, cum palpebrarum pilos multi lati, exiguiq; pediculi infeſtant. Alterum pediculorum genus eſt partibus omnibus, quæ pilis veſtiuntur, commune, nam qui in ſupercilijs ex illis, & inguine, & barba proueniunt, hos pediculos vulgo vocant Piattolæ Abenzoar loco ſupracitato vocat Platulas, Arabes, Alcarad, Alguardan, & Alfecd appellant teſte antiquiore Arabicorum nominum Auicenæ interprete, qui etiam vocat Pediculos Pharaonis, Cælius Aurelianus loco citato eos pediculos ferales vocauit, cuius hæc ſunt verba de pediculis loquentis. Plurimi enim creantur nunc per totum corpus, nunc per eas partes, quæ capillatura contectæ ſunt, & nunc ſunt

conſueti,

conſueti, atq; ſimplicis formę, nunc ignoti, hoc eſt latiores, & duri magis, ac ſæuientes morſibus vehementer, quos quidam ferales appellant, Ariſtotelis verba ſunt. 5. de hiſt. animal. c. 31. genus pediculi ferum vocatum eſt durius, eo quòd magna ex parte prouenit, & corpori detrahitur difficilius, eſt & alterum pediculi genus malignum valdè, cuius morſus venenoſus eſt, cuius meminit Auic. fen. 6. 4. trac. 5. c. 12. & illum appellat pediculum Vulturis. Hos Plinius ſerpentes vocaſſe credimus cum lib. 7. c. 51. ait Pherecydem Syrum copia ſerpentium ex corpore eius erumpente expiraſſe, quod enim per ſerpentes pediculi ſint intelligendi, vel ex eo conſtat, quòd Ariſtoteles loco citato Alcmenem Poetam Pherecydemq; Syrum pediculorum fæditate obijſſe teſtatum relinquit. Verùm quia Græci ἑρπετὰ ſimpliciter, & ἑρπετὰ ἐν τῇ κεφαλῇ ſolent appellare pediculos, idem verò eſt ἑρπετὸν quod ſerpens à verbo ἕρπω quod eſt repo, ſeu ſerpo, hinc Plinius Græcorum imitationes, ſerpentes vocauit pediculos. Tertia pediculorum ſpecies eſt ſub cuticula aboriens ibiq; affixa permanens, præcipuèq; in manibus, & pedibus hos vocat Abenzoar 2. Theyſir trac. 7. c. 19. Aſſoab, à noſtris vulgò pedicelli, ſeu pedoſcelli dicuntur, mirum herclè dictu, quod perbellæ idem Author deſcripſit, cum excoriatur cutis (vbi ſcilicet minimus ille ionthus varulus vè cuiuſdã ſudaminis inſtar apparet) exeũt animalia viua tàm paruuncula, quòd vix poſſunt videri. Pediculorum generationis locum docuit Gal. lib. 1. de compoſitione phar. ſec. loc. c. 7. per hęc verba. Quare manifeſtum eſt in profundo cutis pedicularis morbi affectionem fieri, vbi etiã hæc animalia generi poſsibile eſt, non in ſuperficie cutis, in qua furfures conſiſtere diximus. Quod pariter Auic. loco ſuperius allato teſtatum reliquit. Quibus etiam Ariſtoteles conſentit, ſi illius dicta rectè intelligantur, minimèq; falſo interprætentur, quod fecit celeberrimus Mercurialis (abſit maledicentia) lib. de morbis cutaneis, apponit enim Ariſt. quòd dixerit pediculos fieri ex carne corrupta, & in hoc illum impugnat, quod tamen à veritate alienum eſt. Scribit certè Ariſt. Pediculos ex carne fieri, ſed abſolutè ſcribit, & ſine additione particulæ (corrupta) & ſi rem diligenter perpendamus non materiam Philoſophus, ſed generationis locum per hęc verba nobis oſtendit. Nàm cum dixiſſet pulices obtinere ſedẽ ſui ortus in ſordibus aridis, cimices verò in humore, qui per ſummam animalium corporis conſiſtit, ſtatim ſubdit pediculos fieri ex carne, ideſt non extrinſecus, quemadmodum cimices, & pulices, ſed ſub cuti inter illam, & carnem, generationis locum non materiam tradens, nàm paulò poſt illorum materialem cauſam recenſet, inquiens accidere prè nimio corporis humore, erat itaq; Ariſtotelis dictum potius amplexandum

dum

dum à doctiſsimo Mercuriali, quàm redarguendum, quod aliàs ipſe fecit lib. variæ lectionis 2. c. 7. præſertim cum rationes, quas aduerſus illum adducit, futiles admodum ſint, ſtatuamus itaq; locum, & generationis ſedem pediculorum inter cutem, & carnem eſſe, quod Alsharauius pariter confirmat, tradens pediculos fieri ex putrido humore, quẽ natura expellit inter cutim, & carnem, irridendus ſanè Plinius ille, qui libros de re medica conſcripſit, quum lib. 4. c. 1. tradit, quòd Aegiptij reges, quibus erat ſtudium ſcrutari corpora mortuorum, & cauſas valetudinum oculata fide recognoſcere in corde ipſo naſci eiuſmodi vitium, ſcilicèt Phtiriaſim prodiderunt. Hactenus de loco, de materia vero huius affectionis perquirendum. Theophraſtus lib. 2. de cauſis plantarum c. 12. ſcribit ex ſanguine corrupto, & putrefacto phtiriaſim prouenire, Auic. in 4. parte canticorum enumerat pediculos inter ea, quæ fiunt ex humore phlegmatico, Cælius Aurelianus ex bile rubea gigni tradidit Haliabbas ex groſſa humiditate, Mercurialis Theophraſtum reprehendit hoc argumento, quod ſi pediculi fierent ex ſanguine eſſent vtiq; colore rubei, quæ ratio iudicio meo ſatis infirma eſt, non enim ex calore animalis ex putredine geniti humorem, à quo ortum duxerit diiudicandum docuit, Auic. lib. 3. fen. 16. trac. 5. c. 1. quo loco aſſerit nõ ob id dicendum vermes ex ſanguine eſſe genitos, eò quòd rubei colori conſpiciantur; non enim ſemper verum eſt orta ſuis principijs atteſtari, vt inferius demonſtrabimus, præterea Theophraſtus nõ ex ſanguine abſolutè, ſed ex ſanguine corrupto pediculos fieri tradidit, ſanguis verò cum corrumpitur, in bilem euadit, & millies docuit Gal. vel nigricatur, docet experimentum, addamus Theophraſtum ſub nomine ſanguinis humores omnes comprehendiſſe, ſi quidem in maſſa ſanguinea omnes humores contineri luce meridiana clarius eſt. ſic Gal. 1. de comp. med. 5. locos c. 7. ex multis humoribus calidis phtiriaſim fieri, ex malis ſuccis lib. 11. de ſimp. med. facul. aſſeruit Auic. fen. 7. 4. materiam pediculorum eſſe humidam, & fen. 3. 3. eſſe humiditatem putridam Alsharauius, putridum humorem, ſerapio. Humiditatem calefactam affirmarunt, vndè colligimus ex quolibet humore ortum ducere poſſe, præſertim verò ex humoribus magis humidis quales ſunt ſanguis, & pituita, qui actu, & potentia humidi ſunt, ex quibus facile materialis cauſa dignoſci poteſt. Quæ verò efficiens cauſa ſit dicenda, non æquè facile deprehenditur, vndè non immeritò Auerois 12. Metaph. com. 18. animalium ex putri materia generatorum verba faciens inquit, quòd & ſi huiuſmodi animalia vilia ſint, nihilominus difficilem habent inueſtigationem. Omnes à calore putredinali prouenire conſentiunt, addunt alij caloris naturalis opem, tertij verò, &

cæleſtis

cęleſtis caloris interuentum adiungunt. Nos omnes calores prędictos horum animalium & per conſequens pediculorum opifices ſtatuimus. Cum enim putredo fiat in ijs, quæ humida, cum ſint à calore pręternaturali, corripiuntur, calorem hunc in pediculorum, qui ex putri materia fiunt, generatione requiri ab omnibus receptum eſt, Ariſt. verò docens 4. Mete. in calce cap. 1. tex. com. 13. in rebus putreſcentibus quo modo generentur animalia, ait. Putridis etiam in rebus animalia innaſcuntur, propterea quòd qui naturalis eſt calor ſecretus, ea, quæ excreta ſunt, cogat, quorum uerborũ ſenſum eſſe volunt Expoſitores, quòd animalia in putreſcentibus generentur, eo quòd caloris naturalis, qui in rebus illis putridis inerat ſecreti facultate, & efficientia, ea, quæ excreta ſunt ideſt partes humidę cogantur, putreſcunt ſiquidem res propter naturalis caloris ſecretionẽ, quę ab externo calore eſt facta, quòd autem cum naturali calore humor ſimul exeat, efficitur, ut eductus per eum cogatur, atq; in animal concreſcat. Quòd autem Gal. ad huiuſmodi animalium procreationem, non ſolum putredinalem calorem, ſed & naturalem requiri mens fuerit, clariſsimè ex com. 26. aff. 3. lib. elicimus quod & Auic. nam confirmaſſe palàm fiet, ſi literam legerimus, qualem exprimit Iacobus de partibus, & non qualem Gentilis admittit, fieri autem pediculos putreſcente quidem humiditate in re, quæ putrefit, ſed non ex putrefacta, ſed potius concocta, quod ex Ariſt. fieri diximus colligimus quoq; ex Gal. & Auic. ex Gal. quidẽ dùm inquit phtiriaſim fieri ex multis humoribus calidis quidem, ſed non ad tantã caliditatem progreſsis, ad quantam humores acres, & ſeroſi, & Auic. ait fieri ex materia, in qua non feſtinat ad eam putrefactio feſtinatione vltima, & eſt conueniens, vt ſit materia recipiens vitam, & Abenzoar dicit generari ex humoribus, quibus putredinalis calor aduenerit non multus, nec in facto eſſe, ſed in fieri quouſq; ſcilicet animatũ quid fieri poteſt, & ſerapio quòd fiunt ex humiditate calefacta, verum calefactio eius non peruenit ad terminum, quod faciat materias virulentas acutas, hanc veritatem Olfecit Rhõdelitius in ſuo de curand. morbis meth. dùm inquit pediculos fieri ex humore calido, & humido, ſed cocto, putredinis enim ſpecies dari, quæ in ſe habeant aliquid coctionis teſtatur Galenus libro primo de diff. febrium cap. ſeſto, Quomodo autem in eadem parte formali, in qua ſunt partes materiales, non ſolum ſint ſimul digeſtio, & putrefactio, ita quòd putredo fiat in aliquibus partibus materialibus, & digeſtio in quibuſdam alijs partibus materialibus, quodq; etiam in eadem parte pręciſè poſsint eſſe ſimul digeſtio, & putrefactio longiori ſermone, docet Gentilis in pulchra illa quæſtione de morbi temporibus, Ariſtoteles quoq; in meteororum lib. 4. & 3. lib. de generatione

neratione animalium c. 11. quomodo fiant animalia ex putredine tradens habet hęc verba. Cum enim dulce in principium conſtituendum ſecernitur, quod ſupereſt, talem accipit formam, nil autem gignitur putreſcens, ſed concoctum putredo vero, & putridum excrementum rei concoctæ eſt, nihil enim ex toto efficitur, quemadmodum neq; in ijs, quę ab arte conduntur, nàm niſi ita eſſet, facere non requireretur, ſed quantum inutile eſt, id aut à natura, aut ab arte detrahitur, generātur autem in terra, humoreq; animalia, & plantę, quoniam humor in terra, ſpiritus in humore, calor animalis in vniuerſo ineſt, ita vt quodammodo plena ſint animę omnia. Ex quibus Ariſtotelis verbis, non ſolum calorem naturalem pediculorum opificem colligere poſſumus, ſed & tertium calorem ſcilicèt animalem, qui in vniuerſo eſt, quem Auic. calcodeum. Auer. vero formarum datorem appellant. Quod & clarius idem met Ariſt. 5. de hiſtoria animalium lib. c. 19. affirmat, dùm ait vermibus omnibus commune eſſe, vt primordium generationis illis aut à ſole, aut à ſpiritu pręſtetur. Et Auer. in diſputatione 9. in ſolu. 3. dubij. 12. Metaph. com. 13. & 18. ſcribit quòd animalia genita ex putrefactione generantur à corporibus orbium. Quinimo Themiſtius ijs duntaxat, qui ex putrida eluuie proueniunt, animalibus exiſtimauit communem mundi animam conferri, ijſq; ſolis principium vitale accedere ex ſuperioribus. Clariſsimè autem Auic. in pediculis generandis hunc calorem recipi docet, cum ait, quod ſuper eorum materiam influitur vita ex creatore ſuo. Vndè iure meritò Virgilius 4. Geor. Iouis omnia plena. & 6. Aene. Principio cęlum, & terram, campoſq; liquentes, & quæ ſequuntur diuino afflatus numine cecinit, quod etiam Lucanus lib. 9. Macrobius lib. 1. de ſomno Scipionis, & Plato in Thimęo teſtatum reliquere, & Aratus ſcriptis mandauit μεϛὰι Διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιὰι Huius tertij caloris Gal. non meminiſſe minimè mirandū, cum 7. & 12. Meth. de virtute formatrice verba faciens, fateatur ſe neſcire, quid ſit. Hinc conciliator 101. diff. & in com. 17. probl. 20. ſec. Gal. ne verbū quidē feciſſe caloris Aethereij in generatione animaliū ex putredine ortū trahentium videns non ſemper verum eſſe, calorem hunc ad eorum generationem cōcurrere ineptè certè tradidit, cum Opp. Ariſt. Platonem, Aueroem, Alexandrum, Themiſtium ſenſiſſe manifeſtum ſit, erroris autem Conciliatoris hoc fuit in cauſa quod calorē huiuſmodi non per cōtactum, ſed virtualiter vbiq; operari, non immediatè, ſed mediatè minimè cognouit, ideòq; bene conceſsit Ranas in æſtate ex pluuiali humore, & terra ipſa generari ope caloris cęleſtis, at minimè concurrere ad generationem lūbricorum ad intra corpus noſtrum. de efficienti itaq; pediculorum cauſa ſatis ſit nunc dictum, plura nanq; longiori oratione

de

de huiuſmodi animalium ex putredine originis initium trahentium cauſa infra dicemus, cum vermium hiſtoriam inſtituemus. Quod ſiquis pediculorum cauſam finalem quoq; ſcire optarit, Nos enim ſecus, ac Mõtanus fecerit ſentimus, qui rerum malarum ac morborum in corpore humano nullum cenſuit finem, dicere poterit cum Aueroe 12. metaph. com. 18. fieri ne natura ortietur, quod & in eiuſdem generis cæteris animalibus dicẽdum. Quod ſi magis particularem optamus hanc aſsignat Quintus ſerenus c. 5. inquiens. Noxia corporibus quædam de corpore noſtro Progenuit natura volens abrumpere ſomnos, ſenſibus & monitis vigiles intendere curas, ſed quis non paueat Pherecydis fata traghædi, & quæ ſequuntur, Plures interemptos pediculari morbo teſtãtur hiſtoriæ præter Phærecidem, cuius meminere Ariſtoteles, Plinius & Quintus ſerenus, vt diximus, Ad eum (vt Rhodiginus lib. 14. lec. antiq. c. 13. teſtatur) grauiter affectum cum viſendi gratia Pytagoras diſcipulus aduenſſet, ac quo nàm pacto haberet, ſciſcitatus eſſet, immitens is digitum per ianuam inquit (χρο`ι δη̃λα) ideſt ex corpore palàm eſt, id malum per Apollinis iram ei immiſſum refert Aelianus. & cõfirmat Diogenes laertius in ipſius vita primo lib. deſcriptâ. Speuſipum Eurymedontis filium Philoſophum Athenięſem, & Syllam tirranũ, Acaſtum peliæ filium, Calyſtenem Olynthyum, Mumium iuriſconſultũ, Eunum belli ſeruilis in Cilicia authorem, Platonem Philoſophum eodem morbo peremptos obijſſe teſtatur Plutarchus. Silla quoq; infælix tali languore pereſus corruit & fędo ſe vidit ab agmine vinci, vt cecinit Quintus ſerenus, Volateranus Honorificum Vandalorum Regem, quũ octo annis Chriſtianã religionẽ inſectatus eſſet pediculari morbo perijſſe teſtatur, ſicuti Arnulphum Imperatorem poſt Carolum Craſſum cum ad templorum ſpoliationes animum conuertiſſet pediculis cõſumptũ interijſſe authores ſunt Baptiſta Egnatius, Platina, & Paulus Aemylius, Napus Turrianus in arce Comenſi Bardelli dicta ab Othone vicecomite Mediolanẽſis Anthiſtite, & Simone Locarno victoria petitis cõiectus mortuus & fęda illuuie, & enatis ſubinde pediculis conſumptus, Corio, Merula, Triſtano, Calco, & Iouio Hiſtoricis id affirmantibus, Quod & Antiocho contigiſſe ex hiſtoria ſacra docemur, ſic anno Domini. 1486. Honoriclum vermibus eroſum hiſtoriæ traditum eſt, teſtis eſt Paulus Aemilius in hiſtoria Francorum lib. 1. Doclum Alpaidis Pipini Pellicis fratrem cum Lambertũ Traiectenſium Epiſcopũ, eo quòd Pipinum erroris culpare auſus fuiſſet, interemiſſet, repente tineis toto corpore ſcaturiẽtibus cruciatu vexatũ in Moſam rabie percitum pręcipitem ſe dediſſe. Quòd ſiquis recentiores amet hiſtorias à Medicis deſcriptas, eas pro libito legere poterit apud Amatum Luſitanum cẽt.

3. cur. 58. quo loco meminit Veneti cuiuſdam Anconæ morantis, & alterius nomine Taboræ qui Vlijſsiponę morabatur, quorum primus per vniuerſum corpus pediculari morbo vexatus conualuit, ſecundus verò interijt ita per vniuerſum corpus ſcatētibus pediculis, vt duo eius ſerui Aethiopes nil aliud curæ haberent, quam ex eius corpore pediculorū cophinos plenos ad mare quod prædictam ciuitatem preterlabitur portare. Admirandum ſanè quod ſcriptum reliquit Diodorus Siculus rerum antiquarum lib. 4. de Acridophagis gentibus, quorum finis non ſolum admirabilis, ſed incredibilis potius videtur. Nàm propinquante ſenecta pediculi alati non ſolum viſu varij, ſed ſpecie horridi, ac turpes in corporibus nati, ventrem primò, tùm pectus, deinde totum corpus paruo tempore exedunt, qui morbum patitur primum, veluti ſcabiei cuiuſdam pruritu allectus, corpus ſcalpit, voluptate ſimul, & dolore perceptis, deindè exiētibus pediculis ſimul effluente ſanie, morbi acerbitate, ac dolore percitus vnguibus corpus magno cū gemitu lacerat; tanta verò vermium copia effluit alijs ſuper alios tanquam ex perforato vaſe ſcaturientibus, vt deleri nequeant, hoc pacto ſiuè cibi, ſiuè aeris cauſa miſerum ſortiuntur vitæ finem. Non ſolum autem pediculos, ſed & vermiculos, quorum generatio eundem quoq; modum ſortitur aliquando corpus ad internecionem vſq; deuaſtaſſe obſeruatum eſt. Illuſtriſsimus quidam, cuius nomen conſultò reticere lubet, ita obęſo corporis habitu præditus fuit, vt in ingentē molem excreſcente pinguedine, carnis, pinguediniſq; plexuræ circa collum, & in abdomine quàm maximæ conſpicerentur, in quorum medio cum ęſtatis tempore dolere cæpiſſet, conuocatis miniſtris, quid nàm mali ſubtus latitaret aſpicerent mandauit, quo facto primum exeſam cutim inuenere, poſtmodum procedēte tempore erumpentes vermiculos conſpiciūt per ſimiles illis, quos in antiquiori corrupto caſeo occultari aliquando videmus, quod malum cum nullis præſidijs profligari potuiſſet, tandem ſtrenuum Heroem neci tradidit, ſic & Galerium, Maximilianum Imperatorem vermibus ab inguinibus erumpentibus obijſſe traditum eſt à Pōponio Læto in Rom. hiſt. compendio, ſic & Herodi poſt trucidatos innocētes ex pudendis vermes exiere, quibus vnà cum alijs compluribus morbis conflictatus immaniſsimus Tyrannus perijt, vt videre eſt apud Ioannem Tonaram Annalium tomo 1. Herodotus in Melpomene ſcribit Pheretrinam Barceorū Reginam immani crudelitate fæminā Deorum vltione totam vermibus putruiſſe, eoq; morbo miſeram euomiſſe animam. Non ſolum itaq; pediculis, ſed & vermibus per ambitum corporis errumpentibus nonnullos perijſſe palàm fecimus, quinimmo & à muribus quoſdam exęſos, & extinctos legimus, ſic Hattom Archiepiſcopum

copum Maguntinum in Rheno fluuio deuoratum apud Ioannem textorem, Munſterum, & Cornelium Gemmam legimus, quod & Patricio viro cuidam eueniſſe tradũt, & Martinus Cromerius de rebus Polonicis lib. 2. tradit Popielum tirannum Polonorum vnà cum vxore,& liberis à muribus absũptos ĩ arce Cruſuicia perijſſe. Et Leuinius Lemnius de ocultis naturæ miraculis lib. 2. c. 40. ſic ſcribit. Obſeruatum eſt noſtra memoria diſſecto mulieris cuiuſdam corpore, beſtiolas exemptas ſoricibus, muribuſq; non abſimiles. Reliquum tantum eſt, vt curioſiori cuidam ſatisfaciamus, qui iure perquirere poſſet, cur nonnunquam pediculi potius non nunquã potius vermiculi iam dicti in corporis partibus externis naſcantur, cui ſic reſponſum volumus,quod ex putredine genita animalia diuerſarũ figurarum,colorum, & magnitudinis conſpiciuntur fieri, quia humidum quod putreſcente re euaneſcit cum calore, ab illo cogitur diuiſum in plures partes, plurium magnitudinum, & in partes tenuiores, craſsiores, calidiores, & minus calidas, ideò generantur animalia diuerſarum figurarũ,diuerſorum colorum, & magnitudinum diuerſarum, Et Auic. c. de vermibus ſcriptum reliquit. Cum aderit materia, & veſtitur complexione aliqua, tribuitur ei magis conueniens quod ipſa poteſt tolerare, ex figuris, & formis, & non prohibetur eius præparatio, à perfectione naturali, quam meretur,vel conuenit ei ex artifice potente, quod ferè idem à Serapione trac. 3. c. 30. traditum legimus. Hocq; experimento comprobari ex obſeruatione teſtatum reliquit Cornelius Gemma de admirandis lib. 1. c. 6. per hæc verba. Vermes excreti pluribus non tãtum tæniȩ ſimilitudine qualem & nos ſtudioſis oſtendimus ad duodecim,aut treſdecim pedum lõgitudinem, ſed & peregrina forma ſtupendi, nunc ranȩ, nunc lacertæ, aut ſalamandrȩ,aut alterius animalis,cimices, pediculos ex aliqua parte, vel totius corporis habitu ſcaturire ipſa nimirum carne, vel adipe in tabum, & fædam ſaniem reſoluta, mirabile quodam, & infrequens. Quemadmodũ ex diuerſitate materiæ, & agentis caloris, & in magno mundo diuerſȩ animalium ſpecies forma inter ſe maximè differentes ſine coitu gigni quotidie videmus, vti ſextus Empiricus lib. & c. 1. Pyrrhoniarum Hyppotypoſeon per hæc verba docet. Eorum quȩ abſq, coitu naſcuntur animalium, alia ex igne eduntur,ut Zoophyta quæ in camiinis uidemus, alia ex aqua corrupta, ut culices, alia ex vino vappa facto vt ſenipes, alia ex terrà, alia ex limo vt ranæ, alia ex luto vt vermes, alia ex Aſinis vt ſcarabei, alia ex oleribus vt erucæ, alia ex fructibus: ut qui in caprifico naſcuntur uermiculi Pſenes appellati, alia ex animalibus putrefactis, ut apes ex tauris, & ueſpȩ ex equis.

De flatu furioſo in ambitu corporis. Cap. VI.

LEgimus apud Albucaſim trac. 2.c.95. Quædam ægritudo nominatur in terra noſtra Nakir, & eſt dolor, qui accidit in quibuſdam membris, deindè permutatur de membro ad mēbrū, & ego iā quidē vidi ipſam ſecundū qđ narro tibi, vocatus ſum ad mulierem infirmam in quibuſdam villis, & detexit brachium ſuum, & vidi inflationem paruam in vena funis brachij; & poſtquam remanſi hora vna vidi vnam inflationem incedere cum focili, ſicut incedit vermis, aſcendendo ad humerum eius velocius, quàm eſſe poteſt, vt ſit ſicut argentum viuum, quando currit de loco ad locum, receſsit ergo dolor ex illo loco, & fixus eſt in humero, deindè ſedi hora vna, & cucurrit in reliquum corpus, donec peruenit in brachium aliud, deinde narrauit mihi, quare reuoluebatur in toto corpore ſuo ſecundū quod vidi, miratus ſum ergo de velocitate permutationis eius de membro ad membrum; & ego quidem antè illud non videram hanc ægritudinem oculis meis taliter, ſecundum hunc modum, veruntamen vidi multos, qui inueniunt dolorem permutari de membro ad membrum, & non vidi ipſum oculis, ſicut vidi eum in muliere, & Ego non cogito illud eſſe; niſi quod eſt, propterea quod mulier fuit ex illis qui ſunt ex villis ſicci corporis detectarum venarum, huic ergo apparuit ſenſui illa ventoſitas permutata, & eſt neceſſe, vt non appareat ſecundum hanc rationem in illis, qui ſunt delitioſi, & corporibus humidis occultarum venarum. Cum ergo vis curationem eius, & ſenſit patiens illum dolorem, tunc ſi eſt apparens tibi oculo, ſicut diximus, tunc ſtringe ſupra ipſum, & ſub ipſo velociter, & ſeca ſupra ipſum, donec egrediatur illa ventoſitas coarctata, & cauteriza locum, ſi autem non videtur oculis tuis, tunc cura ipſam cum excuſsione corporis, & cum eo, quod expellit ventoſitates, & carminat eas, cum pilulis fetidis, & pilulis de ſerapino, & ſimilibus. Flatus præſertim craſſos in qualibet fermè corporis noſtri parte colligi poſſe, extendendoq; dolorē excitare Gal. 2. de arte cur. ad Glauco c. 6. & 14. Math. c. 70. fe. 3. 4. trac. 2. c.19. Auic. betr. 7. c. 9. Raſis cont. tra. 3. c. 9. Serapio trac. 5. c.24. clariſſimè docuere, quod enim in corporis cauitatibus à debili calore ex materia potiſsimum craſſa, & pituitoſa flatus multi gigni poſsint, adeò manifeſtum eſt, vt nulla prorſus indigeat probatione, in carnibus ipſis, & muſculis oriri clara eſt Gal. ſentētia loco citato, quo habet; quę quidem in carnoſis fit partibus ſpiritus flatuoſi aggregatio, nonnunquam omnino vacat dolore, ac longiori tempore durat, ac tùm præcipuè cū

fuerit

fuerit articulationi vicina; hic enim ſunt muſculi magis neruoſi,& dēſi, atq; media ſui parte carnoſiores, hoc autem in palpitatione fieri compertum eſt, nam flatulentam materiam craſſam intra carnoſum, muſculoſumq; genus introcluſam palpitationem efficere millies docuit Gal. ex huiuſmodi autem flatuoſis collectionibus tumores præternaturam fieri teſtatur lib. 13. meth. c. 4. vnde lib. de oculis c. 2. apoſtemata vētoſa diſſolutiuis curare decet, quorum etiam meminit Auic. loco addu cto. Ventoſitates autem ab vno membro ad aliud permutari, præcipuè vero aſcendere clariſsimum eſt dicente de comp. me. ſec. locos Gal. dolores capitis à flatu ventoſo in ventriculo genito, & caput petente fieri, ſed quod medijs venis flatus incluſi hinc indè per corpus velociſſimè moueantur, nullibi, quod meminerim, præterquam loco Albucaſis ſuperius ſcripto vnquam legi, ſcio humores hoc pacto non ſolum paulatine, ſed & confertim ſurgentes de loco ad locum permutari per venarum canales, quinimmo & ſeroſitatem pituitoſam extra venas, per ſumma corporis ſub cute deorſum decurrere, & arthitidiem cauſare voluit lib. 5. de morb. part. c. 8. Fernelius, cuius tamen ſententiam doctiſsimus lib. 12. cur. part. aff. c. 1. Trinea vellius confutat, & rectè. At certè per venas feri flatus ventoſos nō ita manifeſtè ab Authoribus literis eſt mandatum, legimus tamen in libro, qui inſcribitur præſagiū experientia confirmatum Gal. attributum, flatuum oblationes per venas fieri, quod & loco dicto Albucaſis clarè fatetur. Poſſet tamen quis ſuſpicari Albucaſim ventoſam materiam, non per venarum cauitatem, ſed per partes venis contiguas deferri voluiſſe, eo quòd dolorem in parte affecta, & quam occupabat, excitatum tradit, & nec venæ, nec arteriæ ſentiunt, nec dolent ſi ſecentur, vt dicit Gal. 13. de vſu partium, & confirmat lib. 3. trac. 3. c. 2. Abynzoar, tantò minus ſi extendantur, ſi tamen Albucaſis verba rectè perpendantur, non erit ambigendum illius mentem fuiſſe ventoſam materiam per venas hincinde deferri. Allatæ autem dubitationi ſatisfacientes dicimus, dolorem profecto de quo meminit Albucaſis non fuiſſe excitatum in venis ipſis, ſed in partibus eas contingentibus tranſmiſſa aliqua flatuum portione à venis ad extra, quemadmodum in febribus intermittentibus horrores, rigoreſque fieri conſpicimus, tranſmiſſa materia, quæ per venas fertur ad extra, ſic & in tumoribus præternaturam accidere corpertum eſt, addamus præterea tumentibus venis à materia flatuoſa contenta, extendi quoq; circumiacentes partes ſenſibiles, præſertim in cōcitato illo motu celeri, & furioſo, furioſam flatuoſam materiam hanc mihi iure meritò dicendam eſſe videtur, cum inordinato, & impetuoſo motu per vniuerſum corpus transferatur, quod & in turgenti materia furentibus

humoribus

humoribus euenire luce meridiana clarius eſt. multoties quidem dolores per corpora vagantes ab huiuſmodi flatuoſa materia excitari crediderim, rationiq; conſentaneum eſt, nihilominus, quia illius motus minimè conſpicuus ſub oculis ſe offert, ſed introcluſus incedens occultatur, hinc nos haud in admirationem trahit, quod facit hiſtoria ex Albucaſi ſuperius deſcripta. Huius furioſę flatulentę materiæ Nicolus ſer. 7. trac. 3. ſum. 2. c. 45. pertractauit, ſed cum nihil aliud præter Albucaſis verba in mediũ afferat parum illi in re hac debemus, libet exemplum ex Antonio Beniuenio de ab. mor. ca. c. 81. deſumptum ſubſcribere. Ludouicum Nicolinum generoſi equitis Othonis filium vidimus, qui cum ſolo vẽto viſcera, & ſtomachum impetente adeò in monoculo affligaretur, vt dum pars parte pręmitur exitu hinc inde negato, non ſolum viſcera, & pectus, ſed ſcapulæ etiam incredibili extenderentur dolore, & ſpiritus magna, & miſerabilis fieret anguſtia, tertio deniq; die nihil conferentibus auxilijs è vita migrauit. Nec minus me hercle admiratione dignum eſt exemplum aliud ab eodem c. 40. relatum huiuſcemodi. Annũ ſextumdecimum agenti Petri Guicciardini filio, ita ceruix ventriculi ſine vllo doloris ſenſu eleuabatur, vt magnitudinem pomi cydonei æquaret, nec manifeſta cauſa oſtendebatur, cum omni nocumento careret, quare rem admodum diligenter veſtigare cępi, admiratus quænam huius abditi mali cauſæ eſſe poſſent. ſed cum nullam prorſus præter ventum inuenirem, à quo ventriculi capite paulatim eleuato, ita eiuſcemodi fieret tumor, vt & oſſa etiam talem ſitum adepta, nec vltra ad priſtinum ſtatum reuerſa, figuram in illis impreſſam tanquam naturalem cuſtodirent, ferrea demum lamina, quæ ex cingulo quoque ſurgebat ferreo, ſtomachum comprimi iubeo, quo paulatim ad ſedem ſuam retrocedere cogeretur, quod factum eſt, nàm haud multo poſt hoc vno tantum præſidio ita repreſſus eſt tumor ille, vt ad priſtinam, & naturalem formam ipſius ventriculi ceruix pęnitus reuerſa ſit. Hactenus Beniuenius qui cum cauſam minimè afferat, cur indolens tumor ille reperiretur, qui tamen ſenſibiliſsimam partem occupabat nos hoc inde factum putamus, quod paulatine, ſenſimque tumor excreuerit, ob idq; dolorem nullum, vel ſaltem contemnendum intulerit, ſic enim aliquando ſpiritus flatuoſi aggregationes in carnoſis partibus fieri etiam articulis, & neruoſis partibus propinquis eas in tumorem ſine dolore attollentes ſuperius ex Gal. ſententia diximus. Sic nos in Mapheo quodam Tragnolo pannorum textore ſene, tumorem indolentem ad tactum ſupra penem in pube ſponte elatum vidimus, panis craſsitiem æquantem, nullo alio malo patientem afficientem, quam quod per initia ægrè vrinam reddebat, quę progrediente morbo, & augeſcente tumore quo-

que ſupreſſa eſt, ſed diſcutientibus medicamentis ventoſo tumore reſoluto vrinam liberè excreuit, & ſanitati momentaneo auxilio ſtatim redditus, qui proximè animam emiſſurus crederetur. Areteus lib. 2. c. 8. colici doloris à flatu ſermonem habens ait. Renes, & veſica in partē huius doloris adducuntur, & vrina choibetur, iſtis alia pro alijs accedunt, miraculum autem his maius eſt, quod in teſtes, & cremaſteras ideſt ſuſpenſores inopinatus dolor inuadit. Non paucis Medicorũ hæc morbi communicatio in occulto eſt, ſiquidem nonnunquam, & ſuſpenſores execuerunt, propriam cauſam eos continere opinati, quo circa & his pro alijs alia fiunt, mirabiles craſsi venti in vtero concluſi effectus inferius legere capite 25. 4. lib. ne pigeat lector, eò enim hiſtoriã relegauimus tanquam aptiorem locum nactam, id quoq; & de Aretæi verbis iam iam alatis facturi; ſi commodiorem ſedem aliò ipſis futuram arbitrati eſſemus.

De inſueta & admiranda rubedine faciei. Cap. VII.

PEtrus Bayrus lib. 7. prac. c. 3. ſcriptis mandauit. Quod aliquãdo accidit rubor in facie ex multitudine ſanguinis qui defertur per venã magnã quæ eſt in medio frontis, & ſubitò per interualla ſpargitur per totam faciem, & illinc paulatim recedit ſtatim tamē redit. Hoc cõtigit Illuſtriſſimæ Comitiſſę Chialant, quæ erat in curia Illuſtriſs. Dominæ Blanchæ Ducissæ Sabaudiæ. Ergo proprer hanc cauſam me vocauit, & dùm mecum loqueretur, ſtatim effuſus eſt ſanguis ex illa vena in totam faciem, aſpiciens venam illam magnam in fronte ſanguine plenam, dixi ei, ſi vultis aliquantulum pati citò liberabimini ab hac paſsione, reſpondit ſe omnia toleraturam modò ſanari poſſet, feci ei radere capillos ſuper commiſſura coronali per latitudinem vnius ſcuti ſuper ipſa vena, dimittendo de capillis in parte ſuprema frontis, & ſub loco raſo ne facies deformaretur, & in loco raſo ſuper prędicta vena feci applicare ruptorium ſcriptum ſupra, in capite de polypo, & hęmoroidibus narium, & dixi chirurgo vt ſolum per horam ſuper dimitteret, qui (ea ſic volente) per duas horas dimiſit, & cum amouiſſet dictum ruptorium, facta eſt tanta ſanguinis effuſio, vt totam chirurgi faciem fædauerit, qui debeat comprimere venã à naſo ad vulnus, vt ſanguis, qui erat in ea parte euacueretur, & ſuper eum locum defenſiuum apponere, ipſe verò exteritus proter ſanguinis effuſionem ſtatim vulnus ligauit, & ſanguis,

qui

qui excreuit multum cum quadam luciditate deformi, ſuper quem feci applicare emplaſtrum infraſcriptum, & in craſtinum fuit pulcritudini priſtinę reſtitutus. ℞ caricarum pinguium nu. 6. ſeminis fęnugręci ℥. aquę lib. 1: coquantur ad conſumptionem duarum partium, poſtea coletur cum bona expreſsione, cui addatur farinæ hordei, florum chamemilij, & meliloti puluerizatorum. ana. ℥. myrrhæ, oeſipi ana. ℥. ʒ. radicum Ireos ſiccæ pulueratę ℥. iternm ponantur ad ignem lentum, vt debitè miſceãtur, & de eo decenter calido applicetur ſupra naſum totum, dimittendo duo foramina in directo narium, curato itaq; vulnere, ſtante tota vena abſciſſa, ipſa remanſit libera, neq; vnquam ruborem aliquẽ deformem paſſa eſt, cum rubor ille eſſet inueteratus pluſquam viginti annorum, & multi Medici circa hanc curam laboraſſent. Hoc exemplũ omittere voluimus, tùm quia rarò contingent, & rarò memoriæ literis mandatum ſcimus, tùm etiam vt curationis modũ ex Antiquorũ quidẽ monumẽtis excerptũ, vtiliſsimũ ſanè in re medica auxilij genus, ſed iã penè homniũ incuria omiſſum maximo cũ curãdorum corporum incommodo, in vſum reuocaremus, hoc autem eſt venarum, & arteriarum interceptio, quæ tranſuerſali omnimoda ſectione, vel delegatione efficitur, præſidium profecto celeberimum etiam à Veterinarijs Mulo Mediciſq; in curandis beſtijs aſsiduò vſu comprobatum, cuius meminit millies Gal. 5. præſertim verò in calce lib. 13. meth. med. quo loco hoc præſidij genus ſaluberrimum appellat, eiuſq; vſum docet. Nec eſt, quòd ea incommoda timeamus, quæ in hac patranda ſectione ſuccedere ſolent, nempè nimium fluxum ſanguinis, qui nequeat, vel ſaltem ægrè compeſci, vel gangrenam, aneuriſmat, aliaq; id generis pericula, quæ à Gal. in calce lib. de cur. ratione per ſanguinis miſsionem enumerantur, ſi enim vaſa magna, quantũ fieri poterit, omittemus, ſiq; miniſtrum optimè inſtructum operantem elegerimus, ſi opus cautè, & diligenter, adhibitis quę ſunt adhibenda, executioni mandauerimus, iam memorata inconuenientia effugiemus, præterea non leui quauis de cauſa ad venarũ, arteriarumuè ſectionem, & delegationem deueniendum cenſeo, ſed in morbis tantum rebellibus, & contumacibus qui placidioribus remedijs profligari nequeunt, ſic enim oculorum præter naturam affectus, ſic antiquatum per quatuor annos coxæ dolorem, ſic dolorem in illa parte fixum qua iecur ſepto tranſuerſo committitur, vt interim cętera omittam, ſanauit Galenus, vt locis ipſe paulo antè adductis memoriæ mandauit.

Mira

Mira quædam de Podagra. Cap. VIII.

INueterata iam apud homines recepta eſt opinio Podagrā nunquam ſanari poſſe, ita vt poſt primam inuaſionem rurſus non reuertatur, ſed ad mortem vſq; patientes concomitetur. qua de re ſi vllus vnquam ſanatus fuit tanquam inconſuetum euentum admirentur mortales, hinc nos cum aliquos interdum ſanatos legerimus, eorum exempla in medium afferre, rationiq; id conſentaneum eſſe demonſtrare decreuimus. Refert Victorius Trincauellius lib. 12. de cur. par. morb. c. 2. hiſtoriam hanc; Noui Medicum ſenem Venetijs, qui cum non parum infeſtaretur à Podagris ad ſenium vſq; ſaltem primum, & per quinquennium ipſe ſibi vinum interdixiſſet, liber ab huiuſcemodi moleſtia ita euaſit, vt amplius ad vltimum vſq; ſenium, immo ad mortem horum dolorum expers fuerit. Marcus Gatinaria cap. de dolore iuncturarum à cauſa calida, de podagra verba faciens inquit. conueniunt & omnes authores, quòd patiens hanc ægritudinem habeat ſe abſtinere à vino, vt dicit Raſis in litera, dicit etiam in alio loco dimittāt vinum toto tempore vitæ ſuæ, & curabuntur, & Auic. 22. 3. prohibet exhibitionem vini, idem aſſerit Cornelius Celſus, & ita hoc in me met feci, cum incępiſſem pati podagram, vſus enim fui tali regimine, ſcilicet dimiſi vinum per duos annos, ita quod nihil vel parum bibebam, faciebamq; ſingulis mēſibus euacuationes, & accipiebam aliquam pillulam diuerſiuam, & minoratiuam bis in hebdomada, vt natura diuerteretur in tranſmittendo materias ad iuncturas, & potius tranſmitteret per viam ſeceſſus, quare in principio facile eſt materiam diuertere, ſed quando eſt conſueta nullo modo, vel cura magna difficile poſſumus illam conſuetudinem remouere, ſimiliter quando facta eſt nodoſa, vt Ouidius, tollere nodoſam neſcit medicina podagram, & cum tali regimine curatus fui, & pro certo nunquam paſſus ſum tales dolores. Ex huiuſcemodi exemplis podagram non confirmatam ſanari poſſe, & cum nondum nodi pedes occuparint manifeſtū eſt, quod Gal. com. aff. 28. & 47. 6. lib. clariſsimè docuit, & libris de Theriaca ad Piſonem, & quos & quando purgare 27. confirmauit, & antè ipſum Hipoc. 2. lib. prædictionum manifeſtiſsimè aſſeruit, quod ſi temporibus noſtris rarò, vel nunquam curari contingat, id non in Medicorum inſcitiam (quod nonnulli faciunt) medicæuè facultatis impotentiam reijciendum eſt, ſed in noſtri temporis hominum intemperantiam, ex qua etiam factum vt ſuis temporibus Eunuchi qui Hip. ſeculo podagra non moleſtabantur, ſæpius afflictarentur Gal. in com. aff.

28. 5. lib. conquerente, podagricoſq; multos tunc fuiſſe ſcribente per hæc verba; Aetate igitur Hip. pauci podagra laborabant propter vitæ moderantiam, noſtris verò temporibus vſq; adeò auctis edulijs, vt nihil eis addi poſſe videatur infinita eſt podagrarum multitudo, cum nõnulli ſint qui ne exerceantur quidem, ſed cruditatibus, atq; ebrietatibus incumbant, & ante cibum bibant vina potentia, ac venereis vtantur immoderatè, nonnulli verò & ſi non in his omnibus, in vno ſaltem aut duobus delinquant, at qui peccatum magnum cum fuerit, ſæpè vno eorum quæ diximus deliquiſſe ſat eſt. ob hanc igitur cauſam, etiam Eunuchi podagra corripiuntur quamuis nullum habeãt venereorũ vſum. Verum ſi quando hæ noſtræ lucubrationes ad alicuius podagrici manus peruenerint, ſalutem ſe conſequturum aliquando poſſe intelligat, audiat Gal. locis citatis talia ſcribentem: Podagram, & morbum articularem incipientem, & nondum poros circa articulos facientem euacuatione multis iam annis fieri prohibuimus. quod ſi fecerint, rectamq; viuendi rationem à Medico perito præſcriptam inſtituerint, ſe podagram profligaturos non diſperabunt. ſic Aretæus lib. 2. c. 12. ſcribit. Haud facilè quidem continua podagra gignitur, ſed nonnunquam longo interuallo temporis intermittit, tenuis enim eſt, & in ludis olympicis podagricus morbo ſedato curſu victoriam adeptus eſt Nec minus admiratione caret, quod nonnunquam obſeruatum compertum eſt, pueros nonnullos antè vſum venereorum podagra laboraſſe, quod Hip. dicto aduerſatur 30. aff. 6. lib. in cuius com. ſcribit Braſauolus, Nos vidimus Magnificum Alphonſum Taſſonum quindecim annorum ætate podagram laborantem, qua etiam ætate laborare cępit Illuſtris Claudius Raugonus, an verò prius Venerem exercuerint ignoramus. Taſſonus negauit ſe illam exercuiſſe, à nobis quandoq; interrogatus, admirandum præterea ſenes illos, de quibus per initia cap. meminimus liberatos fuiſſe à podagra, cum Hip. 2. lib. Pronoſt. ſcripſerit. Quicunq; ſenes ſunt, aut circa articulos callos tofaceos concretos habent, hi omnes ſani fieri non poſſunt humana arte quantum ego noui. poſſumus tamen nos ita Hip. dicta interpręrari, quod per ſenes in vltimo ſenio conſtitutos intellexerit iuxta illud 2. aff. 40. Raucedines, & grauedines in valdè ſenibus non concoquuntur. Vltimo loco ad notandum quibuſdã locis olim frequentes fuiſſe podagras vt in Cariæ, & Alexandrię Aegipti vicinia Cælio Aureliano authore, & Sithię Hip. teſtimonio lib. de aere, aquis, & locis c. 3. Noſtra verò ætate Romæ, & Mediolani innumeri propemodum podagrici reperiuntur. At aliquando tanquam morbum epidimialem locum aliquem inuaſiſſe Podagram, paſſimq; graſſatam fuiſſe non caret admiratione. legimus enim ab Hegeſandro ex Pythermo

thermo

thermo traditum apud Atheneum. illius temporibus per viginti annos tantam podagræ contagionem omnes inuaſiſſe, vt non homines ſolum, ſed pueri, puellæ, Eunuchiq́; & mulieres eo morbo tentarentur, quæ item caprarum greges ita grauis ſolicitauit, vt vix tertia earum pars libera extaret.

De Auriginoſa cutis infectione miranda. Cap. IX.

IMperialium ſeruorum quidam, qui viperarum venationi deputatus erat, cum à vipera morſus eſſet, aliquanto tẽpore medicamẽta quibus vti conſueuerat potabat, cũq; vniuerſi corporis color mutaretur, adeò vt porri colorem referret, accedens ſingula nobis enarrauit, cui epota theriaca quàmcelerimè color ſecundum naturam reſtitutus eſt. Hoc à Gal. lib 5. locorum affec. c 6. ſcriptum legimus. Quę res certè animaduerſione digna tanquam extra vulgatas Ictericiæ cauſas poſita, nobis eſt viſa. Non ſolum autem ex morſu animalis venenati, ſed & ex veneno intro ſumpto Ictericiam ipſam prouenire poſſe cõſtat ex hiſtoria, quam Abynzoar lib: 1. trac. 13. c. 6. deſcribit per hæc verba. Et fit etiã Ictericia ex potu alicuius rei malicioſæ ſicut accidit Azir filio Hali, qui erat Conteſtabilis Regis, qui miſit pro me, vt ad eum Sibiliæ ire deberem, & inueni eum glaucum in corpore toto, ſicut eſt cortex citri, & amiſerat appetitum comedendi ex toto, Et conſiderando cum omni ſolicitudine ſuper negocio, graue mihi valdè videbatur inueſtigare, & certificare me de cauſa huius ægritudinis, & hac de cauſa non audebam ei curam adhibere, & conſiderando præcedentia infirmantis non videbam quòd ex ipſis iſtud accidẽs habere debuiſſet, eo quòd in eodem inſtanti in quo habuit Ictericiam, habuit ſimiliter & caſum appetitus, cogitaui quòd bibit, & comedit rem venenoſam, de natura cuius erat cõuertere complexionem corporis totius in coleram, & dixi quòd hæc conuerſio erat ex proprietate rei dictæ, & non ex ſua complexione, quare conuerſus ad Deum confidens totaliter in eum, rogaui vt ei minimè plus nocumenti inferre poſſem, quam illud quod habere videbatur; dedi ergò ei ad potandum pondus trium granorum hordei de Bezehard cũ vn. 5. aquę cucurbitæ, & poſui aquã cucurbitæ ad reprimẽdum furioſitatem illius caliditatis acquiſitæ, & Bezehard ad expellẽdum venenũ, & ſic poſui complexionem Cucurbitæ frigidam contra complexionem calidam patiẽtis, & proprietatem Bezehard contra proprietatem veneni, & ſic indè perfectè fuit liberatus. Vndè ex hac cura fui mirabiliter

comendatus, & qui viderunt, & audierunt venena pro nihilo reputabant faciendo illud, auriginoſos itaq; nonnullos euaſiſſe ex morſu animalis venenati, & ex potu veneni quoq; ex pręnarratis hiſtorijs manifeſtum eſt, quod his verbis etiam Paulus lib. 3. c. 50. teſtatus eſt. Iam verò noxij medicamenti potus tum virus extrinſecus à venenato animali illatum morbum regium parit, cuius rei cauſam reddidit Gal. quod ab extranea quadam veneni corruptione ſanguis in bilem vertatur, quod pariter Aetius lib. 10. c. 17. confirmat. Alij volunt malam qualitatem calidam hepati imprimi, ita vt bilem plurimam generet, quę poſtea per vniuerſum corpus diſpergatur, & arquatum morbum excitet, quod inde colligunt, quia ſeruo illi Imperatoris non ſtatim, ſed per temporis interuallum aliquod à morſu viperæ colore cutis immutatus eſt, præterea id quoq; ex eo conijciunt quod ſcriptores Arabes frigida iniungūt auxilia, ſic Abynzoar aquā cucurbitę, ſic Raſis aquā granatorū, aquā Altaraſcō, & pomorū acetoſorū, ſic Alsharauius poma acria, eadē Haly Abbas, qui addit & ſpumā, vel mucilaginē Pſilij, & trohiſcos cāphorę. Verum quia rarò homines veneno deuorato, vel virulento ictu vulnerati Icterici fiunt, nos aliam excogitauimus huius euentus cauſam. credimuſq; illos venenatę rei occaſione auriginoſos euadere, qui plurima bile redundant, inſurgente expultrice vi ad nocui veneni extramiſsionē, ſanguinis maſſam iam occupantem bilem, qua corpus affluit, & venæ redundant extrapellere ſatagente, quæ ſi flaua fuerit flauo, ſi nigra nigro, ſi porracea porraceo quoque colore corporis ſuperficiem infici contingit, bilioſum autem ſuccum nonnunquam in aliquibus ita redundare obſeruatum eſt, vt omnia colore conſimili in ipſis colorentur. meminit Braſauolus in com. aff. 62. 4. lib. Sulpitij Tombeſij morbo regio, & febre laborantis, cui iecorariam venam incidi iuſsit, & totus ſanguis erat luteus, excrementa lutea, lutea ſputa, vrinæ luteæ, cuius totum corpus bile plenum erat, qui tamen à febre liber effectus eſt, & cum ſuo morbo regio ſuperuixit, & eiſdem vrinis, & excrementis, adeò vt eius anima in bile viueret, vel potius humore corrupto. ſic nos meminimus quendam Campegium Bononienſem ſcorpionis ictu maculis nigris totum conſperſum expellente natura vnà cum mala veneni qualitate nigram bilem, qua illius corpus affluebat, quod in multis alijs à ſcorpionibus ictis nunquam obſeruauimus, & nihilominus ſcorpionis venenum frigidum eſſe Gale. 4. Meth. fatetur, & 5. de locis aff. illius meminit, qui à ſcorpione ictus ſe grandine percuti dicebat, & Beniuenius de abd. morb. cauſis c. 56. ſcribit ſe habuiſſe famulum, qui ſcorpione ictus tanto ſubito, ac tam frigido ſudore toto corpore perfuſus eſt, vt algentiſsima niue, atq; glacie ſe ſe opprimi quereretur; Cum itaq; frigi-

dum

dum ſit animal, ſcorpio, tantum abeſt, vt ſui caliditate Ictericiam gignere poſsit, vt & Gal. ipſe libro de theriaca ad Piſonem c. 9. Illos morbo regio mederi deuoratos ſcripſerit, quadere crediderim ego rationem à me adductam veritati maximè conſentaneam eſſe. Addamus & quod Braſſauolus in com. aff. 62. lib. 4. recenſet. Vidimus quendã ab Echidna, id eſt Maraſsio ictum, qui trium horarum ſpacio vitam cum morte commutauit, & totus maculis affectus eſt, luteis, violaceis, & nigris: quod certè non contemnendum indicium eſt non tales reddi homines, eo quòd hoc vel illo colore humores inficiat venenum, ſed quia potius natura veneni expulſionem aggreſſa vnà ſimul etiam humores, quibus corpus exuberat extrudit, qui ſi homogenei fuerint, & ſimilari colore inficitur ſuperficies, ſin hæterogenei, ſic & diſsimulari colore cutis, externæque partes maculantur, quod & in peſte correptis euenire multoties vidimus, qui modò luteis, modò nigris, & cæruleis, ac fuſcis maculis conſperguntur eadem de cauſa. Quinimmo & Hip. 7. de morb. vulgaribus hiſtoriam deſcribens illius, qui Neapolis in ſupernum ventrem violenter, ac grauiter ſagittę ictu petitus eſt, inquit color per corpus diffuſus eſt, tenuis, palidus, & niger, quod quis dicet accidiſſe ex nocumento aliquo, ſeu vitio hępati, vel humoribus ex vulnere impartito, nemo ſanè, quin potius id naturæ aſcribendum in extrema pugna colluctanti, & noxam illatam propellere ſatagenti, vndè plurima bile palida, & nigra redundante in corpore, colore nigro, & palido luteo illis extrapulſis, ſuperficiem tingi contingiſſe cenſendum, ibi enim Hip. Icteritiæ vulnerato homini ſuperuenientis meminiſſe credimus, & nos inferius adnotauimus. ex vulneribus capitis læthalibus ſuperueniſſe Ictericiam. Quare cũ & perſępè in oculi ictu, quod Cardanus in com. præcitati aff. tradit, icti à ſerpentibus talem contrahant colorem, adeò celeriter ſanguinem immutari minimè extimandum, ſed potius id accidere ea ratione, quàm ſuperius memorauimus. Verũ ſi cui & aliter ſentiẽdum videbitur nõ refragabimur. Sed nec admiratione caret, quod nonnunquam obſeruatum eſt, nonnullos ſcilicet fœlici cum ſucceſſu, vel ſaltem nulla effatu digna noxa percepta, aduerſus Hip. & Gal. decretũ 4. aff. 62. in febribus ante ſeptimũ diem Ictericos euaſiſſe. Habet enim Hip. eo in loco. Quibus in febribus morbus regius ante ſeptimum diẽ accidit malum, quã ſententiam & experimento comprobatam legimus ex ipſo Hip. in hiſtoria Hermocratis ægrotantis 2. cuius meminit 3. morb. vulg. huic febre laboranti die ſexta morbus regius ſuperuenit, & licèt circa. 11. omnia viſa ſunt alleuata eſſe in 27. tamen mortuus eſt; Per ſimiles nonnullas legimus hiſtorias ab Holerio obſeruatas lib. 1. de morbis internis in ſcholio c. 35. Anno. 1545. quidam ſexto factus

ictcrus

icterus cõmota aluo bilioſa deiecit, vrinis nigris & multo felle tinctis, febris expers iam ambulabat quaſi omnino liberatus. 14. recidiua. 17. obijt. Quidam admodum robuſtus antè 7. icterus factus ægerimè, & cum recidiua euaſit. Cuidam nobili. 1549. anno, primis diebus morbo regio correpto detractus ſanguis ter ad octo ferè vaſcula iteratis vicibus, ſanguis totus & ſpuma, & conſiſtentia flauus, viſus eſt conualuiſſe, 17. recidiua, alui profluuium, bilis craſſa & meracior, ſingultus leuis 21. obijt, hanc tamen Hiprocraticam ab Auic. fen. 2. 4. tract. 1. c. 59. & ab Aali Abbate lib. 10. c. 10. & Raſi 10. lib. de ſignis pronoſticis confirmatam ſententiam, à multis minimè receptã ſcimus. Auer. 4. coll. c. 43. inquit, Quod dicit Hip. icteritia veniens antè 7. diem in acutis febribus malum reprobatum eſt experientia in noſtris terris, & ſi veniat in 5. die laudabile multum eſt viua ratione, & maximè in temporibus calidis, & corporibus calidis. Et hæc eſt ſententia Collegiorum Medicorum omniũ Perſarum, & Indię maioris, & pro maiori parte illorũ de Entalis, & poſsibile eſt quòd illud quod dixit locum in Gręcia habuit, quia terra illa hac frigidior exiſtit. Et iſtud quod dixit Hip. quod erat ſignum malum eſt ideo, quia hæc eſt vna ex rebus, ex qua prouenit criſis, & omnis criſis veniens antè digeſtionem eſt malum, & poſſibile eſt quod viderit in terris ſuis criſes venientes per Ictericiam antè ſeptimũ eſſe malas, & ſine digeſtione. Hęc Auic. cui ſubſcribit Abynzoar lib. 1. tract. 13. c. 6. his verbis. Etiam ſciuiſti quòd antiqui Medici dixerunt quod Ictericia, quæ fit in principio ęgritudinis eſt mala valdè, eo quòd fit antè digeſtionem materiei. ſed ego dico quòd eo quia Ictericia fit ex humore acuto, eſſe debet velocis motus in omnibus ſuis actionibus, & paſsionibus, vndè non videtur eſſe lõginquum, nec extraneum, ſi recipit digeſtionem in ſecunda die, & magis in quarta, & maximè in iuuentute, & in regione calida, & in tempore calido, & quando, flant venti orientales, vel meridiani. Plinius lib. 26. c. 12. naturalis hiſtoriæ, & ipſe Hippocratem, carpit, habet enim, Morbũ regium in oculis pręcipuè mirari eſt tenuitatem illam, denſitatemq; tunicarum felle ſubeunte, Hippocrates à ſeptimo die in febri mortiferum ſignum eſſe docuit. Nos ſcimus vixiſſe aliquos etiam ab hac deſperatione. ſed non ſolum Hippocraticum placitum ab ijs improbari compertum eſt, ſed & ipſum ex ipſo Hippocrate haud perſiſtere fit manifeſtum. nanq; in Epidemiarum libris ſcriptum legimus plures in febribus in primis diebus felle ſuffuſos, & bene iudicatos. Eſt locus lib. 4. vt interim cęteros omittam, vbi hęc tradit Hip. Circa Solſtitium hybernum Aquilonares venti erant, Morbo regio corripiebantur abundè colorati partim horridi & partim non, linguæ combuſtæ tertia die, & turbationes circa ſextam ac ſe-

ac ſeptimam, atq; hæ diu durantes, decimaquarta ventres reſiſtentes, & in medicationibus non obedientes, pro ratione febrium etiam nulli ſudores, ſplenes quibuſdam parui ad pręcordia dextra extenti; & ad manum ſubmurmurantes, ſanguinis fluxiones, ex vrinis purgatio, ac iudicatio. Habemus præterea ab Hip. ipſo quoq; prolatum 4. de ra. vic. in morb. acut. ſec. 81. In biliuoſa febre morbus regius cum rigore antè ſeptimum diem enatus morbum ſoluit, ſi verò abſq; rigore pręter occaſionem ſuperuenerit peſtiferum Ex quibus patere exiſtimo Regiũ morbum aliquando ante ſeptimum in febribus non eſſe malũ. Multi vt Hip. à contradictione vindicarent, illiuſq; ſententiam tutarentur, multa dixere, Braſauolus in com. illius aff. inquit, Nos quoq; multos vidimus ante ſeptimum morbum regium incidiſſe, & ſanatos eſſe, ſed re vera nõ erat exquiſitus morbus regius. Hieremias Triuerius inquit Hip. dictũ intelligendum eſſe non in omnibus, ſed tantum magna ex parte fore verum. Vtraq; reſponſio collecta ex Nicoli dictis ſe. 1. trac. 6. c. 4. Cardanus inquit Hip. in Aphor. loqui de Ictericia tanquam de ſigno in lib. 4. de rat. vic. acut. tanquam de effectu. Benedictus Victorius Philotei exemplo de hac re ne verbum quidem in ſuis com. in Aphor. Alij dicũt Hip. dictum intelligendum eſſe de febre, & Ictericia cauſatis à bile craſſa, quæ nullo pacto criticè poteſt expelli ante ſeptimum; & hęc eſt ſolutio Thadei Florentini, ſed hę reſpõſiones omnes non ſunt legitimæ, parcant mihi Doctiſsimi viri. Et miror certè cur ex Gal. potiorem non deſumpſerint, ſi enim rectè, quæ ab ipſo ſunt dicta in com. illius Aphoriſmi, & in com. loci allegati 4. lib. de ra. vic. acut. perpenderimus genuinum Hip. ſenſum eliciemus. qui talis eſt. Quod in febribus, in quibus ſuperuenit morbus regius ſi in hępate fuerit tumor durus, inflãmatio, vel obſtructio eſt malum ſi fiat morbus regius ante ſeptimum, nõ quod etiam non ſit malum, ſi poſt ſeptimum ſuperuenerit, ſed quia proueniẽs antè ſeptimum natura aggrauata antè tempus irritata bilem ad cutim profundit, quod ab Auic. ſtatutum quoq; legimus in 3. parte 1. partis Canticorum per hæc verba, ex ſignis mortalibus eſt Ictericia, ſi antè ſeptimam diem appareat cum macie Nipocondriorum ſic pariter & in febribus, in quibus nullum ex pręmemoratis vicium in hępate fuerit, ſed maxima in corpore bilis copia redundarit, accidit quòd natura antè coctionem irritata bilem per cutim excernere contendat, ſed nequeat, ob idq; malum portendat morbus regius, qui antè ſeptimum tanquã ante tempus digeſtioni accommodatum ſuperueniat ſymptomaticè potiuſquam criticè, quod verò hæc fuerit Hip. mens colligitur ex ipſius dictis, quæ ſic concilianda arbitramur, quod ſcilicet bilis ad cutim trudi poteſt à natura, critice, & ſymptomaticę, cum natura humori pauco,

vel

vel expulſioni parato dominatur, & ſicuti febris tertiana etiam impura, ſæpè per ſudorem tertio circuitu terminatur, cur non & ardens febris poterit tertio die, vel ſaltem quinto per morbum regium expurgari? tranſmittente natura peccantem bilem deuictam, & obedientem ad cutim ipſam: Et hoc eſt quod Hip. ſenſit per illa verba. In bilioſa febri morbus regius cum rigore ante ſeptimum diem enatus morbum ſoluit, cuius dicti hæc eſt ratio, quia ſuperuenire regium morbum cum rigore indicium eſt naturam humori peccanti dominari. Et ſi enim in omni morbo regio rigorem ſuccedere debere prima facie videatur, cum multa bilis humor acris per ſenſibilia membra feratur, id tamen fieri non ſemper obſeruamus ea de cauſa, quòd cum natura ab humoris copia grauatur eam quidem ad cutim paulatine, & paulatine lento motu detrudit, ſicq; rigores non efficit, at ſi è contra natura humori præualuerit concitato motu, & impetus celeritate illum extrapellit, ſicq; rigorē cauſat, quod ex Gal. dictis 10. lib. meth. med. & 2. de diff. feb. & 2. de critibus facilè colligere poſſumus, quare ſtatim ſubdit Hip. ſi morbus regius abſq; rigore ſuperuenerit præter occaſionem peſtiferum eſſe, ait autē peſtiferum, ideſt valdè malū, & malum in aph. dixit, & non læthale, vt illi falsò imponit Plinius, quia licèt ſit malum, tamen & quandoq; quamuis difficilius, ſanat, ſicuti ſi cum rigore ſuperuenerit morbum ſoluit, dummodo in hepate nullum fuerit vitium ex ijs, quæ à Gal. in com. enumerantur, vincente natura, & bilē febrem facientem extramittente, læthale verò ab ipſo vocatum legimus in lib. de Iudicijs per hæc verba, In febribus ardentibus ſi accedat morbus regius, & ſingultus quinto die lethale: ſic autem vocauit & non malum, nec peſtiferum, quia ſemper interficere bilis copia furente ad cutim, & ventriculum ſymptomaticè profuſa indicat, & portendit, & ſi Gal. in com. oppoſitum ſenſerit, & in com. Aph. prædicti antè ſeptimū bilem iudicatoriè efferri impoſsibile eſſe tradiderit, falsò tamen ſi id abſolutè prolatum intellexerimus, in contrarium ratione ipſa, & experimento atteſtantibus. Sic itaq; Hip. dicta intellecta nullam difficultatem facient, quod profectò ex interpretationibus ſuperius allatis haud ita appoſitè fieri exiſtimamus. Auerrois certè modeſtia in Hip. laudanda, ſed quod Cordubam ipſius patriam Coo Hip. patria calidiorem dixerit, reprehenſione me herclè non vacat. Statutum ſit itaque morbū regiū non ſemper ante ſeptimū in febribus ortum malum eſſe. Sic Holerius anno 1549. Lutetiæ menſe Aprili, & Maio febres tertianas multos corripuiſſe, quibus primis diebus vrinæ aureæ, & morbus regius concomites fuere citra vitæ diſcrimen, ob idq; ex ictero in morbis acutis ſuperueniente fallax præſagium eſſe tradidit, fallacem certè

ni res

m... diligenter ponderetur, at ſi diligētiſsimè, quę ab Hip. dicta ſunt conſiderentūr, haud difficilè erit, ne dicam impoſsibile malum, vel bonūm futurum pręſagire, ſicuti quam cel. Dioclis authoritate ſententiā affert, flocifaciendam ſtatuimus, quæ hæc eſt. Quod ſi morbus regius poſt febrem oriatur ex toto proderit ſi poſt hunc febris occidet, ſed & hoc loco minimè ſilentio prętereundum, quod nonnulli dubitant, an ſcilicet detur morbus regius à pituita proueniens, quod Hip. fateri videtur lib. de internis affectionibus, quo loco meminit quatuor generū morbi regij, primus, quod fit expurabile maximè ęſtate, ſecundus à melancholia plerunq; in hyeme tertius popularis eſt, qui fit à repletione, quartus à pituita planè qui hocq; omnium mitiſsimum eſſe tradit. Cui Hip. ſententiæ herere quoq; videtur. Gal. lib. 6. de ſimpl. med. facul. c. de Atriplice, quo loco habet Atriplicem ad auriginem ex pituitæ infarctu prognatam vtilem eſſe, viderunt hanc difficultatem nōnulli, inter quos Amat. Lus. cent. 1. cur. 83. in ſcholio, & vt ſe ab illa extricaret legendum cenſet loco pituitę. Iecoris quod & in margine in vltimis verſionibus adnotatum videmus. Verùm tex. Græcus huic interprętationi aduerſatur, habet enim, ὅθεν καὶ πρὸς ἰκτέρους τοὺς ἐπὶ φλέγματος ἐμφράξει χρήσιμως ὑπάρχει. Qua re vt difficultatem tollamus, dicere poſſumus Hip. & Gal. dicta cum de Ictero pituitoſo verba faciunt intelligenda eſſe de illa Icteritiæ ſpecie, quæ ortum ducit ab obſtructione hepatis cauſata ab infarctu pituitoſi, phlegmaticiq; humoris, Ita vt ſenſus, ſit. Auriginem fieri non albam, ſed luteam, cauſatam tamen ab obſtructione in Iocinore craſſę pituitæ infarctu exiſtente. cui expoſitioni fauent Gal. dicta loco citato, quæ ſunt talia. Itaq; ad auriginem ex pituitæ infarctu prognatam vtilis eſt, Quod ſi huiuſmodi expoſitio non arriſerit, alteram propinamus, quæ & magis fortè ſatisfaciet, Per pituitoſam Ictericiam, ſcilicet Gal. & Hip. effectum illum expreſsiſſe, quem vocant Alphi, & eſt ſpecies Viteliginis, Viteligo enim genericè à Celſo lib. 5. c. vlt. & à Plinio pluries accipitur, prout nigram ſcilicet & albam comprehendunt, Verum & alba viteligo ſubdiſtinguitur, quoniam ſcilicet, vel ad ſubiectam vſq; carnem vitiū pertingit, & leuce appellatur, vt ex Gal. 3. de ſymp. ca. c. 2. colligimus, vel ſuperficiatenus cutim duntaxat inficit, tuncq; candidus Alphos, nedum à Græcis, ſed & ab ipſo Celſo vocatur. quod vitium eſt cum colore albo cutis inficitur, & maculis albis inſpergitur, ſic enim intelligendum Gal. dictum, cum ait in hac affectione cutim, veluti ſquammes, albas infectiones occupare. ſiuè itaq; Gal. & Hip. Alphi, ſeu potius leuce, ſub appellatione pituitoſę Ictericiæ compręhenſos fuiſſe dixerimus rectius faciemus Amato, qui ac Cachexiam, & illis, qui ad leucophlegmatiam hydropis

ſpeciem recurrunt, Concluſum itaq; ſit non ſolum ex quauis bilis ſpecie diſiunctim, ſed & ex illarum permixtione, quod Gal. 6. de locis aff. adnotauit c. 1. ictericiam generari, quinimmo & ex pituita ipſa, cuius non ita frequenter meminere ſcriptores, cum pauci momenti exiſtimarint, vt Hip. loco citato ſcripſit. Quis enim queſo negabit ex pituita ipſa carnem, & cutim infici poſſe, ſi id in Viteligine videmus eo pacto fieri, quo etiam ex vitio tertiæ coctionis, vel propter ſolidarum partiũ calorem immodicum, vel ratione alimẽti, quod ipſis diſtribuitur Ictericiam prouenire obſeruamus. Ita vt ob id nõ nullis Ictericis ita in corpore bilis redũdarit, vt in balneo in ſtrigili bilẽ reliquerint teſt. Gal. in calce lib. 5. de locis aff. ſed vt capiti huic vltimam manum imponamus, Iſtud poſtremo adiungam. Nos hoc loco de hac affectione pertractaſſe, & ſi communiter, vbi de Hepatis morbis ſcribitur, Ictericiæ quoque mentio fiat, quia morbus regius, de quo à nobis ſermo eſt inſtitutus, non à Iocinoris vitio pendere arbitrati ſumus. libet etiam & hoc loco memorari, quæ Cornelius Gemma de naturæ diuinæ Characteriſmis lib. 1. c. 7. ſcribit, & ſunt hæc. In vna Icterica ſemel quadruplicem coloris viciſsitudinem obſeruaui, ſic tandem flaueſcente habitu corporis, vt vno temporis puncto, & vngues, & labia, & crines cum vniuerſo habitu coloris extremè fului, & aurei ſpectarentur, hęc autem illi ab obſtructis menſibus contigerunt. tradit idem Author lib. 2. vbi de Hęmitriteis Epidemicis verba facit, ſe obſeruaſſe aliquibus alternis diebus Ictericiam factam, alternis colore natiuo refloreſcente.

FINIS LIBRI PRIMI.

MARCELLI DONATI DE MEDICA HISTORIA MIRABILI.

Liber Secundus. Caput Primum.

IMAGINATRICIS FACVLTATIS AFFECTIONES MIRAE.

Libro de hiſtoria philoſophica, ſiuè is à Gal. ſiuè à Plutarco conſcriptus fuerit, legimus imaginatiuam animę potentiam ſolis hominibus, beſtijs haud quaquam ineſſe, Eam tamen nobis cum animalibus brutis communem facit Ariſt. 2. de anima, com. 157. licet tex. com. 156. nō in omnibus animalibus reperiri ſcripſerit, & ab apibus, & formicis illam ademerit, quem locum tamē gloſſat Commentator inquiens, Apes autem, & formicæ neceſſariò imaginantur, apes propter artificium, formicæ autem propter depoſitionem, ſaluat autem Ariſt. dictum ex hoc, quod non curauerit de exemplo. Rectius tamen exponere videtur Themiſtius 3. de anima c. 68. ſcribens duplicem eſſe imaginationem, alteram perfectam, quæ in perfectis animalibus, exiſtit, alteram imperfectā, & inexplanatam, quæ in imperfectis animalibus quales ſunt muſcæ, & vermes, reperitur. quo modo pariter interprætari poteſt Alexandri dictum in Paraphraſi de anima cap. de phantaſia, vbi habet, quod Oſtreacea, & vermes carent imaginatione, ideſt perfecta. Hæc autem imaginatio in animalibus perfectis fit ex quinq; ſenſibus teſte Ariſt. 3. de anima, tex. com. 37. & eſt in confinio ſenſus, & intellectus, vt notat Themiſtius 2. de anima tex. 151. ſemperq; tàm in vigilia, quàm in ſomno eſt, in motu vt ab Auier. in com. lib. de diuinatione per ſomnia adnotatum fuit, ab eademq; mirabiles effectus prouenire obſeruatum eſt. Intelligo autem hoc loco per imaginatiuam poteſtatem, eiuſdem functionem, ſicuti enim in ſenſu tria ſunt, ſenſibile, virtus ſenſibilis, & virtutis eiuſ-

dem functio, ita & in intellectu, & in imaginatione tria ſunt, intelligibile, intellectus, & intellectio, Imaginabile virtus imaginatiua, & eiuſdem virtutis functio circa imaginabile, vt docet Alex. loco citato hæc itaq; imaginatio circa phantaſma aliquod verſans multiplices effectus efficere valet, proinde in vulgari ſermone ab omnibus receptū eſt. Imaginatio facit caſum, hoc autem quo pacto fiat non omnibus eadem eſt ſententia. Opinantur quidam ſpecies, ſeu imagines, & ſimulacra rerum externarum, etiam in anima citra materiā receptas, non ita exuuere ſtatum proprium externum, & corporeum, quo tanquā obiecta corpora noſtra immutant, quin ſeruent veſtigium, & vmbram quandam externorum vndè prodierunt, hinc pariter facultatem obtinent, alterandi, & imprimendi quemadmodum & externa faciunt, hanc ſententiam elliciunt eκ Ariſt. verbis lib. de communi animalium motione, quę talia ſunt. Viſio, & imaginatio rerum agendarum vim obtinent; etenim ſpecies, vel caloris, vel frigoris, & rei iucundæ, vel formidabilis mente percepta quodamodo talis agnoſcitur, qualis quæq; res eſt, idcirco motione ſolum affecti, tùm horrore, tùm metu perculſi videmur. Alij verò aliter ſentiūt, voluntq; imaginatricem facultatē verſantem circa phantaſmata mouere ad libitum inferiores ſibi facultates omnes corporis noſtri, quemadmodum enim inter vegetantiū facultates naturales alię ſeruiunt, & miniſtrant ſicuti attractrix, retentrix, concoctrix & expultrix, aliæ imperant, & miniſtrantur, ſicuti nutrix, & genetrix, ita quoq; par, & maior etiam eſt obſequentia naturalium, & ſenſitiuarum ad animales facultates, hinc fit vt imaginationi nobiliori facultati naturales obtemperantes pareant, quod & experimento comprobant, videntes enim alium oſcitantem & nos oxcitamus, quia ſenſus mouet imaginationem, imaginatio verò imaginatur illum oſcitantem, & ſic mouet inſtrumenta, quæ tendunt ad ipſius os, & oſcitatione gignit, ſic quoque intuentibus comedentem res acerbas, mouetur imaginatio, & naturalium facultatum ope imprimit ſaporē in lingua, & in dentibus ita quòd illos ſibi re acerba perfundi videatur, ſic cum alium mingentem conſpiciamur, mictioni & nos inſurgimus, quod non ſolum hominibus, ſed & iumentis contingere teſtatur Alex. 1. probl. parte 34. probl. ſic abominabilium ciborum, ſeu excrementorum aſpectu ad vomitum excitamur, ſic ganeones conſpecto ſuaui ædulio maſticant, ac ſapore cupito ſibi infici palatum, & linguam exiſtimant. Hinc Auic. de med. cordialibus c. 8. ſcribit homines vel abhorrere, quando apud eos aſsimilatur euomitæ choleræ, ſic & cibos ſapidos auerſari, quando eorum colores aſsimilantur coloribus corporum abhominabilium, mouet enim imaginatio ſecundum repręſentata, & non ſecundum exigentiam rerum. ſic

inſpe-

inſpecto vulnere animo delinquunt, & nonnulli plerunq; cum homines la queo ſuſpēdi, vel aliter ſtrangulari viderēt, ipſi defecerūt, quod Ariſt. 7. probl. par. 5. probl. tradit, ſic alterius dolore dolemus, & dolore afficimur; ſic Venus concepta in vigilia colem extendit, ſic in ſomnio ſemen excutit, ſic quidam ad coitum impotentes fiunt, dùm ſe faſcinatos intenſè imaginantur, ſi quid fæmina inter concipiendum, vel vtero dùm gerit vehementius imaginatione conceperit, huius notam fætum referre doctum, expertumq; mulierum genus teſtatur, tanta vi in pleriſque pollet ea facultas animi, quę cogitatione fingit; ſcribit Marcus Damaſcenus in confinijs Piſæ in loco quodam Petraſancta vocato, mulierem perperiſſe puellam ſilueſtrem pilis camellorum ſimilibus vndiq; circunſeptam, idq; ea de cauſa eueniſſe tradit, quòd mater in conceptu ſancti Ioannis Baptiſtæ imaginem, quam in thalamo pictam habeat contēplata fuit. Hanc eſſe exiſtimo puellam ſeptem agentem annos, quam Petræ ſanctæ commoranti Caroli Imperatoris coniugi dono datam ſcribit Mattheus Villanus hiſt. lib. 5. c. 52. totamq; circumueſtitam pecudis inſtar viloſa lana rubeo diluto colorata fuiſſe teſtatur Iulius Cæſar ſcaliger in lib. de ſubtilitate aduerſus Cardanum exercitat. 14. n. 2. hiſtoriam deſcribit pueri Hiſpani, quem ex India aduectum alij, ex parentibus Indicis in Hiſpania natum alij dicebant, qui totus pilis candidis tectus erat, & à Gallis iccirco Barbet dictus fuit, quo nomine villoſum nominant canem, quem eadem de cauſa, quod ſcilicet mater in cepit piloſum quoddam imaginata fuerit, progenitum fuiſſe exiſtimandum. Idem Author eod. lib. exerc. 59. tradit in niuoſis locis, vti Nouergia, Iuturia, Scythia, Vaſconia, & Allobrogū alpibus, vulteres Aquilas, Accipitres, Miluos, Vulpes, Coruos, Vrſos, Lepores, Mures, Perdices, Paſſares, Turtures, Pauones albos reperiri multos, cuius rei cauſam refert non ſolum in nutrimentum, ſed etiam quòd ſolus niuium aſpectus in conceptu afferat, matreis phantaſiæ ſpeciem coloris huius; Cornelius Gemma lib. 1. de admirandis ſpectaculis c. 6. ſic ſcribit. Mulier pergrandi vtero tumens cum partus tempora non procul ab Epiphaniæ feſto, ſeu trium Regum vulgari calculo conieciſſet, alijs illudentibus ac ſi tres Reges vtero ferret, quod fælix, fauſtumq; ſit, illa reſpondit, neq; fefellit euentus rei, nàm Regum die profecto enixa eſt proles maſculas tres, quarum vna colore bituminis Regem Aethiopem pręſe ferebat, & ſi eadem non ſuprauixerit diu. Hæc quia coſpecta Louanij, patris, ac aliorum plurium teſtimonio confirmata protulimus. Alteri in eadem hac ciuitate, cum partus non procul abeſſet, hoſtili vultu, & ſupramodū terribili maritus imminens cum prę iracundia ſtrinxiſſet gladium velut in cranium impacturus, hoc effecit, vt quàmquā fuga ſalu

tem

tem mulier reperiſſet, infanti tamen eadem Caluariæ parte, cui acies minitabatur, magnum continuitatis diuortium appareret, ſtatim ab enixu ſic effluente ſanguine, vt nullo conatu vel arte tempeſtiuè reprimi poſſet, atq; infans protinus expiraret, quo ſanè exemplo nihil vnquam mirabilius viſum eſt, cum iam grandior fętus vix vllam impreſsionem à ſpiritu tàm potentem potuiſſe recipere putaretur. Non minus admirãdum recenſet hiſtoriã Leuinus Lemnius lib. 1. de occultis naturæ miraculis c. 4. talem. Nuper nebulo quidam in oppidum ſpectandum obtulit infantem inuſitatæ magnitudinis capite reliquis mẽbris non correſpũdentibus vlla proportione, quod vitium vbi ex morbo contrahitur, hydrocephalen Medici vocant, capite ſcilicet aqueo humore turgido: Huius cum picturam ſpectaſſet grauida quędam tàm iu ſolito ſpectaculo attonita, exacto geſtationis tempore non ſine vitæ diſcrimine infantem edidit fungoſo ſtupendæq; mangnitudinis capite, cui hoc etiam acceſsit, quòd inter nutricis amplexus magis magiſq; extumeſceret, atq; ad molem inſignem protuberaret, quod mihi queſta eſt mulier oblato puero, cuius quũ caput hincindè pręmentibus digitis leniter contrectarem, puluini more ſubſidebat modo cutis, modò aſſurgebat. Hiuſmodi itaq; ſpectacula prægnantibus ſunt euitãda. Thomas Eraſtus de occultis pharmacorum proprietatibus c. 34. hæc tradidit. Noui Principem fœminam omni virtutum genere ornatiſsimam Heroinam, quæ maximè à Catis, ſeu felibus terretur quantumuis cordata mulier aliàs ſit, cauſam iſtius tenoris referebat ipſa aliquando in matris caſum hunc, quem narrare hic volo. Matrem aiebat dum, ab ea in vtero geſtaretur, ab hoc animali quodam die fuiſſe exterritam, vt animo linqui cæpiſſet, ac ab eo metu, ſeu pauore ęgre admodum, nec niſi poſt multos dies recolligere ſe potuiſſet, tametſi enim non expaueſceret aliàs ad conſpectum felium, ſed ferre eos potuiſſet, nihilominus cum repente quidam de alto loco propè ipsã decidiſſet, ita vt dixi, perterritã fuiſſe dicebat. Hinc eueniſſe ratiocinabatur, quòd ferre eas ipſa nanq; potuiſſet, profectò non minus probabile eſt, ab huiuſmodi pauida cogitatione ſpiritus, ac temperamentum fętus certo modo immutari poſſe, quàm poteſt appetibilis, ſeu plurimum expetitæ rei imaginatio ſpeciem rei vehementer deſideratæ tenello adhuc infantis corpori imprimere, at hoc frequenter fieri cernimus. Quòd verò monſtruoſi aliquando videantur homines aliqua parte bruti ſpeciem referentes, puta cum pedibus, vel capite Bouino, Arietino, & ſimilibus, id in imaginationem mulieris dùm congreditur cum mare, & concipit referendum mente nempè cogitante, & complectente animalis formam, quæ fętui conciliatur, quod teſtatus eſt Hip. qui, vt Diuus Hieronymus in quæſtionibus ſuper Geneſin

neſin refert, mulierem adulterij ſuſpicione laborantem, eo quòd infantem enixa eſſet, qui nullo pacto eius virum facie referret, hac liberauit ratione, quia pictura infanti non abſimilis eius cubiculo ineſſet, Quo argumento Quintilianus, quod & ab Alciato obſeruatum vidimus, matronam defendit, quæ Aetiopem pepererat, cum eius coloris iuuenculam haberet in thalamo. Meminitque D. Auguſtinus rei non diſsimilis lib. 10. de ciuitate Dei, vbi rem à Iacob excogitatam approbat, qui quemadmodum Geneſeos c. 30. ſcriptum legimus, vt in grege vni colore fætus verſicolores ederentur, varij coloris virgas in canalibus, ad quos potus gratia oues, arieteſq; accedebãt, ponebat, vt in ipſo calore coitus, & admiſſura oues ex earum intuitu fętibus, quos conciperent, diuerſos colores conciliarent. Nec obſtat, quòd alij ſimilium monſtrorum cauſam ex promiſcuo hominum cum brutis coitu procreationis prouenire exiſtimarint, vti Plutarcus in lib. cui titulus an brutis ratio inſit. Quod & exemplis comprobari poteſt, ſcribit enim Volateranus in com. Vrbanis ſub Pio huius nominis 3. Pontifice Maximo in Hetruria puellam quandam, quòd cum cane adamato ſtupri conſuetudinem habuiſſet, grauidam eſſe factam, ac ſemicanem foetum edidiſſe, hoc eſt pedibus, manibus, ac auribus caninis, cætera verò hominem, remq; expiationis gratia ad Pontificem delatam fuiſſe. Memoriæ quoq; proditum eſt Auenione anno ſalutis 1543. ex ſimili cõcubitu editum eſſe monſtrum humano quidem capite præditum. Sed auriculis collo brachijs manibus veretro, partibuſq; alijs quibuſdam caninis, puerperam verò faſſam eſſe ſe à cane initam, ideoq; mox pridie Kal. Auguſti iuſſu Franciſci Gallorum regis vnà cum cane amaſio vindicibus flammis facinus expiaſſe. Quod profectò dicendum ex Dei voluntate miraculo eueniſſe tantum facinus impunè patrari abhorrente, potiuſquam ſecundum naturæ leges, quod ex Ariſt. dictis 8. lib. de hiſt. animal. c. 28. cognoſci facile poteſt, ait enim ea animalia, quæ diuerſi generis ſint, ſi coiuerint tunc generare, cum eadem ferendi vteri tempora habuerint, & corporum magnitudinibus non multum diſcrepauerint, idem quoq; teſtatur lib. 2. de gener. animal. c. 5. prolificam fieri admiſſuram, ſi animalia non multum diſtant, & lib. 4. eiuſdem c. 3. ſcribit ouem ex homine, vel canem, & è conuerſo nequaquam pro gigni poſſe, quod vteri geſtationis tempora non conueniant, quare ſi exempla propoſita ad miraculum referre minime libuerit, id accidiſſe dicendum, quòd mulier, quę antea à cane cognita fuerat in congreſſu, poſtmodum cum homine mente canem concipiens fętum caninam naturam ſapientem pepererit, quod minime impoſsibile dicendum, cum ex imaginatione propter motum in ſpiritu naturali, ac vitali, & humoribus conſequi multifariam

mutationem

mutationem in corpore humano manifeſtum ex iam dictis ſit, & ex proximè dicendis magis etiam innoteſcet. Si enim Auic. lib. 6. natural. par. 4. & Alguzeli credimus humana anima nobilior, & ſemota à corporis paſsionibus, maximopere cogitationibus affixa, cum principiorum ſuperiorum, quibus materiæ obtemperant, oleat naturam, quippe quę ab illis ortum ducat, eo excellentiæ proceſsit, vt ad eius nutum, imperiumq; exterior etiam materia permutetur, Hoc loco in mentem venit, quæ à Ioanne magno Epiſcopo Vpſalenſi lib. 18. traduntur. Reges Danorum ſcilicet originem ſui ſtemmatis à congreſſu Vrſi cum puella deriuare, ex quo cõcubitu natus. Pater cui fuit filius Trugillus Sprachaleg, qui genuit Vlfonem, à quo Rex ſueno, & cæteri Danorũ Regum lõgo ſucceſsionis ordine, (teſte Saxone) profluxerunt D. Auguſtinus lib. 4. de ciuitate Dei teſtatur ſe nouiſſe hominem, qui quotieſcunq; volebat, copioſiſsimè ſudabat mouẽte imaginatione virtutem expultricem, ibi quoq; alterius meminit, qui quotieſcunq; audiebat ſonum, vel cantũ flebile, vel quempiam plorantem operante imaginatione ita animo delinquebat, vt ſine vllo ſenſu penitus permaneret ita vt & ſi pungeretur, vel vreretur nihil ſentiret, at in ſe ipſum poſtmodum reuertebatur canentium vocibus tanquam à longè exauditis, vndè non immerito ſcripſerunt Antiqui muſicam Doricam meſtos, grauiq; animo homines efficere poſſe. Ionicam verò lætitiam, & iucunditatem parere. Idem ferè Plinius de altero, cui nomen erat Hermotinus; Litteris mandatum ſcimus de quodã Cipo Rege, qui cum maxima attentione interdiu binos tauros inuicem pugnantes conſpexiſſet, cũ ea imaginatione ſomno correptus, poſtea expergefactus ſibi in capite exorta tauri cornua depręhendit, quod ſi verum fuit, nàm fabuloſum potius exiſtimandum, cũ ſi de dignum Authorem non habeat, ſed Poetam Ouidium duntaxat in eã cauſam reijciemus, quod virtus vegetatrix imaginatione mota humores ad cornua gignenda aptos eduxit, & cornua produxit. Io. Math. de Grado in ſuis com. 9. Raſis c. 14. hiſtoriam ſcribit Domini Alexandri Vicecomitis, qui quoties ſomniabat ſe comedere, ſemper die ſequenti dolore renali corripiebatur, & quanto res, quam in ſomnis ſe comedere arbitrabatur, durior erat, tanto ſeuiore dolore vexabatur, quippè cum ſomniabat ſe comedere paſticinia, vel piſces paluſtres ſeuius indè affligebatur, & cum ſemel ſomniaſſet ſe comedere ſtamnum dolores renales grauiſsimos paſſus eſt, cuius euẽtus cauſam ad imaginationem reducere minimè abſonum eſt, pari modo id eueniſſe, quod ſcribit Pariſinus exiſtimandum, tradit ſe hominem cognouiſſe, qui ex ſolo medicamenti aſpectu abſq; eiuſdem deguſtatione, vel olfactu ex imaginatione ita purgabatur, ac ſi medicamentum aſſumpſiſſet, quod pariter ſe plu-

ries

ries obſeruaſſe in Titio de Adimaribus teſtatur Nicolaus Florentinus ſer. 3. trac. 1. ſum. 1. c. 15. Eadem de cauſa obſeruatum eſt nonnullos altum dormiẽtes vigilantium opera exercere, nàm licèt dùm profundè dormitant facultatis ſenſificæ nihil, aut exiguũ ſaltem mittatur, loquũtur tamen, lecto ſurgentes progrediuntur, & arma capiunt, quod & ſi minimè fieri poſſe aliquando Gal. eſt opinatus, tamen cum illi ſemel per totam noctem longum eſſet emetiendum iter, ſomnoq; oppreſſus ſtadium fermè integrum ſe dormiendo confeciſſe agnouiſſet, experiẽtia verum, eſſe quod fieri non poſſe cenſuerat, credere eſt coactus, vt lib. 2. de motu muſculorum ipſe teſtatur, ſi quidem temerariam eorum eſſe ſententiam, qui dormientium animam ab operatione omnino ceſſare aſſeuerant, ex eo colligimus, quòd dormiẽtes ſe ſe in varios poſitus iactãt, ex quo manifeſtum fit etiam per ſomnos facultatem animalem nõ nihil operari, & per conſequens haud impoſsibile quod ſæpè ſæpius obſeruatum fuit nonnullos ſcilicet clauſis oculis in tenebris ambulare, ac ſtrepitu, tumultuq; omnia complere, arma capere, dimicare, & nonnunquam ſilentes ſurſum, deorſumq; progredi, ac nullo fulti adminiculo ſumma tectorum faſtigia aſcendere imaginatricis facultatis ope, cum enim per ſomnum facultates cæteræ omnes animales quieſcãt, ſola imaginatiua ſemper operatur, tantumq; valet vt vniuerſum corpus, motricemq; in eo potentiam, ſeu mancipia quædam, in actum vehementi quodam impulſu ciere poſsit, quod cum fit, ſpiritus ipſi animales motui ſeruientes, ad ſua ipſorum organa dictæ facultatis imperio ire coguntur, ſic vt inceſſum præſtare ſi ad crura, & loquelam ſi ad linguã moueãtur, facilè poſsint, excitantur autem in nobis præfatæ motiones ex rerum ad id cogentium intrò ſeruatis ſpeciebus, quas cum ipſa facultas in actum reuocat, vehementi oportet nos impulſu moueri, ſicq; vigilãtium munia obire, cum interim nullo ſenſuum externorum munere fungamur, quod animalis ſpiritus ad ſenſuum inſtrumenta tunc temporis non feratur, multo humidoq; vapore anteriorem cerebri partem obſtruere, à qua ſenſibus facultas influit, cui affectioni maximè obnoxij ſunt qui ſanguine multo turgido, ſpumante & æſtuoſo, feruidoq; ſpiritu redundant, ſunt autem huiuſmodi conditionis homines raro, laxoq; corporis contextu, ac molis exiguæ, ſed magna ſpiritus agilitate, animoq; feruido: ſcribit Sextus Empiricus in Pyrrhonis vita. Theon Tithoreus Stoicus dormiens in ſomnis ambulabat, Pericliſq; ſeruus in ſummo tecto; & Valeriola lib. 2. obſer. 4. obſer. ſcribit Ludouicum Sorranum Medicum nocte quadam alto ſomno oppreſſum ſe vidiſſe de repente ſe ſe attolentem, arma capientem, multa obmurmurantem, proſilire quaſi furioſum, & die anteacto fortè fortuna conflictus ingens Mon-

ſpeſſuli inter ſcolares inciderat, cui ipſe iterfuerat, vndè factum eſt, vt ſeruatis pugnæ illius imaginibus imaginatio nec in ſomno quieſcens ad voluntarios motus impellere potuerit. Tanta imaginatricis facultatis vis eſt, vt multi ex ęgritudine cum ſe ſanos factos firmiter imagnarētur, conualuerint. Proindè Auic. 4. naturalium 6. iure ſcripſit, quòd confidentia Aegri de Medico plus valet, quàm omnia Medici inſtrumenta ad ſalutem inducendam, quod pariter Gal. 1. pron. 1. confirmare videtur, Thomas à Veiga in ſuis com. in artem medicam Gal. refert quendā cauſone detentum frequenter delirio correptū enixè poſtulaſſe ſibi cōcedi natationem in ſtagno illo (monſtrabat autē pauimentum) aiebat enim ſe certè ſcire ex ea natatione conualiturum, ac liberatum iri, tandem conſulente Medico permiſſus eſt, cumq; poſt aliquantulum ſpaciū ſæpè ſumma cum iucunditate ſupra pauimētum domus volueretur, aiebat iam aquam ſibi accedere ad genua, optare ſe tamen, vt ſurſum conſcenderet, paulo poſt lętior iam inquit, attingit inguina, ita aſcendente iuxta imaginationis concepta paulatim vſq; ad gutur aqua hilari facie geſtiebat, pronuntiabatq; iam ſe ſanum factum; febreq; liberatus fuit Cardan. lib. 19. de ſub. cuiuſdam nobiliſsimæ mulieris meminit, quæ, cum ſæuiſsimo vrinæ ardore, aliiſq; ſymptomatis crudeliſsimis laboraret, nec quicq; ope medica iuuaretur, & iam in extremis laboraret, techna quadam à Ioſepho Nigro patrata adiutam, hic enim filio eiuſdem ægrotantis iuſsit, vt ſe in criſtallo, in quo proſpiceret, affirmaret, tres demones videre, ac maiorem ſuperuenientem illos fugare, quo facto ſanata fuit, cum demones mali ſui cauſam diſiectos firmiter, & conſtātiſsimè exiſtimaret. Sic nos nobiliſsimam Vrbis noſtræ Comitiſſam, quæ præſtigijs, & incantationibus ægrotam factam à maleuola quadam tenaciſsimè aſſeuerabat, cum interim myrachiali hypocondriaca vè melancolia laboraret, prudentis Medici conſilio liberatam à nonnullis ſymptomatis, quibus affligebatu, rmeminimus, hic enim, cuius anima requieſcat in pace, purganti exhibito medicamento, iuſsit Dominę Pediſequę, vt clàm in vaſe egeſtionis clauos, plumas, & acus proiceret, quę omnia, cum herę poſt ventris deiectionem hilari fronte oſtendiſſet, acclamauit ſtatim ſe minimè deceptam, cum morbi cauſam in pręſtigia referebat, & poſthac in dies melius ac melius ſe habuit. Eodem pacto mulier teſte Alexandro Traliano, quæ ſe ſerpentē deuoraſſe arbitrabatur, exhibito medicamēto vomitorio, clàmq; in reiectione ſerpēte mortuo impoſito ſanata fuit. Perſimilem hiſtoriam recitat Alsharauius lib. prac. c. de melanc. ſic & Philotimus, vt Aetius inquit, ſeu Philodotus, vt Tralianus quendam curauit, qui caput ſe habere haud arbitrabatur, plumbeo pileo impoſito, à quo grauatus ſe caput habere intellexit, ſic

alter

alter, qui ſe cornua geſtare putabat, capiti ceruinis cornibus alligatis, ſerraq; ſecatis, & oſtenſis ea inſania liberatus fuit, ſic quoq; & ille, qui ſe in capite ſeptē paſſerculos habere prędicabat, Medico per nares eos extrahere ſimulante, interim laboranti, quem in veſtis manica paſſerculum abſcondera, tpræmonſtrante ſanatus fuit. Quidam qui ſe mortuum putabat, & cibum aſpernabatur, ſocij comitate qui cum eo ſe in ſepulcro mortuum eſſe aſſerebat, & quod ipſe mortuus cibum caperet, ad eſcam capeſcendam perſuaſus fuit referente Holerio lib. 1. de morb. int. c. 15. libet hoc loco non nulla deprauatarum imaginationū exempla afferre; Abynzoar lib. 1. trac. & cap. 9. ſcribit de fratre Domini Sybili, qui ſe mortuum exiſtimabat, nec loquebatur, nec mouebatur, & Arę teus lib. 1. diutur. affec. c. 6. ſcribit quidam non bibebat exiſtimans ſe laterem eſſe, ne humor diſſolueretur pertimeſcens. Alius nares ſe ingentis magnitudinis habere affirmabat, accerſito chyrurgo ęgrotum parentes, & ſerui validè comprehendunt, chyrurgus nouacula naribus arreptis eas minuere fingit, carniſq; fruſtra oſtendit, quo pluries repetito æger ab inſania liberatur, quod nobis retulit Antonius Fracantianus aprę terire nolumus. Vicentinus quidam ſe corpus pręgrãde habere opinabatur, ita vt nullo pacto per cubiculi oſtium exire poſſet, Medicus deprehendi mandat, ac inuitum hominem extraportari, quo perfecto ipſe ſe totum confractum conqueritur, occiſoreſq; increpat Miniſtros, & paulo poſt moritur, ſcribit Gatinaria in ſua prac. c. de melanch. quod magiſter Ioannes Marlianus Mediolani Melancholico cuidam, qui exiſtimabat ſe ranas in corpore habere, & cum alij Medici dicerent non eſſe verum, ipſe nolebat curari, vndè Marlianus vocatus ad illius curam interrogauit eum, quid haberet, reſpondit ranas, & Marlianus inquit, verum dicis, & ſcio te multas ranas habere in corpore, quas extraham, ſi mihi obediens fueris; ille multum gauiſus aſſenſit curari, Marlianus cum purgare eum vellet, pręcepit aſtantibus, vt cum oſtenderēt egeſtiones imponerent ranas viuas in vaſe, vt videret & ipſe quod factum fuit, & ſic cum bono regimine fuit liberatus, ſcribit Aggregator ſe binos Aegrotantes vidiſſe melancholia hypocondriaca laborantes, qui dùm rugitus illius affectionis familiares audirent, ſe in uentre ranas habere, quarum ille ſonus eſſet, affirmabant, cumq; proceſsiſſet, cum rebus flatus reſoluentibus ceſſauit deprauata illa imaginatio, hac quoq; oblęſa imag. facultate miræ certè deprauatæ obſeruantur imaginationes, deprauatur autem male affecto cerebro, uel per eſſentiam, vel per conſenſum totius corporis humore melancholico redundante, vel partis alicuius vti Meſenterij in myrachialibus, de quibus inferius c. ſic ex vitio lienis putreſcente humore melãcholico teſt. Auic. 3. coll.

 c. 40.

c. 40. Gal. 5. de locis aff. 6. Auic. fen. 1. 3. tract. 4. c. 19. vbi etiam ab vtero aliquando corrumpi, ſeu deprauari imaginem docet, & Chriſtoforus Vega de arte med. lib. 3. c. 14. teſtatur ſe vidiſſe melancholiam ortam à ſang. putredine in vaſis ſeminarijs, ſcimus nos olitorem ex ſola corrupta imaginatione cibum reſpuentem peremptum. Scribit Ioannes Gerſon lib. de paſsionibus animæ, quendam arbitratum ſe murileũ eſſe, & ſub lectis mures quęrebat, & alterius meminit, qui vitreos ſe pedes habere imaginabatur, & ideò ambulare non audebat. Alius ſe dolium eſſe exiſtimabat, & in cellá vinaria vnà cũ alijs dolijs ſuper lignis diſpoſitis in ordinem ſe redigebat, nouimus & mulierem, quæ ſe Venerem eſſe iactabat, quotieſq; ei à cuſtodibus ſe ſubtrahere licebat, ſtatim pannos omnes exuebat:, atq; nuda incedens aiebat ſe pulcritudinem Veneream omnibus oſtentare velle, quę fortè ſanata eſſet, ſi illi cõtigiſſet, quod alteri eueniſſe teſtatur Alex. Benedictus loco citato, quę inſaniens per Vrbem Italię quandam peragrans cum in officinam meritoriã incidiſſet, nocte tota à quindecim viris Venere defatigata, menſium largo profluuio, qui pluribus annis antea ſubſiſterant non ſine magno pudore mane menti reſtituta diſceſsit. Ferrarienſis piſtor, ſe ex butiro compaginatum iure iurando affirmabat, nulloq; pacto igni, vel clibano appropinquare volebat, expaueſcens futuram corporis liquationem. Alius ſe tympanum ex corio cõfectum firmiter aſſeuerabat, ac manibus ventrem percutiens tympani ſonum imitabatur. Senenſis nullo modo perſuaderi poterat, vt vrinam redderet, aiebat enim ſi minxiſſet totam vrbem dilluuio perituram, quem ad lotium excernendum eleganti commento aſtantes perduxerunt, nanq; pulſantibus campanis ad inſanientem accurrunt, magnum incendium Vrbem conflagrare nuntiãtes, enixèq; rogantes, vt reddita vrina ciuitati ſemiconcrematæ opem feret flãmis cuncta vaſtãtibus lotij copia extinctis. Conciliator diffe. 179. ſcribit ſibi ipſi ex corrupta imaginatione accidiſſe, vt omnia viſa auiam nuper defunctam repreſentarent, ſunt qui ſe lupos eſſectos exiſtimant, noctuq; domo egreſsi, lupos in omnibus immittantur, & donec dies illuceſcat circa defunctorum monumẽta vagantur, de qua melancholiæ ſpecie λυκανθρωπίαν vocatam à Græcis, Paulus lib. 7. c. 16. & Aetius ſe. 6. c. 11. Auic. verò fen. prima 3. trac. 4. c. 21. ſub nomine Alcatrab, ſeu Catrab, vel Cucubut pertractarunt, cuius intellexiſſe Plinium credimus 8. lib. naturalis hiſtoriæ c. 22. dùm homines in lupos euadere tradidit, hoc morbo correptum Anglari ſe vidiſſe teſtatur Hieronymus Magius lib. 4. Miſcel. c. 12. Antonium Donchium, qui ſæpè in ſepulchris dormire eſt inuentus, quiq; mortuorum oſsibus domum ſuam compleuerat, vigilant autem hi ferè ſemper ita, vt de quodam ſic

mente

mente capto meminerit Fernelius, qui noctes,; & dies quatuordecim menſium inſomnes duxerit. Gentilis Fulginas, queſt. 55. commemorat quendũ amicũ ſuũ interdiu cũ famulo è villa reuertẽtẽ, ſemper conſpexiſſe militẽ nigrũ præeũtẽ, nullũq; præceſsiſſe ut famulus dixit, moxq; illũ in melancholicã incidiſſe vertiginẽ. Multis nanq; terror, aut mẽtis cõſternatio, aut vis morbi fecit apparere ſpectrũ, vel ſimulachũ tale cuiuſmodi depinctũ intus in humore craſſo melancholico ipſimet circũferebãt, vt ſcitè in Hercule furẽte pingit Seneca, ĩ Aiace flagellifero Sophocles. ſic Ariſt. lib. de memoria, & reminiſcentia Antipherontẽ in aerem propriam imaginẽ continuò verſari putaſſe ex deprauata imaginatione confiteri videtur, & ſi aliam lib. 3. Meteor. naturalem cauſam tradat, in imbecillitatem viſus huius effectus cauſam reijciens; At loco citato c. 2. ſcribit Antipheronti phantaſmata omnia, ſeu uiſa, quæ phantaſia cõcipiebat, tanq̃ facta fuiſſent cogitaſse, ut non ſolum aſpectu, verum etiam phantaſia, & cogitatione ægrotaret, ait enim, quòd patiebatur εκστασιν, ideſt quòd extra ſe erat, nàm εκστασις apud Græcos ſignificat mentis emotionem, vol alienationem ἀπὸ τοῦ ἐξιστασαι, dicta nanque εκστασις quòd qui hanc patitur, extra ſe ipſum ſtet, vndè εκστατικος qui menti facile commouetur, dicitur. Plinius lib. 23. mente commotos appellat, & fanaticos. Nõ negamus tamẽ Antipheronti ex cauſa ab Ariſt. in Meteor. tradita propriam imaginem in aere obuerſantem viſam fuiſſe, ſicuti ab Alex. in com. cauſam adductam improbamus, dùm ait nubeculam aliquam, aut velum ex oculorum ſuffuſione futura ipſi Antipheronti ante pupillam coactam eſſe, quæ ex conſuetudine extra oculos videretur: nàm & ſi huiuſmodi nubecula, ſeu materia coacta in oculo muſcarum, culicum, & ſimilium ſpectra in aere repręſentare valeant, vti in incipientem ſuffuſionem patientibus quotidie obſeruamus, non tamen rationi conſonum, ex tàm exigua materia, qualis in oculis cogi poteſt, hominis figuram integram extra repræſentari. Niſi itaq; Antipherontem deprauata imaginatione laborantem dixerimus ab Ariſt. adducta ratio magis arridebit, præſertim cum Vitellio lib. 10. perſpectiuę ſcriptum reliquerit, cuidam noto ſuo cum antea per multas noctes inſomnis fuiſſet, nocte equitantem imaginem ſuam, hoc eſt virum ſecum equitantem vidiſſe, qui ſanè vir omnia ageret eadem, quæ ille agebat, & flumine traiecto illum quoq; vidiſſe, mox vbi ad aerem ſerenum, & perſpicuum deueniſſet imaginem illam euanuiſſe, cuius rei cauſam perſimilem illi, quam Ariſt. in Meteor. tradit ex ipſomet Vitellione ibi colligi poteſt. Gal. 3. de locis aff. 7. meminit cuiuſdam, qui teſtam ſe factum putauit, atq; idcirco obuiantibus cedebat ne collideretur. Alter Gallos cantare audiens, vt hi alarum ante cantum, ſic ille brachiorum plau

ſu la-

ſu latera quatiens animantium ſonum imitatus eſt: Fuit & alter timens, ne Atlas, qui mundum ſuſtinere dicitur, grauatus ſub tanto onere illud à ſe excuteret, vndè ipſe collideretur, atq; nos vnà periremus. Alexander Tralianus lib. 1. ſcribit ſe cognouiſſe mulierem, quæ medium ſuæ manus digitum conſtringeret, tanquam in ipſo totum geſtaret orbem, plorabat autem illa quoq; verita, ne quando digitum inflecteret, & omnia ſtatim corruerent, & interirent. Alij ſunt teſte Aetio, qui putant à maiori quadam vi defendi, ornariq;, & futura vaticinari profitentur, non aliter, quàm vates, & diuinaculi, quos Græci ἐνθεαϛικους propriè nominant, talem nos Hebręum cognouimus, qui ſe recutitorum Meſſiam eſſe prędicebat, pluraq; ſpondebat, & minabatur futura. Benedictus Victorius in conſilio. 15. ſcribit cuiuſdam nobilis Equitis Honorij nomine, qui credebat ſe loqui cum Deo, & Angelis, & omnia præſcire ſeq; eſſe Deum, Imperatorem, & Regem affirmabat, Valaſcus de Taranta ſcribit ſe habuiſſe prœmanibus, & curaſſe mulierem, quæ imaginabatur ſingula nocte ſe à Demone comprimi, atq; cum illo coire, ſic nō nullos ſe Reges factos dicere adnotat Auic. ſcimus nos Vrbis noſtrę mulierculam Eleonoram Meliorinam, quæ ſe Regi deſponſatam conſtātiſsimè deierebat, cum illoq; quem, pręſentem dicebat, genibus flexis colloquebatur, eumq; in inumero militum, & magnatū cætu conſtipatū affirmabat, & ſi fortè in vitrea, alij vè lucidi corporis fragmenta incidebat, gemmas ſibi à coniuge tranſmiſſas dicebat, colligebat, atq; tanquam cariſsimas in arca magna, quam totam fermè oppleuerat, aſſeruabat. Non deſunt, qui ſe Demones eſſe falsò imaginentur, & varijs linguis ſe loqui profiteantur. Nonnulli, teſte Aetio, demones ab inimicorum preſtigijs ſibi immiſſos putant; viuit in Vrbe noſtra; qui ligna, & marmora deaurat, in cæteris mentis compos hoc vno dùmtaxat mente captus, quòd ſe ab inimicis præſtigijs tentari indubiè exiſtimat. Quidam, vt notat Alſaharauius, imaginantur ſibi aſsiſtere viros ſonātes cū cornibus, tubis, & tympanis, & pſallentes coram ipſis, alij eodem authore, ſe in carceribus detrudi, flagellari, ac demum liberari arbitrantur. Scimus nos Baiulum Mantuæ commorantem ad Iuſtitiæ Miniſtros properaſſe, enixèq; illos rogaſſe, vt ſe ipſū in carcerē trudi mādarent; quod cum impetrare nequiſſet, ad caſtrum Sermiti profectus Prętorem ſupplex exorat, vt vinculis detentum in carcerem coniciat, ſe enim facinora execranda patraſſe fateri velle; & ſatellitibus, ſi eum captiuum facere vellent,. pecunias ſpopondit, quod cum minimè obtinuiſſet loci mænia aſcendens ſe in foſſam luto potius, quàm aqua affluentem præcipitem dedit, & ſuffocatus perijt, innumera propæmodum ſunt exempla illorum, qui corrupta imaginatione acti in puteos, & flumina ſe ſe proiccere

iccere

iecere vel laqueo, vel ferro necem ſibi ipſis intulere. Scribit Alexander Benedictus religioſi cuiuſdam hiſtoriam, qui in vadoſo littore Veneto ſine cauſa ſe obruit. Narrat Abynzoar, quòd quidam cogitabat facere placentulam in puteo vno, & fecit emi ſalmam vnam farinæ, & iuſsit ſeruis ſuis, vt illam in puteo proicerent, & pedibus ipſam optimè malaxarent, quod facere noluerunt, ſed cum ille fortis eſſet, accepit arma ſua, & illi teriti proiecerunt farinam in puteo, ſed intus ingredi noluerunt, quod cum vidiſſet infirmus ingreſſus eſt ipſe nudus, & cæpit miſcere farinam pedibus ſuis, deindè exiuit, & conuocatis propinquis ſuis iuſſit, vt de illa comederent, Nec ſanè omittēda, neſcio an ſtultā oſtētationē, corruptāvè imaginationem appellem ſenectionis cuiuſdā diuitis, qui vt recēſet Seneca quęcunq; illi opus erāt, quàm maxima expetebat, mulieres paruas, & homines abhominabatur, prægrādes equos perquirebat, ampliſsimis poculis vtebatur, & calciamēta pedibus lōgè maiora geſtabat, latiſsimiſq; veſtibus veſtiebatur, oliuas, & fructus, aueſq; paruas abhominabatur; ſed quid pluribus lectorem moror, varias deprauatarum imaginationum hiſtorias recenſendo, cum tot eſſe poſsint omnium Medicorum vnanimi conſenſu, quot phantaſmata ſunt? prænarratas autem retuliſſe ſat ſit ad faciendam fidem nonſolum in ſanis hominibus præſertim habentibus fortem, & vehementem imaginationem κατάληψιν vocatam ab Alexandro Afrod. ſed & in ijs, qui facultatem imaginatricem oblæſam obtinent, huiuſmodi mirabilia obſeruari, ita vt non immerito ſcripſerit Auer. in com. lib. de diuinatione per ſomnia, imaginatiuam virtutem habere maximum dominium in melancholicis, ita quòd in vigilia comprędendunt illud, quod alij compræhendunt, in ſomno. hac de cauſa fortaſſe Plato in Phedrone tradidit imaginationē aſſociatam, implexamq; animæ actiones eius turbidare, neq; puras, & dilucidas reddi pati. Sic enim Melancholici quidpiam imaginantur, vt illud non ſolum oculis videre exiſtiment, ſed & animo firmiter concipiant, hinc iure merito Auic. de medicinis cordialibus trac. 1. c. 5. ſcriptum reliquit, in Melancholico fortitudo imaginationis facit apparere quod iam ſit in actu res, cuius ſimilitudo animæ repræſentatur; quod quo pacto fiat docet Auer. 3. col. c. 38. cuius eſt ſententia imaginationes corruptas fieri, quia in vapore melancholico aſcendente imprimitur forma rei excogitatæ, & aſcendendo ſuperius mouet ſpiritum animalem, & reducitur iſte motus vſq; ad virtutem imaginatiuam, quæ & ipſa ſpiritu mediante mouet ſenſum communem, & ille mouet particulares, & ſentitur res, ſicut eſſet extra. Verùm ſicuti probabile maximè exiſtit imaginationem fortem in nobis mirabilia operari, ita medius fidius minus rationi conſonū eſt, quod Auic. & Algazel commenti ſunt,

vim

vim ſcilicèt imaginatricem, non ſolum in imaginante, ſed & in externis mirāda plurima efficere poſſe, cui opinioni ex recētioribus Petrus Pomponatius, qui mihi ex matre affinis fuit, & Io. Bap. Montanus fauentes ſubſcribere videntur, hi tamen à nobis haud audiendi ſunt. Auic. itaq; 4. Naturalium 6. tantum imaginationi tribuit, quòd ſiquis illam fixam habuerit, & pluuias, & tonitrua, terremotuſq; ad libitum excitare, & ægritudines inducere, ac ſanare poterit, ait Montanus in com. in 2. ſen. 1. Auic. ſe hominem quendam vidiſſe, qui ex ſola forti imaginatione quoties volebat, in facto circulo pluſquam centum ſerpentes conuocabat, quòd & ſi verba quædam ſuſurraret, non in virtute verborum, ſed fortis imaginationis id præſtaſſe contēdit, ſic & nonnullos ex forti imaginatione, non ex verborum virtute extrahere ſagittas, & vulnera curare tradunt. Narrat Beniuenius lib. de abditis morb. ca. c. 36. quòd in milite quodam, cui telum dextra parte pectoris illatum ſiniſtræ ſcapulæ oſsi vſq; adeò inhærerat, vt multi mucronem euellere fruſtra conati fuerint, nàm redire tàm longo ſpacio minimè poterat, abſq; carnis, & venarum, neruorumque laniatione, propterea quod vtrinque ſpicula ipſum cingerent, non etiam contra inciſa carne euelli telum poterat, cum os ſcapulæ, cui inſederat magnum, amplumque obſtaret, quare Medicæ artis præſidio deſtitutus, cum id citra mortis periculum fieri non poſſet, aduocat Ariolum, qui duobus digitis plagæ ſuperpoſitis, & carmininibus, neſcio, quibus inſuſuratis telū exire iubet; quo & ſi abſq; ęgri corporis noxa, nō tamen ſine vtriuſq; animæ diſpendio obtemperante, miles ille pauci s poſt diebus ritè curatus conualuit, hactenus Beniuenius; quod nos retulimus, ne fabuloſum quis exiſtimaret ſagittas hoc pacto extrahi à nōnullis quod verborum virtuti author, alij vt dixi forti imaginationi aſcribūt, & ad ſuam poſitionem magis comprobandum addunt præterea, quod interfector, ſi pręſens fuerit cadaueri interfecti ex vehementi imaginatione ex illato vulnere profluat ſanguis, & ſi iam refrixerit, & ſic detegi homicidij authorem; ſic quoq; vetulas ex forti, & potenti imaginatione faſcinari pueros contendunt, ijſq; exemplis rationem adiungunt, aſtruentes humanam animam, quoniam ſit forma nō neceſſario corpori hęrēs, proximaque ſupernis intelligentijs imaginationis robore, naturaliter operari poſſe in corpore alieno, ſicuti & in proprio eo, quòd materia mundi ita ei obediat, vt ſui potentia poſsit producere formas nonnullas, non ſecus atq; intelligentiæ ſuperiores formas metallorum, plantarum, & animalium producunt, & gignunt, falſiſsimum ſanè dogma, homineq; Chriſtiano, & Philoſopho indignum, licèt Auic. hoc placitum negantes in philoſophia, & naturalibus inexpertos vocitet, cum ipſe

potius

potius talia pronūcians philoſophię maximè ignarus ſit appellandus, quod pro virili demonſtrare conabimur. Intelligentiæ licèt ſuperiores ſint humana anima, naturaliter tamen operationes non niſi agentium naturaliumm medio, & interuentu, puta pluuias, terremotus, ac tempeſtates efficere nequeūt, Ergò tantò minus id animam noſtram præſtare poſſe erit dicendum. Imaginatio nanq; motus eſt à ſenſu factus, qui à rebus, quæ foris ſunt, proficiſcitur ſimulacris rerum in ſenſibus receptis rerum autem ſimulacra, vel parem, vel imbecilliorem facultatem rebus, à quibus ſeparatur, habebūt, effectus enim cauſis potiores eſſe nō poſſunt, nec pars toto; quò fit, vt anima imaginatione rerum affecta rebus ipſis potentior eſſe non poſsit in quātum taliter affecta, res autem quarum formis affecta eſt, nullum ex ſuperius adductis effectibus mirabilibus cauſari poſſunt, ergò nec anima quatenus illa affecta eſt ſimulacris & imaginibus, Ad hæc, vel ex imaginatione forti agens anima contactu id perficit, vel non, non contactu quia in maximè diſtantia agit, ergò ſine contactu, at quæ ſine contactu agunt, in infinitum agere poſſunt, nàm interualli natura in naturali actione ſolum ratione tactus requiritur, ergò anima noſtra in infinitum agere poterit, & per conſequēs erit infiniti vigoris, quod eſt abſurdum. Ad exempla verò quæ pro ſua opinione fulcienda adducunt, ſic ſatisfaciendum puto, quod qui ſerpentes congregant, ſpicula extrahunt, ſanguinem ſiſtunt, & alia id genus moliuntur, vel malefici, vel probi ſunt viri, maleficis Diabolus ſuppetias fert, ita vt incantationibus id perficere poſsint, probi verò oratione Deo adminiculante idem conſequuntur, quod non ſolum catholica eccleſia ſancta Romana noſtra ſtatuit, & decreuit, ſed & Ioſephus Iudaicarum antiquitatum ſcriptor lib. 8. confirmat. ſic quoq; ad exēplum faſcinationis dicimus, id nō ex forti imaginatione fieri, ſed vt docet B. Thomas po. 9. 117. eo quòd ex vehementi commotione animæ ad malitiam, quæ fit cum aliquo inordinato motu cordis ſpiritus vitales pręſertim ſubtiliores, qui ad oculos perueniunt, oculi autem taliū ſpirituum exhalatione aerem inficiunt continuum vſq; ad determinatum ſpacium, ſicq; per aſpectū inficitur aliquod corpus præſertim molle, & facilè impreſsionis ſuſceptiuū, quale eſt corpus pueri, & hoc modo etiam ſpecula ſi fuerint nitida, & munda ex aſpectu mulieris patientis menſtrua quandam contrahunt impuritatem ex lib. de ſomno, & vigilia, ſic Baſiliſcum viſu hominem interimere exiſtimandum. Quod ad tertium exemplum propoſitum attinet, ſcilicèt de fluxu ſanguinis ex vulneribus cadauerum, poſſemus exempli veritatem negare, Poeticèq; tantum à nōnullis propoſitū vti à Lucretio lib. 4. & ab Homero lib. 17. Iliados, attamen cum videam nonnullos iuriſperitos id ſe experimento

comprobaſſe, affirmantes aliam excogitandam reſponſionem ducimus. Paris de Puteo in trac. de ſindicatu, in verbo tortura, tradit id Romæ obſeruatum fuiſſe eo tempore, quo occiſus fuit Cardinalis ſancti Marci, quod pariter confirmat Hippolitus Marſilius, qui in ſua praxi §. diligenter. nu. 81. ex hoc ſe aliquando deprehendiſſe homicidium ſcribit, quod tamen minimè, imaginationis vim referendum exiſtimamus, præſertim cũ alij aliàs ab hac lõgè diuerſas huius effectus cauſas aſsignẽt, quas omnes recenſere nimis eſſet longum, qui tamen huius rei cauſas varias ſcire cupiet, adeat Thadeum Florentinum in explanationibus in Iſago: Ioannitij, Thomam Garbum lib. 2. ſummæ medicæ ſcientiæ trac. 4. quęſ. 11. & lib. 1. trac. 5. queſt. 31. Petrum Aponenſem in com. 6. probl. 7. par. Ariſt. Ioannem Langium epiſt. 40. Aloyſium Mundellum dialogo. 1. Henricum Gandauenſem in ſuis Quodlibetis, Aegidiũ Romanum queſt. 25. 5. Quodlibeti, Ioannem Maioris in lib. 4. ſententiarum diſtin. 15. queſt. 14. Marſilium Ficinum lib. 16. de immortalitate animorum cap. 5. Petrum Pomponatiũ in lib. de mortal. animæ ad mẽtem Ariſt. Leuinium Lemnium lib. 2. de occultis naturæ miraculis c. 7. Authorem lib. peregrinarum queſt. decad. 3. quęſt. 6. Martiũ in lib. de doc. promiſcua, Gaudentium Merulam rerum memorab. lib. 4. c. 18. vt interim maximum legum ſcriptorum numerum omittam, qui omnes de re hac fuſius ſcripſere. Abeant interim in rem malam huius execrabilis opinionis Authores, cuius non erubeſcunt aſſertores quoque facere Albertum Magnum, & D. Thomam, qui tamen D. Thomas hanc ſententiam ex profeſſo lib. 3. contra gentes, & po. 9. 6. art. 3. reprobat. ſtatutum itaq; ſit imaginatricem facultatẽ in ſubiecto proprio maximam vim obtinere, ſecus autẽ in externis. Hoc loco pariter minimè omittendum Melancholiam annuam conſuetam, cuius cauſam, & exemplum apud Gal. in com. 47 aff. 6. lib. legere eſt, ſic & menſtruam, ſcribit Luſit. cent. 2. cur. 52. Carcinatoris vxor venuſta, qui ad forũ agit, cum optimè ſemper valeret, poſt partum illico melancholia morbo afficitur, & per menſem inſana permanet, ſed poſtèa paucis adhibitis pręſidijs ad priſtinam ſanitatem reuertitur, cuius affectionis cauſa humor melancholicus commotus parturitionis tempore eſſe videtur, ſed longè me herclè in maiorem nos trahit admirationem, quod in inſanientibus aliquando obſeruatum legimus. futura ſcilicèt prędicere, & diuinari. Raſis primo conti. ſic ſcribit. Et ego quidem vidi Germanũ meũ in quadam ſua ęgritudine phreneticum factum prędicere plura futura, ſicut euenerunt in breui. Petrus Apponenſis in com. 1. probl. ſec. 30. ſcribit. Ego audiui à fideli Medico, quòd mulier, quæ inlitterata erat, dùm eſſet melancholica, latinum loquebatur congruũ, qua ſanata euanuit.

uuit. Cuius rei cauſam varij variam aſsignant. Quidam enim facilè ſe ab hoc negocio extricantes, ad Dęmones recurrunt, quibus inſanientes acti mirabilia operari affirmant Alsharauius c. de Epilepſia. huius opinionis fuit author per hæc verba; ſigna ex cauſa Dęmonum, inquit Author, ſemper dubitans eram ſuper hoc, donec mihi nuper demõſtratiuè patuit, vidi enim hãc ægritudinẽ multis modis; quod eſt, quia ſunt aliqui inuitè corruentes, & quorum forma tranſmutatur, & loquuntur aliena lingua, quam prius ignorabant loqui, & legunt Aluuari, & alios libros, quos minimè ſciebant, & ſcribunt, & loquuntur multa de tractatibus ſcientiarum, quarum nihil viderant, nec intellexerant, & vltimò ſanãtur, & paulò poſt ſubdit, cauſam ignoraui huius accidentis, donec ſtudens in quibuſdam libris, quos interpretatus eſt Hanen filius Iſaac nomine. G. inueni enim in ipſis, quòd dicitur quod ægritudines inuadunt homines quatuor modis, ſcilicèt ex aliqua cauſarum, ex malicia regiminis, cibi, & potus, ex peccatis, & præuaricationibus, & ex maledictis Dęmonibus, qui dicuntur Allahin Ablis, In quarum curatione ſi noſtra ingeniatio defecerit, & ipſarum cauſæ à nobis deciſæ ſint, relinquite opus creatori eorum, nõ eſt operum miſerator magis, quàm ipſorum creator, & quia occulta eſt Medicis cauſa huius ægritudinis, & eorum cognitio circa eam deficit, recuſarunt eius curationem tractare, ſed non eſt dubium penes me, quod hoc eſt de antiquis ſcientijs, quę hodie occultatæ ſunt hominibus. Huius opinionis quoq; fuiſſe ſerapionem colligimus ex ipſius verbis, dùm de taliter affectis loquitur, & inquit. Cauſa verò harum diſpoſitionum, & accidentium cum virtute eſt incomprehenſibilis, & de Epilepſia loquutus inquit eam vocatam fuiſſe Alchaheni, aut quia proueniat ex operatione Dęmonum, aut quoniam accidat capiti Alchahen dicto, huiuſce quoq; veritatis teſtes ſunt Hiſtorici plures, inter quos Procopius lib. 2. de bello Perſico tradit ſub Iuſtiniano Imperatore Triſantij graſſatam peſtilentiam, quę incipiebat hoc modo. Phãtaſmata Dęmonum multis humana ſpecie viſa ſunt, quot enim in ipſa inciderent, percuti ſe ab aliquo viro putabant, morbuſque ſubitò irruebat, quod pariter refert Lodòuicus Cælius Rhodiginus lec. antiq. lib. 2. c. 6. meminit Olaus Magnus lib. 5. ſue hiſtoriæ Bethnicos homines ſeptentrionis magicis incantationibus inimicos etiam abſentes ita petere, vt triduo oborto carcinomate pereant, hanc ſententiam minimè comprobaſſe videtur, Auic. qui c. de melancholia ſic ſcribit. Et quibuſdam Medicorũ viſum eſt, quòd melancholia cõtingat à Dęmonio, ſed nos nõ curamus cũ phyſicã doceamus, ſi illud cõtingat à Dęmonio, aut nõ cõtingat, poſtq̃ dicim⁹, ꝙ ſi cõtingat à Dęmonio, tũc cõtingit, ita vt cõuertat cõplexionẽ ad cholerã nigram, &

ſit cauſa eius propinqua cholera nigra, deindè fiat cauſa illius Dęmonium, aut non Dęmonium; Hipp. fuiſſe ſententiam, quod permittente Deo à Dęmone morbi gignantur, colligunt nonnulli ex ipſius verbis 1. progn. 4. cum inquit, oportet igitur agnoſcere talium naturam affectionum, quātum ſupra vires corporis ſit, & ſi quid Diuinum in morbis habetur, illius quoq; ediſcere prouidentiam, Gal. tamen in com. hoc negat, & ait. Nonnulli putant ob iram quandam Deorum hominibus accidere morbum, dicuntq; teſtimonium huius opinionis, eos qui vocatas ſcripſerunt hiſtorias citra rationis adminiculum, nequaquam indicantes vtrum fuerit Hipp. huius opinionis, quod inquam erat officiū boni Expoſitoris, Non enim ſimpliciter dicendum eſt per enarrationes quicquid nobis uideatur verum, ſed quod ſit ſecundum ſententiam ſcriptoris quamquam fuerit falſum. Conſtat enim vt Hip. nullo ſuo libro cauſam ægrotationis in Deos refundat, qui & βλητοὺς. ideſt percuſſos, vndè nàm ducti veteres ita vocarint, volumine de victu acutorū morborum oſtendit. Hic igitur liber confeſsè verus, germanuſq; eſt. At libro qui eſt de ſacro morbo multa quoq; ſcripta ſunt ad obſtirpandam ſuſpicionem eorum, qui Deum mittere ægrotationes contendunt. Et paulo poſt. Ex his ergò ſunt, qui ob amorem triſtantur haud quaquā diuinam perpeſsi, ſed humanam affectionem niſi quis credat Poetis, qui fabulantur Dęmonem quendam puſillum, recens natum, gerentem faces ardentes homines quoſdam in hanc agere affectionem: Dæmones autem nullibi ab ipſo Gal. admitti ſcimus, Nam & ſi lib. de hiſt. illorum meminerit, id ex opinione Pithagoræ, Platonis, & aliorum fuiſſe conſtat, pręterquam quod liber ille inter ſpurios conumeratur, Vnicus tantum locus eſt in lib. de remedijs paratu facilibus, quo Dęmones admiſiſſe videtur, cum ſcribit Caridion, & latum Cuminum, & Zochij radicem ad tertiam partem decoque, & ex vino veteri potui da geſtet, & glaneum oſſa, hæc enim ſuffita Dæmones abigunt. Verùm cum Epicureos in multis ſectatus ſit Gal. cum illis Dęmones negaſſe ſuſpicamur, ſic enim ſenſiſſe Epicureum lib. de hiſt. philoſophica præcitato legimus; cuius Epicurei rationibus innixus olim Caſsius, vt Plutarchus in Mar. Bruto ſcriptum reliquit, in hanc ſententiam alloquutus eſt Brutum, qui monſtruoſam corporis feri imaginem noctu ad ſe ingreſſam conſpexerat, & voce etiam ſe infenſam fore prænunciantem audiuerat. Tibi ò Brute corpus natura triſte eleuat intellectum, atq; diuertit. Dęmones nullo pacto eſſe credibile, neq; Dęmones ſi ſunt hominum habēt formam, aut vocem, ſiuè potentiam, quæ ad nos pertranſeat. Ariſtotelem eiuſdem fuiſſe opinionis nonnulli affirmant, ſed falsò me herclè, nàm in 5. Metaphyſices Dęmoniorum claram fecit mentionē, & ſi Auer

rois ibi pro Dæmonibus habet Idola, neq; interpretatione dignauit locum, & Alex. communi fuga vſus fuerit, inquiens ex aliorum ſententia loquutum, aut intellexiſſe diuina corpora & aſtra, peiore, vt mihi quidem videtur errore, quàm ſi aſſenſus eſſet, ibi nanq; ſic ait Philoſophus, ſubſtantia dicitur terra, ignis, aqua, deniq; corpora, & quæ ex ijs conſtant, vt animalia, Dæmonia, & eorum partes, ex quo data Alexandri interpretatione ſequeretur Ariſtotelem aſtra ex elementis conſtituta feciſſe, Et lib. 1. c. 1. Moralium Eudemiorum habet Ariſt. *ὥςπερ οἱ νυμφόληπτοι καὶ θεόληπτοι ἐπιπνοίᾳ τινὶ δαιμονίᾳ ἐνθουσιάζοντες*. quēadmodum fanatici, aut numine afflati Dæmoniaca inſpiratione inſanientes, textum Græcum appoſuimus, quia latinus aliter ſonat, nec verbum verbo reddit. conſtat itaq; Dæmones ab Ariſt. conceſſos, quos & morborum aliquando authores minimè negandum: cum ſacris litteris doceamur, Dęmones eſſe qui in hominum corpora illabantur, Chriſtuſq; & Apoſtoli taliter affectos plures ſanauerint, Sanctiq; patres, & Orthodoxæ fidei Theologi hanc veritatem affirment, quod & exemplis à fide dignis ſcriptoribus medicis literis mandatum confirmare poſſumus. vt interim omittamus Ioſephi auth. lib. 8. Antiquit. qui Salomonem diuinis carminibus hos curare morbos, & fugare Dæmones ſcripſit id quod & Eleazarus Iudaicæ factionis ſacerdos vidente Veſpaſiano, & eius filijs, & tribunis palàm feciſſe in exercitu tradit. Habemus apud Antonium Beniuenium de abditis morborum cauſis c. 8. Accidit his temporibus nouum, & admirandum morbi genus, quod & ſi viderim, curauerimq;, ſcribere tamen vix auſim. Mulier ſextumdecimum agens annum ab ima ventris parte dolore exórto conuellere manibus nitebatur, cumq; in horrendum clamorem erumperet, intumeſcebat illico totus venter, adeò vt vterum geſtare credens octimenſem, & voce exhauſta vbi toto cubili hinc inde reiectans ſeſe, & plantas pedum interdum ceruici connectens reſiliebat in pedes, iterum procidens, ac reſiliens; iſthuc ipſum identidem factitabat, quo ad paulatim ad ſe reuerſa quoquomodo recrearetur, interrogata quid egiſſet, pęnitus ignorabat. Nos verò eiuſmodi morbi cauſas deſquirentes, arbitrati ſumus hoc malum ex vuluæ aſcenſu, & vaporibus malis ſurſum elatis, ac ſubindè cor, & cerebrum impetentibus prouenire. Quare idoneis medicamentis adhibitis, cum nihil omnino profeciſſent non parum mirati ſumus, A recta tamen via minimè deſiſtendum putauimus; donec ferocior facta, ac toruis oculis circunſpiciens tandem prorupit in vomitum, quo longiores, & recuruos clauos, æneaſq; acus vnà cum cera, & capillis in globū mixtis euomuit, & nouiſsimè ientaculi fruſtum tantæ magnitudinis vt deuorare integrum nullus potuiſſet, cumq; id ipſum ſæpius etiam vidente

dente me factitaſſet, teneri eam arbitratus ſum ſpiritu malo, qui dùm hæc ageret, ſpectantium oculos perſtringeret, quare ſpiritualibus medicis commendata manifeſtioribus dein ſignis rem comprobauit, Nàm & nos ſæpe eam vaticinantem audiuimus, & ea prætereà agentem vidimus, quæ omnem vim morbi ſupergreſſa humanum etiam captum excederent. Ioannes Langius ita epiſtola 38. ſcribit, ſed illud quod à Chriſto ex Deipara virgine nato anno. 1539. in quodam Eiſtettenſis Epiſcopatus ditionis pago Fugenſtal accidit, omnem ſuperant fidem niſi oculati ſpectatæ fidei teſtes adhuc ſupereſſent, in quo pago Vlricus Heuſeſſer agricola cum crudelibus dolorum tormentis in altero hypocondriorum latere conficeretur, ſubito clauum ferreum ſub illæſa cute manu appræhendit, quem chirurgus illic balneator nouacula exciderat, nec tamen dolores ceſſarunt, ſed indies magis incrudeſcebat, quare quum nec aliud doloris fore remedium miſer, quàm mortem ſuſpicaretur, arrepto cultello ſibi guttur abſcidit. Itaq; dùm tertio die ad ſepulchrum efferetur, aderant tùm Eucharius Roſenbader ex Vueiſſemburg Horicorum oppido, ac Ioannes ab Ettenſter balneator, qui aſtante magna hominum frequentia demortui agricolæ ventriculum inciderunt, in quo lignum, teres, & oblongum quatuor ex Chalybe Cultros, partim acutos, partim inſtar ſerræ dentatos, ac duo ferramenta aſpera reperta fuerunt, quorum ſingula ſpithami longitudinem excedebant, aderat & capillorum inſtar globi inuolucrum. Sed quid potiſsimum hic admiraberis? an quomodo tot, & tanta ferramenta in ventriculi cauitate contineri potuerint, an qua arte ſint ingeſta? certè non alia, quàm Demonis actu, & dolo. Cornelius Gemma Louanienſis lib. 2. de naturæ diuinis characteriſmis c. 4. longa oratione huius generis hiſtoriam proſequutus eſt, quàm nos multis omiſsis, quę non ita ad propoſitum facere videntur, conciſam afferre voluimus tanquam admirabiliſsimam, & hæc eſt. Puella nobis vicina filia Doliarij fabri annum agens ætatis quintumdecimum habitu corporis mediocriter ſucculento formæ venuſtate, atq; ingenio non vulgari, cui tamen in vultu ſubtriſtis quædam alacritas miſturam æquabilem humoris ſanguinei, & melàncholici præſeferret, nomen huic inditum Catharina Gualteri cæpit languere varijs ſymptomatibus circa Ianuarium anni. 1571. menſes bis, ter vè proceſſerant, ſed à morbi initio ſtatim ſuppreſsi inſignem totius corporis laſsitudinem pepererunt, eius generis, quàm φλεγμονώδην Gal. appellat, magna fuit veneni ſuſpiſcio, quod à gentili, & Catanea quadam, quã ſibi offenſam ſemel, & minitatam grauiter antè meminerat, obſtruſum libamẽti fruſtulũ accepiſſet, in quo mandendo ſe ſenſiſſe dicebat ſaporẽ non prorſus extraneum, ſed aſperitatem deglutioni reſiſtentem, at qui

ab eo

ab eo tempore cæpit primum cingi circa pręcordia, extenuari plurimum, vomere per interualla, aorexiam, & vertiginem pati, alijſq; propè, quæ grauidis ſolent accidere infandis ſymptomatibus conflictari: potiſsimum tamen quarto menſe, & ſeptimo, nàm circa mediam Iunij febres occultę ſenſim in manifeſtas abierunt cum ſiti, & quadam conuulſionis ſpecie, animiq; deliquio, interdum vero ſic auctus eſt dolor, vt inſtar furibundæ de loco in locum continuè fluctuaret, ſępè inflatis pręcordijs multò vehementius, quàm in hyſtericis ſoleat, eò anguſtię venit vt nigricante facie fauces velut ab iniecto laqueo pręmerentur, nec leue illud ſpectaculum fuit, tres, quatuor vè Miniſtri quantùmuis robuſtiſsimi vix retinendę ſufficiebant, quia repentè exiliens lecto in omnem conuulſionis ſpeciem torquebatur, hęc mala cum ſe per vices intenderent, atq; remittere menſe Auguſto, qui nonus ab initio fuit ex acerbata ſunt ſupra modum, Medicos conſulere decreuere, Vētum eſt ad me primò quod cæteris vicinior forem, ſed cum abeſſem, Accitus eſt D. Doctor Beauſardus, qui vt aſpexit afflictam miſere, non malè à vermibus ferociā ex ſuſpicatus. Euenit interea, vt poſt terribiles cruciatus ſpōtè concita vis naturæ Anguillam viuam per poſteriora detruderet, quā ad me protinus detulerunt, Erat illi legitima forma cum tota ſpecie, craſsitudo pollice maior longitudo pedis vnius, & dimidij, aderant illi & ſquammæ, & oculi, & ſpina, & cauda vniuerſim, vt in anguillis ſolet, quia quod magis mirere, triduo antequam foras eruperit, auditum nãrrant bis, teruè in vtero ſonum non ipſi puellæ modo, ſed & aſtātibus circumquaque velut argutum, & tenuem, ab angue productū, & cū egereret, manifeſtè puella retulit ſe ſenſiſſe, quòd primum exerto capite, ſe retraheret per poſticum, indè cū impetu exiliret. Iacebat anguilla diu inter feces veluti exanimis, ſed coniecta in vrnam aqua plenam reuixit denuo; ceſſarunt ab huius excretione dolores illi extremè feroces. Anguilla, quam mortuam exenteratamq; ſuſpenderant loco ſublimi ab animalibus tuto, repentè euanuit, puella interim cępit euomere ingentem aquoſi humoris copiam, quam ego tunc quoq; vocatus vidi humano lotio non abſimilem ſaporis, vt ipſa narrabat abſurdi, durauit ea vomitio plus quatuordecim dies, ſingulis profectò exonerans ſupra libras viginti quatuor, teſtor hæc omnia nobis non relatione deſcribi, vidi inter alios his oculis meis, atq; his manibus contrectaui, nec magis obſtupui, quàm vbi vidiſſem, tanta humiditate per os excreta nihilominus vrinam interdiu bis, teruè reddere copioſam, quòd nullus in ventre tumor, nulla in toto corpore inflatio exterius appareret, quòd ipſa puella potus, ac cibi pauciſsimi vix vnum cyathum vini, aut ceruiſiæ, aut liquoris alterius potitaret. Queſiui nùm in hypocondriorum altero

quic-

quicquam perſentiſceret, aiebat multum ſibi dolere ſiniſtrum latus ab eo tempore, quo anguillam excreuerit, immo & dudũ ante, ſed prius fuiſſe alicuius ponderis ſenſum, nunc etiam morſum,& acrimoniam accepiſſe, quin cum validius præmerem offendi ſe grauiter dixit. Vbi per quatuordecim dies ingens illius aquoſi humoris copia profluxiſſet, cæperunt & pili confertim exire per vomitum copioſiſsimi numero, digiti longitudine, ſed longiores alij, alij breuiores eiuſmodi ſanè quales annoſis canibus euelluntur, auctaque eſt indies ea pilorum quantitas, vt facilè pilas quàmplurimas iuſtę magnitudinis implere potuerint, eiecit hos omnes magno faſtidio, ac vomitus difficultate, ac iam circa veſperum deliquia quędam animi admiranda contingebãt, & cum veſperi in ipſo deffectu puellam velut exanimem offendiſſem, diligenter obſeruans ſingula vidi ſupinam ſubitò ſeſe ex vno latere in aliud iactantem tanto impetu, vt niſi coercita caput promptiſſimę in aduerſum parietem, vel ſpondę vertices impegiſſet, manus contractę erant tàm validè, vt nulla vis poſſet effringere, interdum manu ſubito reducta pectus percutiebat tanto ſonitu, ac vehementia, vt magno in periculo fuerit, ne nullum pręcipuorum viſcerum lethali vulnere violaret, durabat iſtud per horas interdùm duas, à ſeptima ferè vſque ad nonam veſpertinam in parexiſmo neminem agnoſcebat, ſępè velut ab vtero ſuffocata rubebat inſigniter, cum laſsitudine quadam, ac ſenſim oboriẽtis febriculæ rudimento, ſemel atq; iterum ſpumeũ quiddam circa os apparuit. Contigit ſemel ſub parexiſmum repentè ex riſu in fletus, ex fletu in riſus maximos ſolui, & cum ad ſe reuerſa paululum in longam eſtaſim laberetur, ſubito ſilentium rumpens, non ſecum atq; cum Deo loquuta eſt velut attonita extenſis ad cęlum digitis ferè his verbis. Ita ne ò ſumme Deus tua illa tàm incredibilis pulchritudo eſt; quouſque nobis hic permanendum? aut quando me rapias vt te fruar? tàm quaſi à ſomno expergefacta ſic coram aſsiſtentibus inquit. Ecquis veſtrum ita mihi eſt odioſus, qui me ſummę quieti traditam, atque iam hortis Horridis longè pulcherimis lęuſitantem, in hunc miſerię campum, ac tenebroſum carcerem reuocarit? Quę ſanè dicta grauiſsimè quo pacto à puella rudiore pręſertim huius ętatis efferri niſi per extaſim poſsint minimè video. Interea nonnulli vomitus, qui floccos ingentes pilorum eijcerent cum materia purulenta inſtar ſaniei, interdum ſimili ſtercori colombino, aut Anſerino in qua colluic, & fruſtra lignorũ, & membranarum tenuia rudimenta, ſed lignorum partes adeò viuæ, vt ex caudicibus obſoletis diffractis in æqualiter comminutæ portiones viderentur, vnguis amplitudine, alię craſsitudine, intus fungoſæ, foris obductæ vetuſtiore cortice nigro, Paulo poſt cæpit alius vomitus

ater

ater, vt carbo, dixiſſes atramentum verum, vel ſępiæ ſuccum, immo car bones veros minutiſsimè tritos, atq; permiſtos ſingulis diebus prodeuntes ad quantitatem librarum duarum, aut trium ſæpiſsimè cum pilis tàm copioſis, vt nuci iuglundi includi non poſſunt, omnibus albis, pro lixis, & duriuſculis, quæ cum per triduum ita duraſſent, eiecit ſemel & puri ſanguinis tanquam à vena diſſecta libras duas nulli rei alterius generis permixtas, à vomitu ſanguinis rurſus ſequutus eſt ater, ac ſi an timonio tinctus fuiſſet humor omnino liquidus indies ſingulos ferè ad libras quinque, aut ſex; atq; hoc portentum ſeptimanam integram cō- ſtanti horarum lege, & ſpacio perdurauit aum relinquere pęnitus cę- perunt Epileptici paroxiſmi, qui primum diebus ſingulis affligentes, poſtea non niſi per tertium diem, ac poſtremò per ſeptimum repetie- rant. At virgo interea pilos adhuc, ſed pauciores gradatimq; atriores excernebat, immo & breuiores in dies, & cum prius ex flauo ruffeſce- rent, paulatim liuidi nigri, tandem aterimi, ac veluti diſſecti in fruſta minutiſsima redderentur. quandoq; & cum his virulentus humor, & craſſus, quandoq; ſimillimus limo; Circa ſeptembris medium membra- næ fruſta maiora tanquam ventriculi partes euomuit; habebant hæc ſpeciem tunicæ craſsioris, carnoſæ, lentæ, fractuq; contumacis, qui- bus profecto, (vt fœtus inuolucro choroidi,) etiam venarum ductus inarati ramoſa propagine ſpectabantur, interdum medij palmi longitu dine. Has aliæ ſunt è veſtigio ſubſequutæ tenuiores multò, ſed pęnitus nigræ, venarum duntaxat veſtigia referentes, alioqui membranę Alhan toidi non abſimiles. Poſtremò venerunt & tertij generis tunicæ vaſorū prorſus expertes aliarum omnium tenuiſsimæ, vt locum Amnij retine- rent. ſed erat his alia multò ſubſtantiæ, atq; figuræ ratio, quàm in ag- ninis fætuum inuolucris; nàm huic tenuitati aderat mira ſoliditas, figurarum ratio quouis miraculo maior, fragmenta illius varia, ſed tria prę cæteris rara duorum palmorum amplitudinem ſuperabant intertexta ſtirijs profundis ſiue Epigraphis, quæ ſe ſe à vertice ad baſim ſecan- tes mutuo, cancellos in rhombi ſpeciem efformabant, non habeo cui melius, conferam, quàm cum ſenecta viperæ, quàmquam nihil à me ha- ctenus conſpectum fuit, cui poſſet meritò comparari, ſed hoc in eo prę cipuè admirandum, quòd ſecundum longitudinis ductum velut canalis quidam profundior appareret inſculptus fibris traſuerſis & raris, pror ſus, vt in aſpera pulmonis arteria, erat hæc regio prorſus caua, & circu laris in vnius membranæ faſtigio paulatim anguſtior, anguini capitis veſtigium reprę́ſentans cum apophyſi maſtoeidi, ſeu proceſſu mamilla- ri, in alterius fine ſenſim lateſcens neſcio, quid, ventricoſum, & inæqua le etiam bifurcato vertici non abſimile præſeferet. Vniuerſæ partes

inuicem coaptatæ totius anguillę longitudinem, atq; craſsitiem ſatis luculenter expreſerant. Poſtquam haſce membranas eiecit, ſequuti ſunt lapides ferè inumeri, quos veſperi ſemper, hac ſtata horarum periodò magnis cum tempeſtatibus, animiq; deliquijs eructabat. forma fuit eiuſmodi, quæ paſsim in vetuſtis ædificiorum ruinis ſolet ocurrere, lapides ſolidi, anguloſi, inęquales tùm ſpecie, tùm magnitudine, quę ſubinde ad nucis iuglandis quantitatem acceſsit non abſq; ſuffocationis diſcrimine manifeſto, videbantur quandoq; obtecti calce, & coagmentati variè, vt ab illis, qui parietibus detrahũtur, diſtingui nō poſſent, ſemel me pręſente quendam eiecit lapidem anguloſum vix cum duplicis caſtaneæ mole librandum. hæſit is per horæ quadrantem, aut plus eo in eoſophago, ſic vt & tumor inſignis ipſum oſtenderet in interna gutturis regione eodem temporis ſpacio omni pariter & pulſu, & reſpirarione deſtituta permanſit, vt ne pluma quidem ori oppoſita moueretur, manus, pedeſq; frigidi, corpus rigidum inſtar ſtatuæ, vt egò nil amplius ad vitæ ſpem reliquum arbitraret, quiñ commiſeratione per cultus abitũ properabam actum eſſe proclamans, cum ſubitò me reuocans mater moueri filiam rurſus, atq; oculos aperire conſtanter aſſereret, ſtatim vt reuerſus fui, ſexum illud magna ſpiritus coteutione proiecit, vt & vomentem viderim manifeſtè, & in lebetem ſonitũ cadentis audierim magno horrore, tùm animi mei, tùm turbæ circunfuſæ. E veſtigio magnam quoq; ligni portionem pollicis longitudine pariter, & craſsitie, ſed minori difficultate ſecreuerit, erat hoc ſatis poroſum, ſtaminibus rectis inſigne, cui & commiſſura quædam inſignior velut per medium totius longitudinis excurſebat; interea tamen & pili per vices, ſed minores ordine pauciores, ac nigriores. Accesſit aliud, quod omnem excederet fidem, quoque puella in ſummum ſtrangulationis periculum venit, os enim triangulare ſolidum foris, intus cauum, ac ſpongioſum reddidit, nec mora ſequenti die articuli oſſei, tali, digitorum acies, rotulæ variæ ſpeciei & magnitudinis prodierunt. Interdum tamen & pili, & lapides intermixti, atq; omnium poſtremo vitri, & æris portiuncula. Hanc luſtrandam ſacris omnino, & ſacerdotum præcibus aſſerebam. Atqui diuinis miſſarum officijs ritè peractis, collatiſque elemoſinis ſtatim illæ portentoſæ excretionis, & tempeſtates conquieuerunt. Virgo quidem aſsiduis ærumnis valdè concuſſa, ac decolor manſit ventre ſubtumido, cum aorexia tanquam ad hydropiſim valetudo vniuerſa ſpectaret, ſed ſolo decocto rad. eryngij, aſparagi, iridis Illyricæ, ac Zarzæ reſtituta conualuit, aiebat tumorem ſibi relictum in inguinibus, quem vbi tẽtaui digitis, ac cedere vidi herniam flatuoſam ſubnaſci ex vomitus violentia iudicaui. Hactenus Gemma. Quod ſiquis hiſtoriã exactius enarratã, &

pluribus

pluribus verbis ab ipſo in fonte legere non grauabitur, remedia, quæ exhibita fuere puellæ, & quæ ægrotationis cauſę ab ipſo authore naturales putatæ fuerint, cognoſcet, Hoc vnum certè ſcio minimè veriſimile eſſe Regium medicinæ profeſſorem in ampliſsimè totius Flandrię, & Brabantię ſtudiorum ciuitatis conſpectu recenter occurſam hiſtoriam à veritate alienam enarraſſe, & ita perfrictę frontis, vt falſa pro veris typis exarata publicaret. Qua re iam ſatis his exemplis probatum puto, Dęmones aliquando malorum cauſam eſſe poſſe. Scio ab Aetio c. 9. lib. 5. quod & in lib. de Melancholia & Gal. Ruffo, & Poſsidonio legitur, humori melancholico aſcribi, quod vomantur abominabilia, & mõſtruoſa, qualia ſuperius allata, quod ſicuti aliquando vſu venire poſſe fatemur, ita & in nonnulis pręter naturę curſum Dęmonum ope accidere non ambigimus, ſed ad rem, cuius gratia digreſsi fuimus, reuerſi dicimus à nonnullis Dęmoni aſcribi quod inſanientes aliquando futura prędicant. Arętheus lib. 1. diuturnorum aff. c. 5. furoris ſpecies (inquit) vtiq; infinitę ſunt Ingenioſi nanq; ac dociles aſtronomiam callent ſine Doctore, Philoſophiamq; poſsident à nemine traditam, Poeticam quoque veluti à Muſis infuſam norunt. Aliquid enim & in morbis emolumẽti prębet docilitas. Rudes autem, atq; indocti homines hoc malo circũuenti grauia pondera ferunt, figulinam exercent, aut fabrilem, aut lapides cęlant, pręterea & monſtroſa quędam cogitant. huius rei cauſam & ſi ipſe hoc loco minimè tradat, tamẽ nos elicimus ex illius dictis lib. 2. acutorum morb. c. 4. vbi de illis, qui à febre vſtoria conſumpti ſunt, verba faciens ait. Animus conſtans, & ſtabilis eſt, ſenſu omnis purus, & integer, ſubtile ingenium, mens vaticinando idonea, primum quidem ſe ipſos de vita migraturos pręſentiunt, deindè preſentibus futura denunciant. Nonnulli verò interdùm eorum dictis fidem non habendam putant, ſed dictorum euentus homines in eorum admirationem concitat. Aliqui pręterea ex his cum quibuſdam vita defunctis ſermonẽ habent, fortaſſe quidem ipſi ſoli prę ſenſus acumine, & puritate eos adeſſe cernẽtes, aut fortè ipſorum animo viros, cum quibus verſaturi ſunt, pręnoſcente, atq; enarrante, quippe antea in lutulentis humoribus, & caligine demerſus erat, quos vbi morbus exhauſit, & ab oculis tenebras deterſit, quæ in aere fiunt, prædicant, exutoq; ſordibus animo, veraciſsimi vates efficiuntur, ſed quorum ſucci, & ingenium adeò extenuati ſunt, hi non diu admodum ſolent eſſe ſuperſtites, cum eorum vitalis potentia iam in aerem ceſſerit, atq; abierit. hactanus Arętheus, ſic moribundum Hectorem Achilli, Patroclum Hectori antiquitus, & noſtris temporibus Regi Philippo Imperatore Carolum certo preſagio, plura, quæ euentus comprobauit, admonuiſſe commemorant, anima ſci

licèt iam ſuo diuortio, & liberati proprior diuinitatis ipſius puriorem radium perſentiente, Ex quibus & nos elicere poſſumus in melancholicis intellectum aſsiduis cogitationibus minimè prępeditum in ſe ipsũ colligi, futuraq; præuidere. Sic Andreas Cattanius Imolenſis in trac. de cauſis mirabilium effectuum mirabilia, quæ in atrabile laborantibus conſpiciuntur, reijcit in intellectum agentem abſtractorum infimum, in Intelligentias, abſtractaſq; mentes cæleſtes, quæ homini iungantur, & ſuccum corporis cæleſti diſpoſitioni, ac ſtellis quibuſdam reſpondentem, Ariſt. probl. ſec. 30. probl. 1. hæc habet, In quibus multa, & frigida bilis eſt atra, hi ſtolidi ſunt, & ignaui, In quibus per multa, & calida, ij perciti, & ingenioſi, amaſij, propenſi ad omnem excandeſcentiã, & cupiditatem; nonnulli etiam loquaciores. Multi etiã, propterea quod ille calor ſedi mẽtis in vicino eſt, morbis veſaniæ implicãtur, aut inſtinctu lymphatico inferueſcũt, ex quo Sibylle efficiuntur, & Bacchæ, & omnes, qui diuino ſpiraculo inſtigari creduntur, cum ſcilicèt id non morbo, ſed naturali tẽperie accidit. Maracus ciuis ſyracuſanus Poeta etiã præſtantior erat, dùm mẽte alienaretur, Ex quibus verbis licet haurire Ariſt. ſententiam fuiſſe mirabiles inſanientium operationes in melancholicum ſuccum referre. Et ſi nonnulli hoc loco Ariſt. non de furentibus verba facere, ſed de ijs duntaxat qui habitu ſunt melancholico cõtendãt illis verbi moti. ὅταν μὴ νοσήματι λέγονται ἀλλὰ φυσικῇκράσει ideſt id non morbo, ſed naturali temperie accidit, quæ tamen verba, ſi rectè intelligantur nullam difficultatem faciunt, ſenſus enim eſt, qui inſania corripiuntur ex ſucco melancholico ex naturali temperie non aſcititia, & morboſa proueniente, mirabilia iam dicta edere. Nàm quod de alienantibus, & furentibus Ariſt. ſit ſermo ex tex. ipſo clariſsimè inoteſcit ſed parcãt mihi Diuini Philoſophi manes, non video quomodo ex humore melancholico talia prouenire poſsint, quod ſi in Dęmonẽ id referre noluerimus, ſatius certè erit id intellectiuæ animæ in ſe ipſam retractæ adſcribere. Cuius ſententiæ fuiſſe Macrobiũ opinamur in com. in ſomnium Scipionis, quo loco ex Platonis doctrina animam à cælo in corpus influentem dùm in cælo moratur diuinarum rerum omnium conſciam eſſe, ſed obliuionem quidem deſcendendo, cum ad corpus rapitur, haurire, quod ſi quando accidat minus in corporeis munijs detineri, & in ſe ipſam inflecti, ea recognoſcere, & memorari, quę nouerat antequam materialis influxio in corpus venientem illam ebriaret, vndè refert Platonis fabulam talem. Et quidam nomine fuit natione Pamphilus miles officio, qui cum vulneribus in prælio acceptis vitã effudiſſe viſus: duodecimo demum die inter cęteros vnà peremptos vltimo eſſet honorandus igne, ſubito ſeu recepta anima, ſeu retenta quicquid emenſis inter

vtranq; vitam egerat, viderat vè, tanquam publicum profeſſus iudiciũ humano generi nunciauit. Aſtronomi propoſiti problematis rationem reddere conati ad vniuerſaliores cauſas reducunt, vt in Centiloquio, & Quatripartiti 3. videre eſt, Nos & ſi Philoſophorum, Ethnicorumq; placita recenſuimus, illorum tamen ablegatis nugis rectę fidei inhęremus, & quę ſanctę Romanę eccleſiæ ſcitis cõſona prodita ſunt, ſequimur. Quod Chriſti Iesù Domini noſtri doctrinę expedire, chriſtianoq; nomine dignum firmiter credimus. Sed antequam poſtremam manum huic capiti imponamus, libet in Medicorum gratiam, quorum cauſa potiſſimum labores hoſce noſtros ſuſcepimus. Mirabilem hiſtoriam furentis hominis ab Aretęo relatam lib. 1. Diut. aff. c. 6. ſubſcribere. Id etiam fama diuulgat. Carpentarius quidam olim fuit, cum domi eſſet prudẽs operator, ligna bene metiebatur, ſcindebat, complanabat, clauos iungebat, aptabatq; in domo extruenda, ſobrius cum exactoribus operum verſabatur, paciſcebatur, pro laboribus iuſtam mercedem poſcebat. porrò iſto in loco, vbi arte ſua fungebatur, mente conſtabat, at ſi in forum quandoq; diſcederet, ad balneum, aut ad aliud quippiam neceſſarium, inſtrumenta deponens primo ſuſpirabat, deindè egrediens humeros conſtringebat, poſtea cum è ſeruorum fabricæ, lociq; illius conſpectu abijſſet, tùm pęnitus inſaniebat, & furore rapiebatur, quod ſi ad eundem locum celeriter recurriſſet, iterum ad ſe redibat. Hęc erat inter locum illum, & viri mentem cognatio, hæc Arętcus, cuius ſentẽtiam de ſympathia loci & mentis carpentarij non approbamus. ſed potius ad deprauatam viri imaginationẽ confugiendũ arbitramur, vt ſcilicèt imaginantur ſibi inſaniendum eſſe, cum extra locum illum morari contingeret, ſicq; egreſſus furentis actiones ederet. Nec illud inſanię genus reticendum, cuius meminit Albertus Krantzius lib. 5. Danię Ericum ſcilicèt Danię Regem à Muſico quodam vnà cum alijs conſocijs in furorem cytharę ſono actum, cum hic homines lętari, triſtari, ac in furorem adigi concentu cytharę cogeret, ac omnes affectus, quando vellet moueret, qui tamen ſono ceſſante reſcipuit vna cum alijs.

Facultatis memoratricis admirandæ affectionis. Ca. II.

ADmirandum profectò, quod aliquando eueniſſe legimus, obſeruatum aliquibus ſcilicèt ita memorandi facultatem abolitam, vt omnium prętcritorum obliuiſcerentur Cæteris Principibus facultatibus integris permanentibus, ſcribit Plinius lib. 7. Naturalis hiſtoriæ, quòd ex præalto tecto lapſus, matris, affinium, & propinquorum cępit obliuionem,

alius

alius verò ægrotus ſeruorum etiam, ſui verò nominis oblitus eſt Meſſala Coruinus orator, ſed & illud nos magis etiam in ſui admirationem trahit, quod ibidem Plinius retulit, Ictum quendam lapide literarum tantum modum oblitum fuiſſe. Valerius Maximus lib. 1. memorabilium c. vltimo meminit, & ipſe hominis cuiuſdam Athenienſis, qui cum ictũ lapidis in capite recepiſſet, cæterarum omnium rerum meminerat litteris exceptis, quarum omnium omnino oblitus fuit, qui an idem fuerit cum illo, cuius verba fecit Plinius, an potius alter, haud ſatis certè affirmare poſſumus. Horum euentum cauſam indagantes nos operepretium facturos arbitramur. Sciendum itaq; Memoriæ læſionem ſemper fieri à frigida intemperie, cui vt plurimum humida, nonnunquam & ſicca aſſociatur, quemadmodum docuit Gal. 3. de locis aff. c. 5. exemplo adducto cuiuſdam qui ob laborem in ſtudijs, atq; vigilias memoriam penè amiſerat; Et Agricolæ qui ob labores quos vites Colendo ſubierat ac tenuem victum, eodem modo affectus eſt; quod ſi Paulus Alsharauius, & Auic. hoc vitium ad ſolam intemperiem humidam, vel ſiccam referunt, & non perpetuè ad frigidam, non tamen reijciendi tanquam Gal. contrariantes, nam vt læue hoc vitium paſsiuis duntaxat ita graue ſoli frigiditati aſcribendum. Quamobrem in ſaporiferis affectionibus cunctis iure videtur, Aetium lib. 6. memoriam perdi decretum reliquiſſe, in quibus frigiditas, & humilitas vigent, quod tamen haud quaquam ſemper verum eſſe patere poteſt ex hiſtoria condiſcipuli Gal. cathoco depræhenſi, cuius meminit Gal. in 2. com. in 1. Pror. com. 56. cuius nos infra verba faciemus, & ex altera hiſtoria tradita à Fernelio 5. de par. morb. & ſymp. c. 2. quo loco de Caro verba faciens habet. Quidam quum per acceſsionem ita ſopiretur, vt nec pilorum auulſionem, nec punctionem ſentiret, excitatus tandem omnia furore quodam memorauit, quibus acerbè excruciatus fuerat in ſopore, quæ Fernelij verba rectè ſunt intelligenda cum inquit, Caro detentum non perſenſiſſe punctionem, & pilorum auulſionem, ideſt ab illis, non fuiſſe excitatum, nàm ſi ſecus interpretentur haud à nota ab erit Fernelius cũ Pauci teſtimonio Caro affecti, ab Apopleticis ex hoc vno deſtingantur, quòd illi puncti ſentiant, licèt non loquantur, & excitentur iſti nequaquam. nàm qui ex ſola reſpiratione non lęſa Carum ab Apopleſia diſcriminantur, parum certam notam afferunt. Cum in Caro forti, & ipſam oblædi conſpiciamus & in Apopleſia debili puxillam admodum læſionem obſeruemus, niſi itaq; Aegrotus à Fernelio memoratus perſenſiſſet punctiones, vtiq; nec excitatus eas commemorare valuiſſet, cum nihil in memoria eſſe poſsit, quod prius non fuerit in ſenſu. Sed ad prioris hiſtoriæ dilucidationem accedentes memoriam vnam oblæſam ratio

ne

ne illeſa mirati ſumus, Cum Gal. 3. de loc. aff. c. 5. ſcriptum reliquerit læſam memoriam nobis occurrere vitiata ſimul quodamodo ratione, quemadmodum ſi ratio lædatur memoriam quoq; lædi contingit, prętere rea & Aetius ſcribit, quòd viciata operatione memoratiuæ facultatis, neceſſe eſt item imàginationem, & cogitationem lædi, & earum operationes corrumpi, Ad hæc maximè veritati conſentaneum videtur male affecta ratione potentia nobiliori minorem quoq; memoriā ſcilicèt offendi, ſicuti dempto animali demitur, & homo. Inſuper cum Principes facultates omnes ſuas edant operationes in cerebri corpore, & in illo conſiſtant ex Gal. ſententia 3. de locis aff. 5. & illis vitiatis vitietur & cerebri temperamentum, qui tunc afficitur tanquam pars ſimilaris, & non tanquam inſtrumentalis nulla ratio perſuadet, quòd vitiata memoria reliquæ integræ permaneant; ſiquidem cum functionum animalium Principum noxæ, nec earum generatio ſubito fiat, nec ſubitanea ſit earundem ſolutio ex Gal. doctrina, dicendum cerebrum tunc ſecundũ ipſius corpus, minimè verò ſecundum ventres affici, quod pariter Gal. lib. artis Medicæ c. 12. manifeſtè demonſtrat, dùm inquit promptitudinem intellectus ſubtilem cerebri ſubſtantiam indicare, tarditatem verò intellectus craſſam, & diſcendi facilitatem formarum facilè ſuſceptiuam, memoriam autem ſtabilem, & firmam, ſicuti diſcendi difficultatem formarum non facilè ſuſceptiuam, & obliuionem fluuidam; quod etiam Ariſt. lib. de memoria, & reminiſcentia c. vltimo confirmat. Cum itaq; Principes operationes, earumq; virtutes, & vititia tantummodo indicent cerebri ſubſtantiam ſubtilem, vel craſſam, mollem, vel duram, in ipſo quoq; & ipſius corpore eaſdem exerceri neceſſariò ſtatuendum, & per conſequens vna earum vitiata, & alias quoq; oblędi; nec obſtat, quòd in Caro, Apoplexia, & huiuſmodi affectionibus cerebri, in quibus ipſum affici ſecundum ventres contingit, non ſolum lædantur Principes operationes, ſed & aboleantur, Indicium, quòd ipſę in illius ventriculis, & non in corpore fiant. Nanq; in huiuſmodi præter naturam affectionibus non per ſe læduntur hæ potentiæ, ſed per conſen ſum prohibita ſcilicèt & ventriculorũ obſtructione delatione ſpirituũ per cerebri corpus, quibus, ſpiritibus tanquã inſtrumento medio prin cipum facultatum operationes eduntur, de qua conſenſus ſpecie meminit Gal. 1. & 3. de locis aff. exemplo deſumpto à voce vitrata, cum afflatio, quæ eſt materia vocis, deperditur, ex quibus adhuc inſtantiam in ſuo robore permanere videtur, nempè quòd vna harum potentiarum vitiata & aliæ quoq; vitio carere nequeant. Cratius tamen oppoſitum quotidiana experientia docet, & Gal. confirmat 3. libro de ſymp. diff. cap. 3. adductis exemplis, & primo imaginatio-

nis

nis tantummodo læſæ hiſtoria Theophili Medici ægrotantis, qui cum alioqui prudenter diſſereret, atq; eos, qui tum præſentes erant exactè noſceret, Tibicines tamen quoſdam arbitrabatur eſſe in angulo cubiculi, in quo decumbebat, eoſq; tibia canere, atq; pulſare, & ſi illos videre putabat, alios quidem ſtantes, alios autem illic ſedentes, atq; ita continenter canentes, vt neq; noctu, neq; interdiu quicquam remitterent, aut quieſcerent, ne minimo quidem temporis momento proindè aſsiduè clamans iuſsit eos à cubiculo expelli, atq; hanc habuit ille delirij ſpeciem, is, vbi conualuit, abeunte morbo quicquid ſinguli eorum, qui ipſum viſitabant, vel dixiſſent, vel egiſſent, narrabat, deniq; viſa Græci phantaſmata vocant, quæ de Cantoribus apparuerant, memoriter recitabat. Sunt verò & alij, quibus nulla apparent viſa, ſed non rectè ratiocinantur cogitandi facultate in ipſis affecta, vt Phrenitico illi contigit, qui obſeratis intus ianuis protulit per feneſtras ſingula vaſa interrogans prætereuntes, iuberent ne ea proijcere, hic ſingula vaſa ſuũ nomandaturus probè nominauit, vndè intelligere licebat, neq; imaginãdi functionem circa illa fuiſſe læſam, neq; nominum memoriam deletam, at quamobrem ipſe decreuiſſet ea ab alto deijcere, & ita frangere, id coniectura aſſequi nemo poterat, ex ipſo tamen opere illum inſanire, nec probè diſcurrere conſtabat. Iam memorandi animæ facultati poſſe accidere vitium cæteris illæſis potentijs Principibus, vel Thucyditis teſtimonio, in hiſtoria belli Poloponenſiaci lib. 2. diſcere licet preter exempla ſuperius alata, qui nonnullos in peſtilentia ſeruatos adeò omnium, quę antea nouerant, fuiſſe oblitos comemorat, vt non ſolum ſuos familiares non agnoſcerent, ſed ne ſe ipſos quidem; ex quibus conſtat vnam duntaxat Principum functionum lędi poſſe reliquijs non vitiatis, quod pariter Gal. 4. de locis aff. c. 2. confirmat exemplo à ſemetipſo deſumto, dùm feſtuccas, & floccos colligeret, quos putabat eſſe in veſtibus, & altero exemplo adducto de puero lanifico vitrea vaſa, & puerum è feneſtris proijciente. Id quoq; ab Aetio ſer. 2. c. 2. confirmatum legimus, dum deſcribit tres principaliſsimas phrenitidis differentias, aut enim ſola imaginatiua facultas læſa eſt, ſeruatur autem raciocinatiua, & memoria, aut ratiocinatiua, & imaginatiua læſę ſunt, ſeruatur autem memoria. Reliquum itaq; eſt, vt pro hac veritate tutanda authoritatibus & rationibus in aduerſum allatis ſatisfaciamus, & primo ad Gal. dictũ reſpondendum textum illum perperam in latinum à Gręco tranſlatum deſficit enim vox, quæ in Græco codice reperitur πολλάκις ideſt ſæpè, qua dictione addita, propoſitio illa, quòd læſa ratione lædatur memoria, & è contra non abſolutè prolata erit, ſed conditionaliter, ita quòd id ſæpè, ſed non ſemper fiat, nanq; vt tradit Paulus lib. 3. c. 11. id non

ſemper

ſemper, ſed nonnunquam fit, incipit enim quandoq; rationis læſio, qua aucta aſciſcitur & memoriæ læſio, nonnunquam initium eſt à leſa memoria, cui deindè iungitur, & rationis defectus. Ad auth. Actij dicimus ipſum loquutum non ex propria ſententia, ſed Poſsidonij, & in textu clariſsimè legitur, rationi verò adductæ ſic occurrendum cenſemus, quod & ſi principũ facultatum animalium cerebri fiant in corpore, & in illo conſiſtant, tamen non omnes in eadem parte, & loco corporis cerebri fieri, quare vna duntaxat parte exempli gratia intemperata reliquis illæſis vnam dùntaxat earum oblædi contingit, puta anteriori imaginationem, media cogitationem, poſteriori memoriam, vel ſi binæ cerebri partes, binas quoq; facultates, ſi omnes, omnes quoq; potentiæ, vitiẽtur vel deperdantur, vel minuantur, prout morbus maior, vel minor fuerit, Nec obſtat quòd Gal. lib. de oculis 2. c. ſcriptum reliquerit has operationes fieri in cerebri ventriculis, per hęc verba. Spiritus autẽ animatus de vitali fit, vitalis in corde generatur, & naſcitur, à corde enim duę venę ad cerebrum aſcendunt, quę ſubtus cerebrum venientes multis diuiduntur modis, & protelatę faciunt quaſi rete per quas ſpiritus vitalis à corde ad cerebrũ deductis in illo rete moratur quoſq; modificetur, & ſubtilietur, purificatus deindè ad medium ventriculum cerebri tendit ibiq; aliquantulum permanens ſubtiliatur, poſtea ad puppis vadit ventriculum, ſed via, quę eſt à medio ad puppim non eſt aperta, habet enim portam, in qua quoddam obſtaculum eſt, cuius forma eſt ſicuti pinea, quam Anatomici vermem vocant, ſed fermè ſemper clauditur, vndè cum ſpiritus, qui eſt in puppi fuerit motus fit memoria, cũ is, qui eſt in medio, fit intellectus, & ratio, cum ille, qui eſt in prioribus fit ſenſus communis, & phantaſia. Hunc librum inter Gal. ſpurios cõnumerari manifeſtiſsimum eſt, ſed demus Gal. legitimum eſſe, illius dicta ſic erunt interpretanda, quòd ſcilicèt ſicuti ſpiritus animalis in diuerſis ventriculis exiſtens, & diuerſimodè motus ad diuerſas cerebri ſubſtantię partes efficit animales operationes principum facultatum, ita quoq; exiſtimãdum, ſi ventriculis vitium accidat, cõmunicari quoq; partibus corporeis vicinioribus nocumentum, ſicq; & vitiari principũ facultatum operationes. Sicq; anteriori corporis cerebri parte laborante lædi imaginatiuam, quæ à ſpiritu in priori ventriculo contento tanquam inſtrumento fieri ſolet, ſic media cogitatione, & poſtrema memoriam, non enim intelligas, velim ſpiritum animalem moueri duntaxat in ventriculis, dùm principum facultatum operationes efficit, ſed & ab illis & moueri, & impartiri vniuerſæ ſubſtãtię, & corpori cerebri, ibiq; inſeruire dictis operationibus, ſicuti dùm continentur in ventriculis magis ſenſui, & motui accommodant. Hoc autem ellicitur & Gal.

dictis.8. de vſu partium c. 13.vbi in toto cerebri corpore, non in ſolis eius finibus, ſeu ventribus ſpiritum animalem multum contineri fatetur, quo certè tanquam inſtrumento vtuntur principes animæ noſtræ facultates ad propria munia patranda, quare ſi ſic Gal. dicta lib. illo intelligãtur, ipſum ſibi minimè pugnare patebit, ſecus ſi alio modo intellexeris. Ita quoq; & Auicennæ dicta fen. 1. 3. trac. 4. c.11.& Auer. 2. collec. c. 20. & lib. de memoria, & reminiſcentia c. 3. ſunt accipienda, dùm docent in varijs, & diſtinctis cerebri partibus operationes, fieri harum principum functionum, nempè nonſolum in varijs ventriculis cerebri varias haſce operationes effici à ſpiritus in illis contento, ſed & eodem per cerebri ſubſtantiam diſperſo, & diſeminato. vndè principes animæ facultates eſſe ſedibus diſtinctas neceſſariò ſtatuendũ eſt. Nec obſtant Fernelij argumenta, quæ lib. de func. & humo. c. 15 adducuntur ad probandum ex ſola læſione vnius potentiæ reliquis illæſis nõ eſſe coucludendum varias in cerebro ſedes obtinere. ait nanq; effici, quòd vna magis lædatur altera, non quòd loco ſint diſtinctæ, ſed quod vna ſit altera vegetior, vel imbecilior, vndè ſi cauſa delirij fuerit læuior potentiæ validiores, & firmæ magis reſiſtent illi, & non lędentur, infirmę autem minus cauſę irruenti obſiſtent, & lędentur, at ſi cauſa delirij vehemens fuerit omnes, malè afficientur, aliàs pari iactura aliàs diſpari, quę tamen Fernelij ſententia iudicio meo parum ſubſiſtit, quinimmo ipſe proprijs fundamentis facile conuincitur, peterem enim ab ipſo, ſi (vt ipſe fatetur) non ex animę eſſentia, ſed & conſtitutione inſtrumẽti corporei animæ facultàtes omnes validiores, vel imbeciliores fiunt, cum in eodem ſubiecto eſſentia principum functionum omnium ſit eadem, quomodo fieri poterit, vt vna altera ſit vegetior, & validior, ſi indiſtinctè per totum cerebri corpus operationes ſuas perficiunt, quod vbiq; eodem temperamento, eademq; conſtitutione prędìtum ſit, certè ego hoc non video, niſi ſedibus diſtinctas haſce ſtatuamus, quarum vnà cæteris illęſis vexari, & offendi contingat. Ad id verò, quod poſtremo loco obijciebatur, reſpondendum, quod fatemur, cogitatiuam facultatem cęteris nobiliorem eſſe, ſed minimè tamen reliquas ſub illa ordinari, quemadmodum homo ſub animali, dempto enim animali demitur & homo, ſecus verò cõtingit in hiſce functionibus, nàm oblęſa cogitatiua potentia nobiliori quidem, ſed non à cuius eſſe cęterę neceſſario pendeant, reliquę integrę ſubſiſtere poſſunt, quia ſedè ſunt ab illa diſtinctę, & ſuum eſſe ab illa ſeiunctum obtinent, ſed quis rurſus obijciet Gal. locum lib. 2. de motu muſculorum c. 6. quo loco ſic ſcriptum legimus. Pars animę imaginatiua, quęcunq; ea ſit, hęc eadem & recordari videtur, ex quibus patet Gal. ſententia fuiſſe, ſiuè potentiã, ſiue in-

ſtrumen-

ſtrumentum, & ſedem ſpectes, eandem eſſe imaginatiuam, & memoriam ſatisfacimus dicentes, Gal. minimè loquutum fuiſſe affirmatiuè, & aſſertiuè, ſed per verbum videtur, quòd, ſi hęc reſponſio haud arriſerit, dicamus, per partem non potentiam, non inſtrumentum, nec ſedem intellexiſſe, ſed partem animæ, hæc enim eadem eſt, quæ imaginatur, & memoratur, nanq; principes facultates licèt quo ad operationes ſint diſtinctæ, vnica tamen vis eſt, à qua hæ actiones proficiſcuntur, quod ſi ſecus Gal. dicta interpretemur, erit à contradictione apertiſsima extricandus, cum alibi pluries haſce facultates inuicē diſtinctas ex profeſsò, & accuratè fecerit, vt potè 4. de loc. aff. 2. inquiens. Cum anterior cerebri pars affecta in conſenſum traxerit ſupremum ipſius ventrem, cogitandi actiones vitiari, ex quibus facilè colligimus cogitandi vim fieri in media cerebri parte, quàmuis enim ventriculum nominet totam tamen cerebri partem intelligendam eſſe ex ijs, quæ ſuperius diximus, exploratum habemus, ſpiritus enim, qui in ventriculis generantur, per ſubſtantiam cerebri diſperſi operationum Principum efficientes ſunt. Non enim audiendus Gentilis qui 1. tertij dub. 13. & 14. poſt multas ambages cōcludit generationē ſpiritus animalis nō fieri in cerebri vētribus, ſed in plexu illo mirabili antè vētres locato, arteriæ nanq; ex quibus plexus ille conſtituitur naturæ ſuæ conditione nulla à cæteris corporis arterijs diſtant, gignunt autem, & continent reliquæ vitalem, non animalem ſpiritum, quem ad cerebri ventres delatum in animalem verti teſtantur doctiores omnes, qui à vētribus per ſubſtantiam cerebri diſperſi, & diſtributi operationum Principum facultatum ſunt inſtrumentum, quod & ipſe Gal. paulò inferius oſtendit, dum in ſopore, & morbo comitiali ventres magis, cerebri corpus minus, in apoplexia verò corpus magis affici ſolere tradit, ſubditq; quòd in Caro anterior pars magis, in Apoplexia, & morbo comitiali vtraq; afficitur, in catalepſi verò, & Catocho poſteriora cerebri potius affici, vt intelligamus in anteriori parte fieri imaginationē, ſiquidē vt Gal. ſcribit lib. de diff. ſymp. Carus, ſeu ſopor eſt quædā veluti reſolutio principis facultatis pſertim imaginatricis, ſicuti in Apoplexia, & Epilepſia magis ratio in Cathoco verò & Catalepſi magis memoria; Verùm vt Gal. mētē fuiſſe clarius oſtēdamus, potētias principes ſede & loco diſtinctas eſſe, Illius dicta in com. 1. in 1. Pronethicorū tex. 27. adducimus. cū enim ibi docuiſſet ex varia fluxione ad varias & diuerſas partes cerebri, varias quoque præter naturā affectiones oriri exēplificat in ſenſibilibus operationibus, & inquit. Vt floccos euellere, & feſtuccas colligere ſenſus vidēdi eſt offendiculū, ita & hoc audiēdi, ſcilicèt iubere tubicina, tibicineſq; expelli, quàmquā ex his adſit nemo, fit quoq; in olfactu ſymptoma nō diſsimile,

mile, cũ ſcilicèt graueolétes quoſdã odores, q nõ adſunt, inculpãt, sũt, qui incũbẽs quippiã ſuſtolli iubẽt, tãquã graue admodũ, vel calefaciẽs, vel mordẽs, vel refrigerãs, ſenſu tactus in huiuſmodi ſymptomis oblæſo; ſubdit autẽ paulò poſt. Quo autem modo in ſenſitiuis percurrit, ita & ratione, mente, memoria, & cogitatione permutationes phreneticis fie ri videmus; & parùm infra addit. Imaginare itaq; mihi ægrum aliquem dictas permutationes omnes habuiſſe, & circa vrinas, & circa alia, quibus memoria in nonnullis offenditur, imaginare item, & in ſenſibilibus repræſentationibus viciſsim offenſas fieri, pari modo & in intellectualibus; in tali cauſa quidem in cerebro exiſtit, ſed aliàs alium ipſius locũ infeſtat, quod transfluit. Dij boni quid clarius dici poteſt ad demonſtrandum principum functionum operationes in diuerſis cerebri partibus fieri, quod clarius etiam inoteſcet totum integrum caput illud legenti, cuius ſententiæ & Aueroem fuiſſe 2. coll. c. 20. & c. 2. de memoria, & reminiſcentia exploratum eſt. Hoc tamen Placitum impugnatur à Donato ab Altomari viro inter recentiores doctiſsimo in quæſtione de Principibus functionibus, opinioniſq; ſuæ fundamentum à Fernelio mutuatur, cui abundè ſupra ſatisfactũ putamus. Duobus autem exemplis probare contendit Principes animales potentias in cerebro loco diſiunctas minimè eſſe, quorum primum deſumit à facultatibus naturalibus, quæ in membris noſtris reperiuntur attractrice nempè, retentrice, concotrice, & expultrice, quæ & ſi æquè in omni membri parte reperiuntur, nihilominus accidit vnam, vel alteram oblædi, cæteris integris permanentibus, quod tamen exemplum (bona venia clariſsimi viri ſit dictum) propoſitę rei minimè conuenit, nam non eſt par ratio; conſtat enim naturales facultates Gal. teſt. paſsim, præcipuè verò 3. de facul. natural. ſua munia in membris obire caloris naturalis opere varijs villorum generibus medio, quod in inteſtinis, in ventriculo, veſica, & in venis, quibus medijs hepar liem, & renes attrahunt, retinent, & expellunt conſpicere licet. Atquis ſanę mentis, & doctrinę facultatum principum operationes in cerebri ſubſtantia alio quàm ſpirituum medio, & inſtrumento perfici contendet? Ita quoq; & alterum exemplum à febribus deſumptum parum, vel nihil certè ad propoſitum facit, hęc enim vel illa febris potius excitatur diaria, ſcilicèt putrida, vel hectica ſeparatim ab alijs, quia ſubiectum, in quo calor pręternaturalis accenditur, diuerſum exiſtit; at cum vitiantur animales principes functiones id cerebro oblęſo tanquam parte ſimilari, vel inſtrumentali à quouis morbo contingere poteſt, ſed ſiuè cerebri ſubſtantia, ſiuè ipſius naturalis humor, ſiuè vaſa malè afficiantur, non eſt maior ratio, cur potius imaginatio, quàm diſcurſus, vel memoria oblędatur, cum cerebrũ

ex ijs omnibus conſtans illius nempè corpus earundem functionum omnium ſit ſubiectum; quare potius ad partium, & locorum diuerſitatem erit recurrendum, quod feciſſe ſuperius Gal. docuimus, Falſum prȩterea eſt, quod Altimarus tradit, ſcilicèt ex leui frigida intemperie ſolam memoriam, Ex forti frigiditate, & rationem ſimul neceſſario oblȩdi, ſic quoq; ex calida leui, imaginatiuam, ex forti & rationem ſimul vitiari. Nàm ex ſuperius adductis aliquando ratiocinium malè affici, cȩteris potentijs illȩſis, exemplo ex Gal. adducto demonſtrauimus. Nō enim adeò facile lȩditur memoratrix facultas, vt ipſe ſcribit, quinimmo nobilem eſſe potentiam ex Gal. dictis, & facilè iniurijs renitentem colligimus, habet enim 3. de locis aff. ſec. 3. Animam ſedem in corpore obtinere, atq; & in ipſo & rationis vim, & ſenſibilium imaginum memoriā reſidere; ac primum ipſius inſtrumentum tùm in ſenſibilibus actionibus omnibus, tùm in his, quȩ à conſilio, & voluntate prodeunt ſpiritum eſſe, qui in ipſius ventriculis maximèq; in poſtremo continetur, quàmuis non ſit contemnendus medius ventriculus proindè quaſi non nobiliſsimus ſit, multis enim rationibus inducimur, vt hunc amplectamur, duos verò anteriores deſeramus; ex hiſce Gal. dictis, cum memoratrix facultas circa poſteriora cerebri fiat & ſpiritus ibidem plurimus, & optimè elaboratus reperiatur, non eſt dicendum, facilius memoriam cȩteris offenſas recipere, Quòd ſi Gal. idem 3. de Hip. placitis c. vltimo explicans mythologiam fabellæ, qui Mineruam pingit è Iouis vertice pro natam, inquit ideò è vertice fictioni additum eſſe, quoniam ſubeſt vertici medius, iſq; principalis cerebri ventriculus ſapientiæ origo, quæ ad Mineruam refertur, non tamen exiſtimandum ſibi ipſi, & ſuperius dicto loco contrariari, cum enim medium ventriculum principaliorem facit, reſpicit ratiocinium, & cogitationem, quæ circa medium ventriculum ſuas edunt operationes; cum verò mobiliorem, poſteriorem appellat, ſpectat perfectionem ſpirituum, qui elaborationes in poſteriori ventriculo continentur. Statuamus itaque Auer. opinionem, quam plerique alij ſecuti ſunt, non eſſe contamnendam, ſcilicèt imaginatricem circa anteriora, cogitatricem circa media, memoratricem circa poſteriora cerebri ſuas perficere operationes. Neſcio certè quid in mentē venerit Præclariſsimo conciui noſtro Iulio Delphino, cum in ſua quæſtione de facultatibus principibus animæ aſſerit cogitatricem fieri in anteriori cerebri parte, Imaginatricem verò potentiam in medio. Sed quis aduerſus poſitionem noſtram inſurget Gal. aut. eodem 3. de locis aff. vbi cum haſce facultates in cerebri corpore ſedem obtinere docuiſſet, earum tamen ſedem non ſolum diſcriminare omiſit, ſed & inquit ſatis eſſe ad probè curandum noſſe ſedem affectam eſſe cerebrum, licetq;

illius

illius ventres recenſens ſpiritui in poſteriori ventriculo genito primas deferat ab obeundas operationes, quę à conſilio, & voluntate prodeūt, ſubdit tamen hæc verba. Verùm exacta horum notitia ad curationis inuentionem nihil ferè conducit, quaſi dicat, ad curationem non refert, ſi hæ facultates ſede inter ſe ſint diſtinctæ nec ne, quod pariter videtur innuere lib. 13. Meth. c. 21. dùm ſiue ſynciput, ſiue occiput laboret, ſiue phrenitis occupet, ſiue lethargus, affecto capiti localia perpetuo ad verticem, qua parte ceſſat in coronalem, imponi mandat, quod vtiq; nō faceret, ſi facultates hæ in cerebro eſſent diſiūctę, anteriori enim parti ſi imaginatio; mediæ, ſi cogitatio; & poſteriori, ſi memoria oblæderentur, topica præſidia adhibenda mandaret. Cui dubitationi ſic nos ſatisfactum volumus Gal. anteriori capitis parti in quocunque caſu localia medicamenta apponenda cenſuiſſe, non quòd medicam nō eſſe difficultatem minimè ſit arbitratus, ſint ne facultates principes in cerebro locis diſtinctæ, an coniunctæ; Sed id potius præcepiſſe eo, quòd eo loco tùm propter futuram inſigniorem coronalem, ſcilicèt & etiam oſſis tenuitatem facilius localium qualitates, & vires ad cerebri ſubſtantiam promeare poſſe cognouerit, alioquin & mediæ, & poſtremæ parti auxilia medica appoſiturum, prout occaſio, & morbus exigeret, ſi æque ad interna promeare poſſe animaduertiſſet. Statuamus itaq; memoriā ſolam aliquando vitiari poſſe, & aboleri cæteris facultatibus principibus illæſis hac de cauſa, quòd cerebri poſteriora tantùmmodo male afficiantur, non autem anteriora, & media. Reliquum modo eſt, vt ad alterius quæſiti dilucidationem ſtilum conuertamus, erat autem huiuſmodi. Cur nonnullis ex morbo præſertim ex caſu, vel percuſsione literarum dumtaxat obliuio acciderit. quæ res certè multa difficultate minimè vacat, Nos cauſam, quam putamus, afferemus, quòd ſi quis potiorem oſtendet, libentiſsimè acquieſcemus illi. Diſciplinam, Memoriam, obliuionem, & reminiſcentiam diuerſimodè fieri non eſt ambigendum, & quodamodo mutuo ſe conſequi, ſiquidem diſciplina Ariſt. teſtimonio lib. de mem. & reminiſcētia ab antegreſſo quodam principio emanat, & vt ibidem Auer. docet, diſcimus, quod prorſus ignoramus; id autem fit medio ſenſibilium phantaſmatum, quorum ſi inſignes impreſsiones in imaginationibus ſuſcipiat anima, eas perpetuò cōſeruat, & ſic dicitur memoria tenere, ſin obſcuras, & ſuperficiarias penitus, non conſeruat, dicitur obliuio, & obliuiſci, vt Gal. 2. de motu muſc. c. 6. docet, quod ſi aliquid prius cogniti memoria excidit, & aliquid permanet, & ex eo, quòd permanſit, deducimur in notitiam eius, quod excidit, dicitur reminiſcentia, & reminiſci. Eſt igitur reminiſcentia non prior illa ſimulacrorum facta, & impreſſa figuratio, ſenſus enim in actu

huiuſmodi eſt paſsio, neq; etiam illa, quæ iamdudum idolorum facta fuit conformatio, quæ perdurat, & tota eſt integra, iſtud enim eſt memoria, ſed figuratio quidem, & conformatio iamdudum facta, cuius pars ſanè quædam integra, & incorrupta perdurat, pars autem reliqua abijt iã, & euanuit, ab integra, & incorrupta excitus poſtea animus abolita, & deperdita inueſtigat ſimulacra. Et ideò iure Auer. loco citato docuit, quòd vna eſt virtus ſubiecto, quæ memoratur, & reminiſcitur, duæ verò ſecundum modum, & diuerſitatem operationis. Quibus ſic ſe habentibus dicimus, quòd bonarum literarum, & diſciplinarum, ſcientiarumq; longo tempore, & ex repetitis habitibus fit cognitio, & adeptio; rerum autem ignobiliorum facilior eſt acquiſitio, quamobrem ſi contigerit inſignem læſionem cerebro, & ſpiritibus inferri, quibus inſtrumentis animæ principum facultatum fiunt operationes, inter quas memoria & reminiſcentia, fit inquam, vt ad excitanda phantaſmata, & ſimulacra, quę iã aliqua ex parte exciderãt, in quibus diſciplina, & ſcientia, & bonæ literæ fundabãtur, multis, & vegetioribus ſpiritibus opus ſit, vt inſtrumentis & cerebri bona conſtitutione, ad hoc vt fiat reminiſcentia, & quæ iam ob præcedẽtem offenſam oblita quodamodo erãt, rememorentur. Secus verò fit in rerum ignobiliorum ſcientia, & memoria reparanda, cum enim illarum appræhenſio nullo propèmodum negocio, & facile fiat, fit quoq;, vt facilè etiam excitetur illarum reminiſcentia, & deturbata ſimulacra, in quibus earum conſtabat cognitio, in priſtinum ſtatum redigantur, præſertim ſi læſio minus fortis extiterit. Ponamus itaq; alicui ex præcedenti morbo, puta intemperie frigida etiam cum materia cerebrum ita malè affectum, & debilitatum, vt præteritorum omnium obliuio hominem capiat, ceſſante morbo, & ſenſim reparata vi cerebri, nonſolum ignobiliorum rerum, ſed & nobiliorum ſuccedet reminiſcentia, voco autem nobilem cognitionem illã, quæ multo tempore, & labore adipiſcitur; ignobiliorem verò, quę oppoſito modo. Quod ſi inſignem valdè offenſam cerebrum ſenſerit, ita vt præteritorum omnium obliuiſcatur laborans ægrotus, puta ſolutionẽ cõtinui talem, vt indè debilitatem inſignem cõtrahat, à qua reparari nullo pacto poſsit, tunc profectò, vel nulla ſequetur recordatio, vel ſi vlla potius rerum ignobilium, quam nobilium, & cauſa eſt, quod pauco negocio primum perfici poteſt, ſecundum verò non niſi valida vi exiſtẽte, ſicuti enim rerum quorumdam facilis eſt appræhenſio, ita ſi quando memoria exciderit (ita tamen vt reminiſcentiæ ſit locus) facilis quoq; earum erit rememoratio, & è contra ſi oppoſito modo res ſe ſe habebit. Exemplum prioris libet excipere ab Antonio Beniuenio lib. de cauſis abd. morb. c. 47. quod tale eſt. Ex præterito morbo conualeſcens Antonius

tonius quidam ſenenſis, quæcunq; memoria fixa tenuerat, ita prorſus oblitus eſt, vt ne rerum quidem nomina reminiſceretur, Dùmq; Florentiæ eſſet Senis ſe eſſe putabat, ſed ne amicos quidem ab inimicis diſcernebat, quos etiã immutatis nominibus vocitabat, Quare eo velut prorſus amenti, atq; delira naturæ dimiſſo, cum vigeſimo iam die hoc malo angeretur, cæpit venter fluere, variaq; & diuerſa ſtrigmenta, ſanguinem, bilem viridem mucoſaſq; deiectiones deponere, quo factum, vt mens & memoria ſimul redirent, licèt eorum, quæ interim ipſe geſſerat, non recordaretur, Exemplum ſecundi euentus propoſiti licèt ex Plinianis dictis, & Valerij Maximi ſuperius allatis deſumere. Nanq; ex caſu, vel percuſsione præſertim in occipitio facta adeò iſignem cerebro labem infigi contingit, vt nullo pacto ad priſtinum ſtatum retrouerti queat, ſed patientem in primis omnium rerũ capiat obliuio, moxque ſenſim, & ſenſim in dies, aliquid prioris roboris reſumẽte cerebro, aliqualis fiat reminiſcentia, at non rerum illarum quidem, quibus longo temporis tractu, multaq; & diligẽti diſciplina animus imbutus fuit, quemadmodum paulò ſupra retulimus, ſed quis ſtatim obijciet, quòd in literarum adeptione imaginum, & phantaſmatum fortis, & inſignis fiat impreſsio, in reliquis verò ignobilioribus cognitionis longè minus fortes, & inſignes appræhenſiones Idolorum fiunt, ergò ſi contingat ex læſione aliqua deturbari, vel aboleri literarum impreſsiones ita, vt eorum fiat obliuio longè facilius, & ex læuiori offenſa cæterarum ignobiliorum cognitionum phantaſmatum perturbatio, vel deletio fieri deberet, & per conſequens impoſsibile videtur, quod literarum fiat ob quamuis offenſam obliuio, ignobiliorum cognitionum ſeruata memoria, vel reminiſcentia. Cui dubio ſic ſatisfactum volumus, Quod non ſolum phantaſmatum obiectuũ ſcilicèt læſio in huiuſmodi caſibus eſt, ſpectanda, ſed & potentiæ, quæ circa talia obiecta ſpirituum medio, & cerebri inſtrumento verſatur. quare cum ad reminiſcentiam nobiliorum cognitionum faciendam, & excitandam vi, & potentia animi, valida, & ſpiritibus vegetibus & multis, probaq; cerebri conſtitutione opus ſit, accidit, vt quæ ignobiliorum cognitionum rememorationem excitari, & perficere valeat, nobilioris tamen vt potẽ ſciẽtiarum nobilium recordationem in actum deducere nequeant, quæ ad propoſitum problematum diſcuſsionem & Ariſt. & Gal. in medium attulimus. Principis Aboali interim ſententia relegata, qui commentus fuit, & ſecum reputauit. Nullam eſſe memoriam, cuius argumenta omnia hac vna poſitione facilè diluuntur, quòd ſcilicet ſpecies, quarum medio fit memoria, non ſunt in cerebro tanquam in materia, nec materiales, vt ipſe arbitrantur, ſed ſpirituales, & in anima noſtra, cerebri

tamen

tamen medio, quo animus noſter tanquam inſtrumento vtitur, adeptæ.

Conuulſiones infrequentes. Cap. III.

Conuulſiui motus & ſi quotidie in curandis morbis à Medicis obſeruentur, nonnunquam tamen admirationem quandam ſecum adferentes, minimèq; vulgares viſi fuere. In æde Diui Vincentij Mantuę Monialis quædam, cui nomen Monacha Grignana per plures annos concuſsiuas commotiones perpeſſa eſt, ita vt lecto cubare cogeretur, ſedendo diu, noctuq; capite, collo, ac ſpatulis commotis antrorſum, retrorſumquę inceſſanter edendo, & bibendo quaſſare cogeretur, ita vt nec ipſa, nec adſtantes eam continere valerent quominus id pateretur, quod ſi valida vi id aliquando prohibere tentaſſent in animi deliquium incidebat, maximèq; affligebatur, id autem perpeſſa eſt pluries trium annorum tempore, & dùm hæc ſcribimus eodem ſymp. conflictatur aliquādo per plures menſes continuos ſingulo quoq; die, non nunquam de tertio in tertium, non ſemel etiam quartanario typo ſeruato, quin etiam per aliquot menſes immunis ab affectione hac per interualla degit præſertim æſtiuo tempore, quaminus hac præternaturali affectione vexari conſueuit, quòd ſi aliquando læuem certè ſomnum capeſcit, acceſsionis tempore à motu illo concuſsiuo haud immunis obſeruatur mentis ſemper compos, læſionis initium à ſpina ea in regione, qua ventriculum incumbere ſcimus ortum ducere, aiebat. innumera propemodum pręſidia ab Eccellenti viro Domino Paulo Magno mihi arctiſsimo amicitię vinculo coniunctiſsimo adminiſtrata fuere, quę cum haūd contuliſſe videret libuit, vt moris eſt, amicos Medicos conuocare, accitus primo Eccellens Dominus Rafael Copinus Ducalis Medicus, mox & ego ſimilis ſpectatui cognoſcendi auidiſsimus, qui cunctis ritè obſeruatis potius affectionem miratus ſum, quàm quòd auxilij genus quodpiam certum, quo perſanari poſſet mulier, excogitare voluerim; cępi itaq; mecum ſymp. naturam perpendere, atq; in eam deueni ſententiam, conuulſiuos motus illos concitatos eſſe à malo vapore craſſo ad neruorum originem ſpinę, nucam dicunt, delato mala qualitate prędito, à parte illa dorſali eleuato, atq; per partem poſt partem à calore materiam eo in loco contentam agitante fomentum recipiente. Lucilla Calandra nobilis mulier Vrbis noſtrę per multos annos per ſimile ſymp. perpeſſa eſt, nauq; policē pedis continuo modo ſurſum attollendo, modo deorſum deprimendo agitare cogebatur, ita vt nec in ſomno à motu illo deſiſteret, ſicq; vſq;

ad mortẽ multis incaſũ tẽtatis prę ſidijs ꝑſeuerauit. ſcimus enim cõuul ſionis, ſeu cõuulſiui motus nõ vnicã eſſe ſpeciẽ, ſed plures, quæ tamẽ omnes ad duas illas communiſsimas Hip. reducuntur ad inanitionis ſcilicèt, & repletionis modum. Nàm & ſi Gal. aliquãdo, veluti in calcæ lib. 12. Meth. med. quinq; ſpecies enumeraſſe videtur non tamen temerè repræhendendus, quemadmodum Cardanus in com. aff. 37. 6. lib. facit. Nanq; eo in loco Gal. præcipuus ſcopus non fuit conuulſionem in ſuas differentias dirimere, ſed potius docere quo pacto, ex inanitione & repletione, varijs modis conuulſio excitetur, ſiquidem humor ipſe replens neruos eos extendit, & humor hic ſi aeris & errodens fuerit, eos vellicat, & mordet, vndè ipſi contrahuntur, ſicq; nonſolùm replendo, ſed & eroſionem excitando, conuulſionem efficit; quæ conuulſionis ſpecies, quoquomodo & ex inanitione facta dici poterit, cum humores aeres vim habeant exſiccandi vt Gal. in com. aff. 1. 5. lib. ſic pariter & ſiccitas immaterialis, ideſt qualitas ſicca agendo in corpus neruoſum, illudq; arefaciendo, & propriam ſubſtantiam diſperdendo minorem efficit, quod in corijs igni appoſitis fieri videmus, ex quo contractio, & conuulſio conſequitur, quæ ex inanitione licèt ſit dicenda, tamen & alio quodam modo conuulſionem ex ſiccitate oriri manifeſtum eſt, propria inquam neruoſi corporis ſubſtantia diuerſimodè excreta. hinc factum, quòd Gal. conuulſionem à ſiccitate ſimpliciter ortam ab ea, quæ ex inanitione fit, diſtinguere voluit, & non quòd conuulſionem à ſiccitate ortam ad conuulſionem ex inænitionem reduci poſſe ignoraret, vt ex dictis ipſius in com. 1. aff. 5. parte clarè colligi poteſt; eadem de cauſa quoq; conuulſionis à frigore ortum ducentis meminit, nanq; ſi frigidũ ſpectemus, quatenus neruoſorum corporum ſubſtantiam cogens, ac conſtringens, quominus difflentur, efficit, vtq; repleantur, propterea eſt in cauſa, ad conuulſionem ex repletione reduci poterit, vt Hip. aff. 17. 5. lib. & Gal. ipſe 12. meth. & in com. aff. 13. 6. lib. docent, Quàmuis ſi corpus ſiccum, ac ſuperfluitatibus carẽs fuerit ex frigore conuulſio ex ſiccitate oriri poſsit, illo ad corporum neruoſorũ interiores partes penetrante, eaſq; exſugẽte, ac inaniente, vt Philoteo placuit in cõ. aff. 17. 5. lib. ſic quoq; conuulſio, quæ in vulneribus præſertim neruoſarum partium ſuperuenire conſueuit cõſiderata prout aduenıente inflãmatione, & phligmone accedente excitatur, ad conuulſionem ex repletione erit reducenda, quemadmodũ Gal. in com. Aph. 2. 5. lib. & omnes interpretes eo loco docent, nihilominus ſi quoq; ſpectemus, quatenus ex inflãmatione, & ardore ex ea proueniẽte ſubſtãtia ꝓpria partis diſsipatur, vndè nerui contrahuntur, ad ſpaſmũ ex inanitione proueniẽtem iure reduci poterit, quod Fernelius lib. 5. de morb. & ſymp. partium

tium docet cap. de ſpaſmo. Concludendum itaq; ad communiſsimas illas conuulſionis differentias ſpeciem quamlibet ſpaſmi reduci poſſe à quauis cauſa genitam, nanq; & à cauſis externis vti à vigilijs, à labore, à fame, à metu, & triſtitia, (addit Nicolaus & à lętitia) ęſtuanteque febre, alijſq; quàm pluribus conuulſionem prouenire poſſe non eſt ambigẽdum, vt fuſius Auic. lib. 3. fen. 2. c. 5. docet. ſpaſmus verò, qui per conſenſum fit & à Barbaris Medicis non proportionatus ad materiam vocatur, quamuis ex nonnullorum ſententia Gal. verbis innixa com. 5. Aph. 5. lib. ad ſpaſmum ex ſiccitate, & inanitione reduci poſsit, alij verò ex repletione à vapore neruos, replente factum dixerint, nihilominus neutro cõuulſionis ſuperius dicto modo propriè aſsignari iure poteſt, ſed tertia cõuulſionis ſpecies verè erit ſtatuenda. fit enim huiuſmodi conuulſio, vel à qualitate quadam alteratis per continuationem partibus, & ad neruorum principium aſcendente, vt à ſpiritali, & vaporoſa quadam ſubſtantia, per iam dictas neruoſas partes tranſmiſſa fluida, ac veluti aura, quæ licèt mole minima ſit facultate tamen quàm maxima ad neruorum initium delata, ac conuulſionem excitare valente, non tamen negandum quòd aliquando materia vaporoſa replẽte neruos, ſpaſmũ ex repletione appellari poſsit, quemadmodum colligitur ex Auic. c. 33. 3. lib. ſicuti & ad ſpaſum ex ſiccitate ſi aliter rem ipſam conſideremus, impropriè tamen reduci poſſe paulò antea adnotauimus, quemadmodum ſi tãtum conuulſionem attendimus à mala qualitate nullo vapori aſſociata, ſed tantummodo per partem impartitam neruoſo generi, partibus ſcilicèt per continuationem alteratis, illiſq; triſti ſenſatione impartita, vndè virtus expultrix neruorum, vt rei lædenti reſiſtat, ſe colligat. Tertium conuulſionis modum propriè acceptum ſtatuendum erit, tunc temporis enim contrahuntur nerui eo pacto, quo videmus animalia, quæ volunt ſe mouere ad curſum, in primis ſe colligere, & cõtrahere omnia membra, demùm ipſorum voluntatem explere. Huiuſmodi autem conuulſio non ſolũ à cauſa externa puta phalangij, aut ſcorpionis ictu prouenire poteſt, alteriuſvè venenati animalis morſu, verum etiam & à cauſa interna, ex qua eiuſdem ſobolis malam qualitatem prouenire poſſe ex Pelopis ſententia docet Gal. 2. de locis aff. quod & puerulis vermibus laborantibus non ſemel accidiſſe obſeruauimus. Ita quoque & Moniali ſuperius dictæ cõuulſiuas motiones illas ex vapore mala. qualitate prædito eleuato à parte illa dorſali circa oris ventriculi ſcitũ poſita (vel ab utero qui neruis, medijs dorſo allegatur vterinas enim affectionis eaſq; ſeuiſsimas facilè moniali Incurrunt) & neruos capitis motioni inſeruientes pungente, & malè afficiente proueniſſe crediderim. ſic quoq; cerebro pænitus illæſo, neruis tamen cæteri corporis

motionem iuuantibus malè affectis, & malo vapore, & venenato in ſpinæ neruis impacto, eiuſdem conuulſionis ſpeciem Equeſtri Iuueni cuidam accidiſſe teſtatur Fernelius lib. 2. de abditis morborũ cauſis c. 16. Hinc corporis concuſsione, & conuulſione per interualla temporis corripiebatur, qua nunc ſolum ſiniſtrum brachium, nunc dextrum, interdùm & digitum vnicum aliàs crus alterum, aliàs vtrunq; aliàs corporis truncum tanta celeritate agitabat, vt vix à Miniſtris quatuor decũbens cohiberetur, Caput autem inconcuſſum iacebat, lingua, & loquutio libera, mens ſana, omneſq; ſenſus integri; Non admiratione caret, quod in morientibus non ſemel obſeruatum fuiſſe compertum eſt, mentulam ſcilicèt ex conuulſione ita erigi, vt nullo pacto laxari queat. In vrbe noſtra quidam ex ijs, qui tegulis ad imbrium iniuriam arcendam teſtaceis domus contegunt ab altæ domus tecto in viam cadens, dorſum pauimento viæ validè impegit, vndè crurum, & femorum omnimodam reſolutionem incurrit, huic interim virili membro aſsiduè erecto permanente donec animam efflauit, nonnullos enim dies ſuperuixit, Fernelius lib. 6. de par. morb. & ſymp. c. 13. Iugulatum quendam bis ab exceſſu è vita intentum, rigidumq; habuiſſe penem tradit, quidam vir Doct. ſe vidiſſe quibuſdam, dùm ſuſpenderentur, membrum tẽdi, quod ex conuulſione illis accidiſſe fatetur, ſic & in epilepticos conuulſiones, patientibus tradit Areteus libro 1. cap. 5. ponis arrectionem ſequi, nonnulliſque etiam adſtrictis, compreſsiſque vaſculis genituram excerni, id verò & dolore irritante, & humiditate errumpente accidere poſſe docet. Nec etiam hoc loco omittendum cenſeo mirandum, minimèque vulgatum à me in Michaele Pomponatio matris meæ fratre viſum, huic cum fortè fortuna ex Paraplegia vniuerſi corporis pars ſiniſtra reſoluta eſſet, illiuſque curæ Eccellens tunc Medicus Aurelius eius filius nunc à ſecretis Sereniſſ. Domini noſtri, aliaq; præſtantiſsimi Vrbis noſtræ Medici, ipſeq; vnà cum illis incumberemus, & inter cetera præſidia perſæpè enemata præſcriberentur, factum aliquando fuit, vt ita anus ex conuulſione conſtringeretur, vt clyſteris inſtrumenti canulam, haud admitteret, aliquando verò ita muſculi illius reſoluerentur, vt clyſteris materia vti iniceretur, ita quoq; extra prodiret. Cuius rei cauſam nos aſsignabamus, quod humores modo neruorum meatus, modo ſubſtantiam tantum occuparent, ex hac enim tùm reſolutionem, tum conuulſionem, licèt ambæ affectiones proueniant ab humoribus neruos occupãtibus dùntaxat differre manifeſtum eſt, vt Fuſius c. 5. huius lib. docebimus. ſcribit Aretæus lib. 1. c. 6. ſe vidiſſe in Tetanica conuulſione inferiorem maxillam ſuperiori ita annexam, vt neque vectibus, aut cuneis per Iouem facilè deduci poſſent, & paulò infra tra

dit

dit in alio ſe obſeruaſſe, & miratum fuiſſe non ſolum manuum, & crurum diſtenſionem, muſculorum palpitationem, & faciem diſtorqueri, buccam, & labia tremere, maxillas quati, dentes ſtridere, ſed & quod mirabilius eſt aures moueri. Hæc veluti admiratione digna prætermittere nolui, ſicuti non ab re duco cauſam reddere naturalem, cur nonnunquam quidam cum primus neruorum, vel cerebri paſsionibus laboraſſent extincti, ac in feretro poſiti manus tractantium manibus ita firmiter conſtrinxerint, vt nullo pacto, vel ſaltem difficile admodum diuelli potuerint. Monialis quædam in Cænobio D. Vincentio ſacro, cum per ſex menſes phtiſi laboraſſent apoplexia repentè correpta, quæ in dextrę partis paraplegiã terminauit triduo poſt examinata feretro imponitur, Monacha altera affinis ingemiſcens, & lachrimabunda demortuæ manum Deoſculatum accipiens, ter validè conſtringi perſentit, tanquam miraculo perculſa reliquas adſtantes Moniales aduocat, accurrunt manum à mortua, validè compræhendi intuitę mirantur. Nos cauſam naturalem indagati cenſuimus, Mulierem Deo dicatam non prorſus animam exalaſſe, ſed remanſiſſe vitæ fomites, & igniculos quoſdam, quales in pręfocatis, & valida apoplexia detentis nõ ſemel obſeruatum ſcimus, licèt ſenſus, motus, pulſus, & reſpiratio ſint aboliti, vndè motus illos conſtrictionis conuulſiuos excitatos in extrema extinctione putauimus, quod veritati conſentaneum eſſe magis affirmare poſſumus ex hiſtoria à Mattheo Villano hiſt. ſui temporis lib. 3. c. 46. deſcripta, ait nanq; Florentię Gualterio Buſtaccij Vbertini filio diſſecto publicè à Carnifice capite, atq; cadauere arca impoſitò, dùm ad eccleſiam Sanctę Crucis humandum geſtaretur, adeò repentè concuſsione valida ſponte exagitatum, vt arcę tabulata inuicem diſiungerentur, ac pene ex geſtantium humeris decideret, quod ad iactum baliſtarię ſagittę dùm funus progrederetur perſeuerauit non ſinè omnium adſtantium ingenti admiratione.

Epilepſiæ Admirandæ. Cap. IIII.

Conuulſioni finitima, congenerq; affectio eſt ea, quę vulgo Epilepſia appellatur, quę & ſi perfacilè, etiam à Medicę facultatis ignaris, cum ſuperuenerit, dignoſcatur, attamen & nonnunquàm accidiſſe eſt viſa talibus aſſociata cõditionibus, vt & Medicis ipſis doctiſsimis effatu dignam admirationem incuſſerit. Ricinus quidam comœdiarum mimus & Hiſtrio, dùm Mantuę vnà cum alijs conſocijs artem ſuam exerceret, ſępius indies tali ſymptomate corripiebatur, perſentiebat primo ſibi ipſi

caput

caput totum oppleri, ac deindè ſtatim contractiones manuum, ac pedum ipſum inuadebant, ita vt illos hinc indè eorum inſtar, qui in mono machia ſe inuicem oppugnant, & defendunt, iactare cogeretur, ac in al tum oculos controquere nunquam tamen ipſe cadebat, licèt ſuper pilas magnas vento repletas ambulare ſibi videretur, mentis non omnino tunc temporis compos erat, ſed imminens malum perſentiebat, eo tamen correptus manifeſtè principes functiones oblędi dignoſcebat, ſym ptoma iſtud ſingula quaque vice non longiori tempore illum afficiebat, quo oratio Dominicalis à quouis dici poſſet, quo temporis interuallo prętterito id malum ita ceſſabat, vt ipſe, ac ſi nihil illi contigiſſet, derelinqueretur, quod cum eidem in proſcenio non ſemel accidiſſet, me ipſum aduocauit, vt ſi fieri poſſet, opem ferem. Laborauerat autem hic homo calidę, & ſiccę temperaturę aliàs ſęuiſsimo morbo gallico, ita vt & tunc temporis eiuſdem ſobolis vlcerum cicatrices in corpore viderentur, pręſertim magni, quod diutius in fronte apertum detinuerat, ac ſponte paulò antea conſolidatum fuerat. Nos corpore expurgato, alijſq; præſidijs adhibitis, præſertim verò cauterio in occipitio adaper to illum priſtinæ ſanitati reſtitutum dimiſimus, ſed iure merito dubitauimus, an huius Hiſtrionis affectio, ſimplex conuulſio eſſet dicenda, an potius epilepticus ſpaſmus, cum enim minime corrueret, nec paſſum epilepſiam dicendum videbatur, atteſtante Auic. fen. 1.3. trac.5. c. 8. Non eſſe poſsibile homini epilepſia detento remanere erectionẽ corporis hinc vulgò eam morbum caducum vocant, at æger hic nunquã cecidit, licèt millies ea affectione vexatus fuerit, ſed cum nec illi principes functiones eſſent integræ, quis ipſum dùntaxat conuulſiuis motionibus ſuperius dictis laboraſſe iure aſſeuerare audebit? cum Gal. decreto 3. de locis aff. & lib. 1. de cauſis ſymp. in conuulſione nullum fiat principibus functionibus nocumentum, ex ijs licèt quodammodo animus anceps redderetur, nihilominus hominem epilepticum fuiſſe ſtatuendum decreuimus. at non cadebat, quia non per ſe cerebrum, ſed per conſenſum patiebatur, eratq; paſsio, non fortis, ſed debilis, hinc nec ſpuma oris aderat ſignum alioquin epilepticis communiſsimum. leuiter itaque per conſenſum affecto cerebro dùntaxat motus conuulſiue excitabantur, ita vt veluti ſaliendo per interualla corpus contraheretur, & concuteretur, citòq; ob id pariter ſoluebatur affectio huiuſcemodi, hinc quoq; factum, vt non inſignem in principibus facultatibus læſionem obſeruaremus, nam paſsio leuis, & ipſa erat, quemadmodum & Gal. 3. de locis aff. meminit de puero illo, qui veluti auram frigidam aſcendere ad cerebrum Epilepſiæ paroxiſmo aduentante perſentiebat, & in ipſo paroxiſmo mentis ita compos erat, vt quæ fierent perciperet,

& pro-

& profligata acceſsione eadem narrare ſciret, ex quo in epilepſia quandoq; eaque debili, & parum oblædi primarias operationes ſtatuendum eſt. quod prænarrato ægrotãti accidiſſe obſeruauimus, cui & ſi aliquantum mens oblæderetur, quæ tamen fierent perſentiebat, ac licèt motus conuulſiui excitarentur, ita vt hinc indè caſum minaretur, non tamen cadebat eo, quòd affectio prægrandis non eſſet. Sciendum autem epilepſiam per conſenſum non ſolum ab vna quaq; corporis parte, ſed & à toto prouenire poſſe; Epilepſię à ventriculo, & à crure prouenientis meminit Gal. tùm 5. tùm 3. loc. aff. nec non etiam amplius à ſplene, & à venis meſaraicis à digito pedis, & manus, & ab vtero ex retentis menſtruis, vel ſemine corrupto in vaſis ſeminarijs non ſolum in mulieribus, ſed & in maſculis, quod in quodam Iuuene Ianuenſi ſe obſeruaſſe teſtatur Leonardus Iacchinus in ſuis com. in 9. cont. Raſ. & nos hiſtoriam aliam inferius lib. 4. c. 11. ex Alsharauio recenſebimus; Scriptã reliquit Auic. loco ſuperius citato Epilepſiam incipientem à ſpondilibus, & à ſpatula; Teſtatur Fernelius lib. 5. de partium morb. & ſymp. c. 3. ſe obſeruaſſe in quodam epilepſiam ortum trahentem ab occipitio, in quo pars minima dolebat, quæ ſi blandiſsimè attingebatur vapor excitatus, ſi per internas cerebri partes penetrabat Epilepſiam, ſi per externas vagabatur, vertiginem efficiebat. In Holerij praxi c. de epilepſia in ſcholio legitur hiſtoria Monachi cuiuſdam Pariſienſis, qui ex vapore à liene aſcendente, & cerebrum impetente menſtruã patiebatur epilepſiã. Fuluia Mainolda in Diuæ Heliſabet Cænobio Vrbis noſtræ Deo dicata propè mammæ papillam dolorem patitur, quo augeſcente indè vaporem eleuari, & cerebrum impetere percipit, vndè Epilepſia corripitur. Ea pars vlcere nonnunquam, & tumore duriori laborat, dùmq; ex vlcere ſanioſus ichor emanat, bene ſe habet, quod ad epilepſiam ſpectat, ſic & ex tumore in fæmore Epilepſiam ortam aliquando teſtatur Marcus Gattinaria in ſua praxi c. de epilepſia, vbi meminit cuiuſdam, cui ſæpè adueniebat paroxiſmus Epilepſiæ, quem cum interrogaſſet, an ei aliquid accidiſſet, vt potè caſus, vel percuſsio, ac reſpondiſſet, quòd non, fecit eum exuere, & inuenit vnã coxam tumidam, ſed nullum percipebat dolorem, & interrogauit, quod illorum prius ipſi accidiſſet, ſcilicèt tumor, vel epilepſia, ille neſciuit reſpondere, vndè exiſtimauit cauſam epilepſię eſſe illum tumorem, & fecit aperire locum cum cauterio, & inuenta eſt in illo loco humiditas multa putrefacta, & ita dimiſſo loco aperto ſanatus eſt. ex cordis conſenſu quoq; epilepſiam accidere poſſe multi contendunt, eo quòd epileptici pleriq;, anteaquam ipſis malè afficiatur cerebrum, inſignem in cordis regione læſionem percipiant. Quidam ex Canonicis regularibus in Aede Diui Bartholomei

extra

extra Vrbem commorans antiquata apoplexia pluries vexabatur in anno, imminenteq; paroxiſmo conquerebatur de corde, ſocioſq; aduocabat Canonicos, ſiqui fortè tunc aderant, qui admoniti ei ſub mama ſiniſtra validè fricabant manibus, quo facto læuius multo afficiebatur, & multo citius ſoluebatur paroxiſmus, Plures conſimiles hiſtorias in Holerij praxi cap. citato leguntur, ſed non ob id tamen dicẽdũ (quod ego ſentio) perſimiles epilepſias, ex cordis conſenſu prouenire, ideſt principaliter, & primo affecto, & per ſe corde; nàm vires laberentur, & ferè pænitus conciderent, ſi ita cor pateretur, vt poſſet in huiuſmodi conſenſum cerebrum trahere; quod ſi illius malum ante acceſsionem epilepſiæ perſentiunt laborantes, id aſcribẽdum vapori malo, & venenato ab infernis partibus eleuato ſuperiora petente, qui in tranſitu, cor etiam malè afficit, vndè cordis palpitationem oriri obſeruamus, ſed ſtatim ad cerebrum perueniẽte vapore ſubſequitur Epilepſia; Verùm quia dùm cor pateretur, mens erat integra, fit, vt de cordis paſsione conquerantur ægri, & non de capite, quia ſubindè ſtatim malè affecto cerebro mens oblæditur. Ex conſenſu quoq; totius corporis ab vniuerſo ambitu ſcilicèt eleuato malo vapore fieri poſſe epilepſiã fatetur Auic. loco ſuperius allato, talemq; fuiſſe epilepſiam prenarrati ægrotãtis noſtri non ambigimus, cum enim nullam particularem partem obſeruaremus, à qua dici poſſet cerebro noxam impartiri, cumq; affectio perdebilis eſſet, non vtiq; ex cerebro primo, & per ſe malè affecto perueniſſe dicendum in hanc verò ſententiã eò facilius trahebamur, quòd vir hic prius ſeuiſsimo morbo Galico laborarat, atq; peſsima ratione victus in omnibus rebus, quas non naturales vocamus, vſus fuerat, præſertim verò multum in Venereis illecebris ſe ipſum exercuerat, ex quo ſtante membrorum ferè omnium principium præſertim verò nutritioni inſeruientium vitio mali humores, multi, paruiq;, & vitiati per vniuerſum corporis habitum medijs venis permearint, à quibus mali vapores eleuati caput impetentes, & malè afficientes prenarratę affectionis fuerint in cauſa, ſtatim atq; frontis vlcus magnum gallicanum ad craneum vſq; perueniens conſolidatum fuit, vndè vapores prædicti nullum ſpiraculum habentes intro retenti retrocedebant ad cerebrum, ſed ſtatim expurgato probè prius corpore, & adaperto cauterio tanquam aptiſſimum ſpiramentum ſanitati fuit reſtitutus læpidiſsimus Hiſtrio: Hoc autem auxilij genus cauterij ſcilicèt apertio in occipitio, val etiam ſuper commiſſura coronali in profliganda epilepſia principem obtinere locum experimẽto didicimus; Nouimus dùm Patauij medicinæ ſtudijs incumberemus nobilem Gallũ, qui dùm epilepſia laboraret, nec à Gallicis Medicis curari poſſet, Italos conſulere decreuit, dùmq; iter faceret

in Pede-

in Pedemontana ditione propè alpes, ab Hiſpanis quibuſdam, qui tunc ibidem bellantes ſtipendia mçrebātur; aggreſſus, ſpoliatus, perempto ſeruo pluribus vulneribus confoſſus tanquam mortuus derelictus, à ſocio, qui aufugerat reuertente in proximum vicum tranſportatus, ac chirurgo curandus traditus, qui eum curauit, verùm quia magnũ admodum in fronte vulnus ſuſceperat cum inſigni oſsis deperditione, nõ niſi multò poſt tempore integrè ſanata fuit ea pars, ita vt cum Patauiũ perueniſſet ad huc ceratum ſupergeſtaret, conſueuerat ſingulo menſe corripi epilepſia, & iam tertius mēſis à vulnerum ſuſceptione agebatur, nec vnquam malum perſenſerat. quare conſulentibus primarijs Medicis Patauinis, ab omni generis preſidijs tunc abſtinuit ob aeris hyemalis inclementiam in proximum ver curationē diſtrahens; quo iam aduētate nullo amplius malo tentatus in patriam ſanus reuerſus eſt, ab ijs ſanitatem nactus, a quibus mortem ſuſcepturum ſe crediderat, ſic & ex vulneribus caſu in capite receptis melancholicos ſanatos ex hiſtorijs a Gordonio, & Rhondelitio allatis, de quibus nos inferius lib. 5. c. 4. verba faciemus, patere poterit, & hominēa cæcitate liberum euaſiſſe ex vulnere frontis legimus apud Alexandrum Benedictum, ſed ad rē noſtram reuerſi firmiter affirmamus cauteriorum adapertionem nonſolum in capite, ſed & imparticulis capiti noxam impartientibus perutilem eſſe, & ratio eſt, quòd vapores mali perſpirantes non ita malè affi ciunt patientes; Quòd verò Epilepſia vt plurimum ex vapore malo pro ueniat, rarò ab humore, eoq; ſemper neceſſariò mala qualitate putredinali, vel venenata affecto, non autem ab humore ſimpliciter craſſo, & lentaceo, quod Gal. placuit, multæ mihi ſuadent rationes, & primò in Caro affectione ſic appellata adeſt plenitudo humoris craſsi, & lenti in cerebri ventriculis, nec tamen indè ſequitur conuulſiuus motus vllus. Ergò dicendũ conuulſiuos motus aliundè in epilepſia prouenire, quàm ab humorum craſsitie, & lentore in cerebri ventriculis exiſtentiũ; Nec eſt, quòd quiſpiam dicat in caro totalem adeſſe ventriculorum obſtructionem, vndè cerebrum cōtrahi nequeat. quod in epilepſia ſit eò, quòd partialis tantummodo ſit obſtructio, vndè cōtractioni ſupereſt locus. Nam haud verum eſt in caro adeſſe obſtructionem totalem, cum enim totalis ventriculorum cerebri ſit obſtructio, ſubſequitur Apoplexia Rem hanc clarè docuit Gal. 4. de loc. aff. c. 2. vbi tradit Epilepſiam eſſe affectionem mediam inter Carum, & Apoplexiam, quod vtique intelligi nequit quò ad ſymptomata; quoniam in epilepſia nullo modo ſenſus, & motus deperditur, itaque dicendum eſſe mediam quò ad cauſam, quia ſcilicèt in apoplexia totalis, & omnimoda ſit obſtructio, & cerebrum nonſolum ſecundum ventres, ſed & ſecundum cor-

N pus

pus afficitur, teſt. Gal. ibidem, at in epilepſia aliqua ex parte obſtruũtur ventriculi, maior verò in Caro, ſed non æquè ac in apoplexia, vndè ſequitur, quòd in Caro non ita lædatur reſpiratio, quemadmodum in apoplexia, quo ſigno diſtingui inuicē docet Gal. 5. de locis aff. & Aetius diſtinguebat, quòd in Caro laborantes, ſi acu pungantur, ſentiũt. Apopletici verò minimè, ex quo patet non omnimodam, & totalem obſtructionem ventriculorum cerebri fieri in Caro, ſed aliqualem tranſitum derelinqui ſpiritibus animalibus, ex quo concludendum etiam nō impoſsibile eſſe aliquales motus conuulſiuos ſaltem leues ſubſequi poſſe, quod ſi id non accidit, cauſa eſt, quòd humores mala qualitate ſunt deſtituti, quod in epilepſia ſemper neceſſeriò requiri diximus, preterea ſi epilepſia ex humore craſſo, & lēto omni mala qualitate deſtituto proueniret, neceſſariò ſequeretur, vt ſoluto paroxiſmo, quod materia illa vel per palatum excerneretur, vel neruis tranſmitteretur, quemadmodum in apoplexia fieri conſueuit, vndè ſi materia illa in ſubſtantia neruoſa impingeretur, ſequeretur cōuulſio; ſi verò magis obſtrueret meatus neruorum, ſubſequeretur paralyſis, at neutrum horum vt plurimum in ſolutione paroxiſmi epilepſiæ conſequi videmus; quòd ſi aliquando epilepſię ſubſequutam paralyſim viſum eſt, vt adnotauit Auic. loco citato, id rariſsimè accidit, fitq; dùntaxat in eo epilepſiæ genere, quod prouenit à materia multa, & craſſa, ſed mala tamen qualitate prędita, quæ in illa cerebri cum venenata qualitate prædita, quę in illa cerebri cum venenata qualitate colluctatione vincēte virtute expultrice cerebri tranſmittitur ad neruos, quos obſtruendo paralyſis eſt in cauſa. Ad hæc non poſſum ego certè imaginari, nedùm concipere, quo pacto, ſi humor eſt craſſus, & lentus, ita citò abigatur a cerebro in ſolutione paroxiſmi, demus enim citiſsimè, ac veluti in inſtanti poſſe obſtruere ventriculos cerebri, quod tamen non vndequaq; verſimile eſt, cum ſit humor huiuſmodi motui celeri minimè aptus, non tamen video, quo pacto poſsit adeò citò abigi, vt quotidie fieri obſeruamus, cum videam in Caro, & apoplexia, quæ affectiones ab huiuſmodi humore progignũtur, non niſi longo temporis interuallo, ſummaq; cum difficultate diſcuti, nec eſt, quòd quis dicat adeſſe humoris maiorem copiam in hiſce malis, hoc demus, non tamen ob id adeò citò ſolui epilepſiam dicēdum licèt minor materiei portio craſſæ, & lentæ adſit in minori ſaltem, quàm in apoplexia, vel Caro, ſed minimè adeò ociſsime, vt fieri quotidie videmus. Argenterius lib. 3. de cauſis morborum hunc modum ſic ſoluere conatus eſt, ſubitam fieri huius morbi generationem, & ſolutionem inquiens ratione loci, qui cauitatibus pręditus facilè ſuſcipit, & ratione roboris partis expellentis humores huiuſmodi irruentes, craſ-

ſos,

ſos, & lentos extrudit, demus Argenterio id fieri poſſe ratione cauitatis, & roboris partis agentis, vt ipſe inquit, non tamen ratione patientis, & ſubiectæ materiæ craſſæ, & lentæ facilè fiet, quę motui citò maximè eſt inepta, præterea ſi expellitur, vel id fit per partes conſpicuas, vt extra corpus prodeat manifeſtè, vel per occultas, & internas, primum non videmus, & ſi ſecundum fieret, aliquam noxam parti, cui trãſmitteretur, ſubſequi obſeruaremus. at hoc non accidit, ergò nec difficultas deleta, Addamus quòd mirum, & rationi diſonum valdè videtur, ſi epilepſia quemadmodum & apoplexia fierent ab humore craſſo, & lento, nec alia adeſſet differentia, quàm quæ a Gal. aſsignatur, quòd ſcilicèt humores ij in apoplexia totalem faciunt obſtructionem in Epilepſia verò, non exactam, ſed ſolummodo partialem, mirum eſſet inquã, cur epilepſia apoplexiam ferè ſemper non pręcederet, contra quod fieri videmus, præterea obſeruamus nonnullos in die quinquies, & decies paroxiſmo epilepſiæ detineri, quod ſi fieret ab humore craſſo, & lento, non video, vndè tanta copia huiuſmodi humoris ſcaturiret, & quo pacto ita facilè influeret, & abigeretur ſucceſsiuè nulla effatu digna in corpore ſubſequẽte noxa, & nulla viſa inſigni excretione, ſi enim (quod Chriſtophorus à Vega lib. 3. de arte medendi c. 12. ſcribit Gal. tutari conatus) fieret, vt humores craſsi transferentur ad palatum, & nares, vel per ſpinalem medulã inferius deſcenderent, vtiq; primũ oculata fide probaretur, & ſecundo aliquod malum ſubſequeretur, vel ſaltẽ perſentiretur in tranſitu; quorum neutrum fit. Pace itaq; Gal. dixerim non ſemper epilepſiam fieri ab humore craſſo, & lento, immo rarò & tũc etiam à mala qualitate putredinali, vel venenata non deſtituto, quæ ſi aliquando fit, ad illam apoplexiam, vel paralyſim ſubſequi obſeruatum eſt, & rationi conſentaneum exiſtit. Vt plurimum tamen fieri à vapore craſſo, ſed nunquam mala qualitate deſtituto, aliquando tamen ab omni genere humoris fieri non negamus, ſicuti & rationi conſonum videtur ab humoribus etiam craſsis vaporẽ prædictum eleuari, vndè huiuſmodi euacuatis humoribus plurimum iuuari patiẽtes experimur quotidie. Hanc ſententẽtentiam inter antiquiores ſecutus eſt Auic. 3. coll. & inter recẽtiores Leonardus Iacchinus in ſuis com. in 9. Raſis, & Fernelius lib. 2. de abditis rerum cauſis, & lib. 5. de partiũ morb. & ſymp. c. 3. & Thomas à Vega in com. 3. lib. loc. aff. in calce ſec. 3. ſtatutum ſit itaq; vt plurimum fieri epilepſiam à vapore craſſo, qui obſtruẽs meatus cerebri, eiuſdemq; membranas mala qualitate vellicans, efficit, vt colluctante cerebri virtute expultrice, contrapugnante verò illa mala qualitate, & obſtruente vapore ſequatur in illa pugna Epilepſia, & motus conuulſiui, qui in illa conſpiciuntur, vndè non iniuria Ariſt. lib. de

N 2 ſomno

ſomno & vig. epilepſiæ cauſam,in ventrem, ſeu vaporē craſſum obſtruētem ſpirituū meatus retulit, vt loco citato monet Auic. qui tamen malæ qualitatis particeps eſſe debet, nanq; ſi tali careret conditione non vtiq; epilepſiam generaret, hoc nanq; in incubo appellata affectione,in quo ventres, crebri opplentur, craſſo vapore nullo mala qualitate prædito obſeruamus, quæ affectio licèt ſit via ad epilepſiam, non eſt tamen illamet; quòd ſi vapori craſſo illam excitanti aſſocietur venenata qualitas,ſuccedit epilepſia, in vtraq; enim affectione redundat vapor craſſus, & multus obſtruens cerebri ventres. licet autem Incubus ſit paſſio ferè ſemper in ſomno proueniens, & in vigilia tamen prouenire poſſe teſtatur Gordonius,referente Nicolao ſer.3. c. proprio, quod tamē à nullo alio decretum, aut obſeruatum nec audiui, nec legi. Non ſolum autem in epilepſia per conſenſum, ſed & primario affecto cerebro, tetram hanc qualitatem, quam diximus, reperiri eſſe neceſſe,experimentum præter rationem docet, diſſecto nanq; capite quibuſdam in epilepſiæ paroxiſmo defunctis inuenti ſunt interdum cerebri abſceſſus, nonnunquam meningis corrupta portio, à quibus teter vapor eleuatus in cerebri ventriculos penetrans epilepſiam fecerat,quod pariter ex vapore malo à ſanie in vulneribus capitis in parte interna genita, vel eadē etiam ſanie ad vētres cerebri penetrante aliquando accidit. ſcribit Valaſcus de Tarāta in ſuo Philonio c. de Epilepſia quòd homini cuidam in capite vulnerato penetrante vulnere vſq; ad piam matrem, ſanies ſeu fętidus vapor ab ea difluēs ad cerebri vētres penetrauit ita, vt ſepties, vel octies in die acceſsionem epilepticam progigneret, donec extinctus eſt, ſcribit pariter ſe anathomizaſſe ſtruthionem ex epilepſia extinctū, & inueniſſe humiditatem valde fętidam in cerebri ventriculo. Hip. lib. de morbo ſacro ſcribit ſe diſecuiſſe multas oues epilepſia interemptas, & in earum cerebro inueniſſe humiditatem multam fætentem, quod pariter & Auic. loco citato, & Raſius primo cont. ſcriptū reliquere, Fernelius loco citato ſcribit ſe obſeruaſſe è ſummo capitis vertice, in quo ſub pericranio vitiatus, euenenatusq; humor coercebatur vaporē manifeſtè intrò ſubeuntem, & Epilepſiam excitantem,quæ cauſtico medicamento profligata fuit, Addit & aperto Epipletici philoſophi, qui deceſſerat, capite quippè vehementiſsimo, eoq; ferè perpetuo dolore vix per digitum latum circa ſinciput torquebatur, depræhenſum fuiſſe craſsiorem meniagem ea ſede caluæ oſſe adhæreſcere, pauculo humore putrido interiecto, In altero verò obſeruatum in cerebri ſubſtantia humorem fætidiſsimum, eumq; exiguum contineri. Nonnullos quoq; memorat, qui lue venerea laborantes, ex hydrargiro vnguentis illiniti nō nihil illius malæ qualitatis venenatę ad cerebrum penetrāte epilepſiam excitarunt.

excitarunt. Concludendum itaq; ſiuè vapor, ſiuè humor fuerit, qui epi-
lepſiam generet, neceſſariò mala qualitate aſſociari. Hoc autem ſigno in
fallibili dignoſcemus, an vapor, humor vè potius malus ſit in cauſa hu-
ius affectionis præternaturalis; Nanq; ſi fuerit accesſio diuturna, erit
humor cauſa, ſi breuis vapor; Hinc iure meritò obſeruatio Gerardi
Cremonenſis, quam tradidit in ſua practica c. de Epilepſia tanquã au-
rea recipienda; ſcribit enim ſe in curandis ægris collegiſſe, quòd quan
do laboranti plures paroxiſmi ſunt frequentes, qui tamen breui ſoluan
tur, facilius curationem admittere, ſecus verò ſi tardius repetant, &
multum durent, nàm longè multò difficilius curationem recepit, & ra-
tio eſt, quòd prior à vapore, poſterior ab humore prouenit. His poſitis
facilis erit ſolutio ad diffil. illas, quæ à Gentili, & Iacobo de partibus
in com. primæ fen. 3. Auic. adducuntur, perperamq; non dicam ſoluũ-
tur, ſed multis nugis confunduntur, obſcurioreſq; redduntur, quę à no
bis conſultò in præſentiarum omittuntnr, cum præter intentum noſtrũ
ſint. Conſimilem ægrotantis noſtri hiſtoriam talem deſcribit Beniue-
nius c. 97. Puella Aretina cum epileptico morbo inuaderetur minimè
(vt aſſolet) concidebat, minimèque ex eius ore ferebatur ſpuma, ſed
ſtans caput tantum hinc, indè, ac ſiquid inſpicere vellet, tota cum cer
uice mouebat, nihil interim loquens, nihil audiens, nihil ſentiens, cũq;
iterum ad ſe reuerteretur, interrogata quid egiſſet, pænitus ingnora-
bat; cauſam autem perquirentibus nobis cur puella, cum comitiali effi
ceretur morbo, non concideret, viſum eſt ex hoc contingere, quòd cõ-
tractio, & tenſio ad cerebrum non fereretur, cum ſolùm vapor aſcende-
ret, ex quo nullo rigore cerebrum ipſum infectum ab inordinatis moti-
bus reliqua membra pręſeruare poterat. Quòd autem puella ipſa hoc
morbo laboraſſet, & Medici omnes quicunq; eam viderãt, affirmabant
& rei euentus facilè comprobauit, cum prorumpentibus menſtruis hoc
malum euaſerit: Nàm vt quandoq; in pueris venus, ita in puellis men-
ſtruorum initium huiuſmodi morbum tollere ſolet. Hæc Beniuenius,
qui ſicuti hiſtoriam diligenter recenſet, ita me herclè minus aptè cau-
ſam indagauit nàm quæſo, quomodo fieri poteſt, quod Epilepſiam vo-
cet, & malum ad cerebrũ non prouenïſſe dicat, ſi epilepſia cerebri mor-
bus eſt. præterea ſi principes functiones valde læſas tradit, quo pacto
illæſum cerebrum affirmat, quare dicamus nos illius euentus cauſam,
fuiſſe, quòd cerebrum per conſenſum patiebatur, & vapor non forti, &
valida mala qualitate præditus erat; vndè licèt replendo, & obſtruendo
cerebri meatus oblæderet functiones, tamen non irritatum cerebrum
valenter, ſed parum à qualitate mala, non valide concutiebatur, & re-
luctabatur, vndè concuti tantum caput ſequebatur, quod concuſsio

neruis

neruis illud mouentibus tanquam propinquioribus communicaretur, non autem longinquiores partes mouentibus, vndè etiam non cadebat Dodonæus in ſcholio eiuſdem cap. ſubdit. Memini & ego virginē. 20. annorum me curare ſubinde cōuulſam & manus clauſas habentem, quę non concidebat, ſed toto acceſsionis tempore ſedens permanebat. Cū autem occaſio ex vtero eſſet adhibitis idoneis remedijs breui ſanitatē recepit. ſic Nos puerulum lactētem quater ſingulo die paroxiſmo epilepſiæ compręhendi vidimus cum ſola capitis concuſsione, & oculorum eleuatione, qui ſtatim ſoluebatur, eò, quòd debilis eſſet affectio, quod etiam potiſsimū ex eo dignoſci poteſt, quòd ijs, qui taliter affecti, sūt, nulla circa os ſuperuenit ſpuma ſignum infallibile debilitatis cauſæ epilepſię. nanq; ſpuma fit ex ingenti læſione in reſpiratione, quæ in forti epilepſia conſequitur, vt Auic. loco citato, & Gal. 5. aff. 43. retulerunt. Animaduertendum tamen; ne quis ex dictis noſtris decipiatur, vt ſcilicèt cōſpiciens alicui epilepſia detento ſolum caput concuti, ſtatim pronuntiet epilepſiæ cauſam debilem eſſe, nàm ſecus aliquando accidere compertum eſt. Narrat Holerius loco ſuperius citato ſe obſeruaſſe in ſacerdote triginta annorum epilepſia detento caput ſolum concuti ſine vlla partium ſubiectarum concuſsione, qui tamen cadebat non ſine ſpuma oris, quod ipſi non ex cauſa debili accidiſſe dicendū, ſed potius ex validiſsima, vapore ſcilicèt & humore ita valenter obſtruente cerebri ventres, vt ſolum ſpiritus ad neruos proximos capitis motionę inſeruientibus perreperent, ſed ad neruos longinquiorum partium motui ſubminiſtrantibus non peruenirent, vndè reſolutæ quodammodo derelinquerentur. ſicq; concuti nequirent. ſed antequam huic capiti vltimam manum admoueamus, libet adnotare cerebri affectiones omnes inter ſe valdè affines eſſe, ita vt ſæpè ſæpius vnam alteri ſuccedere vſu quotidiano percipiamus, & quod admirabilius eſt pluribus eadem tēpore eundem hominem affici, Valaſcus loco allato ſcribit, ſe habuiſſe hominem curandum annum ſexageſimum quintum natum, qui eodem tempore apoplexiam debilem, paralyſim vniuerſalem, & freqnentiſsimos epilepſię paroxiſmos pateretur, quibus omnibns medij menſis tractu perfectè à ſe curatum tradit, aliquo tantum paralyſis veſtigio in manu, & lingua derelicto, ex quo credendum cenſeo, ſeneſcentem hunc hominem non forti, & eſſentiali epilepſia detentum fuiſſe. Cum Gordonius licèt Barbaræ Medicus, in facienda tamen per longum tempus medicina non inelegans, nec contemnendi nominis tradiderit, ſe multos curandos epilepticos præ manibus ſuſcepiſſe diuites, & pauperes, iuuenes, & ſenes, maſculos, & fæminas; ſed illi, qui ſunt adulti, & epilepſia, eſt per eſſentiam, non curantur: Fabuloſum eſt dubio procul, quod Pli-

nius

nius tradidit in hiſtoria naturali, & refert Blondus lib. 8. Triumphantis Romæ, Coturnices ſcilicèt ſolas animalium præter hominem comitialem morbum ſentire, cum id quoq; morbi genus in canibus non ſemel ipſe obſeruauerim.

Paralyſis notatu dignæ. Cap. V.

GAlenus 2. de ſymp. ca. c. 2. neruum vel frigore denſatum, vel lętis & craſsis humoribus obſtructum, vel à quapiam extrinſecus cauſa preſſum in torporem, & paralyſim adduci, ſcripſit quod & pariter lib. 1. eiuſdem c. 5. docuit & addidit à tumore, vel oſſe luxato ita aliquando comprimi, & obſtrui neruum vt animalis vim non admittat, interceptis ſpiritibus quibus medijs ad neruoſum genus defertur, hoſce autem humores craſſos, & viſcidos vt plurimum frigidos eſſe tùm morbi diuturnitas demonſtrat, tùm communi omnium ferè ſententia receptum eſt, ob idque Gale. paralyſim morbum frigidum eſſe dixit 4. de cauſ. pul. & & lib. de introduc. ad pul. hincq; etiam paralyticorum pulſum paruum languidum, tardumq; eſſe. Admiranda atq; hiſtoria, quam Alex. Tralianus lib. primo c. 16. tradidit, quem quoq; Raſis 1. cont. eſt inſecutus dùm paralyſim à ſola qualitate calida fieri poſſe contendunt. Hiſtoria autem talis eſt. Noui ego ſanè quendam reſolutionem ex mœrore, & multa ſolicitudine, & inedia expertum, deindè ſumpta hyera adeò læſum, vt totus ipſe immobilis fieret, & propemodum interiret, niſi in cõtrarium mutatus fuiſſet, & humectantibus omnibus tùm potionibus, tùm cibis, & alijs, quæ temperatum ipſum reddidiſſent, vſus fuiſſet, maximè verò balneis compluribus, vnctione ex hydrelæo, mutatione aeris temperati, & omni hilaritate, etenim triſtis erat, ad iram procliuis à medicamento nimirum exſiccatus; & qui flauam bilem collegiſſet. Hac ſanè ratione ſi qualitas fuerit, præſertim intemperies calida vitari debent cibi acriores, adhuc autem magis quæ medicatam vim, purgantemq; obtinent. Nàm præter id, quod nihil inueniant, quod ex corpore euacuent, magis adhuc aliam, intemperiem regenerant. Hactenus Tralianus, cuius dicta me herclè non parum ſuſpicienda; Nanq; quo pacto neruorum obſtructio ex ſola intemperie calida, & ſicca talis prouenire poſsit, vt ſpirituum influxus intercipiatur, non video, quare cogitabã ego Alex. & Raſis dicta ſic intelligenda eſſe, vt talis intemperies ſimplicium qualitatem eſſet cauſa paralyſis non coniuncta, ſed antecedens, humores ſcilicèt aſſando, & incraſſando, qui mox obſtructionem excitarent, præſertim cum paulò antè eodem capite legerem eundem Alexandrum

drum dicentem reſolutionem ex qualitate calida, aut ſicca profiſciſci, vbi calida intemperies ſanguinem, & humores nimium torrefecerit, ſed cum videam ipſum proferentem illa verba in calce hiſtoriæ, medicamē ta ſcilicèt damnanda eò, quòd præter id, quòd nihil inueniant, quod ex corpore euacuent, magis adhuc aliam intemperiem regenerent, ſententiam mutare coactus fui, & propterea alia excogitanda ratio, qua hiſtoriæ veritatem ſaluemus, quod vt facilius fiat, ſciendum nonſolum ab humore pituitoſo, ſed & à melancholico, & à quolibet alio craſſo neruos obſtruente paralyſim poſſe excitari, vt Gal. lib. de atrabili meminit, Vndè ſanè maximè admiratus ſum Gulielmum Rhondeletium in c. 32. Meth. curand. morb. tàm acriter Fernelium reprehendere, quòd lib. 5. de part. morb. c. 3. ſcriptum reliquerit flauam bilem ſub finē intermittentium febrium in ſpinam dorſi, ac in neruorum originem effuſam paralyſim aliquando generaſſe; nàm rationes, quibus erroris Fernelium conuincere contendit, friuolæ admodum ſunt, primo enim cum ait ex bilis afflexu potius roborari neruos, quàm emoliri, decipitur, vt mox oſtendemus, & veram paralyſis cauſam ignorat. ſecundo inquit bilem in finientibus febribus concoctam, & euictam à natura non eſſe credendum malum excitare poſſe aliud longè maius, & ſciret, optarem, morbo aliquo inclinante aliquandò ægrum mori, non ratione prioris morbi, ſed noui ſuborientis ex humorum permutatione nouum malum excitante, quod fuſius in libro noſtro de variolis, & morbillis docuimus c. 17. hæc autem bilis licet concocta, & euicta poteſt traſmiſſa ad neruos obſtruere illorum meatus, & paralyſim excitare, ſicut tranſmiſſa ad inteſtina febres diuturnas in colicos dolores euaſiſſet teſtatur ipſe fernelius ibidem lib. 6. c. 10. Quod verò tertio loco adducit bilem, quę extra venas in febribus intermittentibus computruit non poſſe vllo modo ad neruos, vel ad medullam ſpinalem pertranſire, erroneū eſt. Nàm humores febres huiuſmodi efficientes, & in venis ſubſiſtere, tempore verò acceſsionis extra putreſcentes mitti in Gal. doctrina manifeſtum eſt. præterea demus eſſe extra venas, quis tamen ſanæ mentis retrocedere nequire affirmabit, cum id fieri poſſe nonſolum ex antiquorū, ſed & recentiorum ſententia eodem noſtro libro c. 22. clarè oſtenderimus. Cui verò id impoſsibile videbitur, qui varios humorum miros motus, atq; delationes ꝑ corpora factas obſeruarit, quarū hoc noſtro libro meminimus, hæc ſcribemus, hęc ꝑcurrerit, & qđ ad præſens negociū pertinet Paulum legerit lib. 3. c. 18. vbi habet hæc verba. Noſtra ætate colicus quidam dolor incruduit, ex quo præſertim ſuperſtites futuros, conſummata artuum motus priuatio comitabatur tactus ſenſu, vt videtur incolumi, ceu critica quadam ex alto oborta tranſmutatione, vndè

motus

motus pleriſq; ſpacio temporis ſponte redijt; quòd verò Paulus de reſolutione verba faciat, rubrica, ſeu inſcriptio demonſtrat, quæ talis eſt de reſolutione ob colicum dolorem contracta. Deſinat itaq; Rhondeletius Fernelium accuſare, cum ipſe præſertim repræhenſione non vacet, quod paralyſim fieri ex pituitę affluxu neruos irrigante, mollioriſque efficiente tradit, qui emolliti longiores efficiuntur, ſicq; inepti redduntur ad motionem, & ſenſum præſtandum, quam opinionē quoque inter recentiores ſectatus eſt Laurētius Ioubertus in ſuo tractatu de paralyſi contendens fieri & huiuſmodi irrigatione, & emollitione, non verò ex obſtructione, & hac mouetur ratione, quòd cum nerui nutriantur ex humore craſſo, ſequeretur, quòd obſtructionem humores huiuſmodi ad ipſos pro nutritione delati gignerent, ſicq; continuò paraliſi aliquali teneremus, ſed parcat mihi vir Eccellens vtique ignorat humorem craſsum paulatine demandari ad neruorum ſubſtantiam reparandam, & paulatine aſsimillari, & apponi ſubſtantiæ neruoſæ, cuius ſunt connaturales, at humores craſsi paralyſim excitantes ſunt copioſi valdè diſsimiles, & non ſubſtantiam neruorū confluenter occupant, ſed meatum, & cauitatem, ob id falsò viri hi clariſsimi paralyſim, ſeu reſolutionem ex humoris pituitoſi ſubtilis perfuſione cauſari ſunt imaginati, fateor certè paralyſim quampiam fieri poſſe à tenui pituita, quæ tamen facilè ſoluitur, reſoluta tenui pituitæ portione neruorum meatus occupante, non eorum ſubſtantiam irrigante. niſi noua eiuſdem humoris fluxio de nouo ad neruos decumbat, ſic viſus eſt referente Fernelio lib. 5. de part. morb. & ſymp. c. 9. quidam, cui læui de cauſa biduum, triduum vè loquela adimeretur, moxq; repente, & inopinato redderetur, & qui ſæpius ex interuallis, & circuitibus modo loqueretur, modo obmuteſceret, integrè, quò ad reliqua ſano corpore, ſic & Laurentius Ioubertus in queſt. de paralyſi cuiuſdā meminit, qui ſtatis temporibus linguę paralyſi afficiebatur, & in nouilunio linguę motus tardior erat, quàm in plenilunio, paralyſis ſpecies, vt ego cenſeo à tenui pituita pauca linguæ neruos inuadente fiebat, qua reſoluta ceſſabat affectio, ſed noua ſuborta fluxione reuertebatur, quæ inquam neruos prędictos obſtruebat, non irrigabat duntaxat, vt viris hiſce doctiſsimis viſum eſt. Nanq; conuulſio, & paralyſis ambę fiunt ex materia neruos occupante, ſed differunt in hoc, quòd in paralyſi fit obſtructio meatuum neruorū, ita vt ſpiritus animales non poſsint ferri ad partes reſolutas; at in cōuulſione materia impingitur in ſubſtantia neruorum, & hoc eſt, quod dicebat Auic. quòd ſcilicèt in conuulſione materia magis impingitur, in reſolutione materia magis obſtruit. ſed hanc noſtram, immò antiquorum omnium doctiſsimorum ſententiam quis opugnabit, inquiens fal-

ſam eſſe ex eo depræhendi poſſe, quòd neruis nonnullis meatus minimè inſint, quinimmo ſolis corpulentioribus ineſſe ex Gal. ſententia 6. de Hip. & pla. placitis. Cui ſi ſatisfacimus, affirmantes neruis omnibus ineſſe meatus, ſed craſsioribus, ſunt manifeſtiores, tenuioribus verò & gracilioribus immanifeſti, & occulti. & ſic Gal. dictum eſt interprætandum, nec obſtat, quòd ibidem ipſe, & 1. de ſymp. cauſis c. 5. dubitarit, an vis animalis neruis à cerebro communicata, ſit corporea: quòd in craſsioribus neruis manifeſtum eſſe pronunciat, dubitat autẽ de vi traſmiſſa ad minores, videturq; velle hoſce illuſtrari ab animali vi eo pacto, quo aer, & aqua illuſtrãtur à ſole. Profectò Gal. in re hac anceps videtur, tamen, ſi rectè illius dicta perpendantur, tolletur difficultas omnis. Non enim credendum eſt illius eſſe ſententiam neruos illuſtrari ab animali vi eo pacto, quo aqua illuſtratur à ſole, ideſt illuminari, nàm hoc abſonum vtiq; eſſet, cum neruorum ſubſtantia diaphana nõ ſit, nec eo pacto, quo aqua, & aer lumen recipere valeat, ſed dicendum potius intellegiſſe neruos ſuſcipere animalem vim vti aqua, & aer ſuſcipiunt radicos ſolis, ideſt permeari, & penetrari à vi animali, ſicuti radij ſolares permeant, & penetrant aquæ, & aeris ſubſtantiam, niſi enim hoc pacto Gal. verba interpretati fuerimus, nullo pacto illius ſententia defendi poterit, dùm ait, quòd ex condenſatione, & compreſsione neruoſi corporis, prohibetur tranſitus virtutis animalis ad membra, quare concludendum etiam neruis minoribus ineſſe meatus, licèt ſenſu ſint imperceptibiles. Verũ quia & de maioribus apud Anotomicos doctiſſimos dubitatur medium de minoribus, an ſcilicèt meatibus præditi ſint, inferius c. 11. rem hanc diſcutiemus clariſsimè oſtendentes neruis omnibus ineſſe meatus. ſi itaq; huiuſmodi meatus aliquando ita ab humore aliquo cuiuſuis generis obſtruantur, vt ſpirituum tranſitus intercipiatur, ſequetur paraliſis, & reſolutio partium, quibus nerui illi obſtructi ſenſum, & motum impartiuntur. Fieri quoq; poſſe dicendum quòd intemperies ſola ſicca exſiccando ita arefaciat, & cogat neruos, vt ſequatur obſtructio, ſicci enim eſt minora efficere corpora humiditatem exſugendo, ſicuti & neruo frigore denſato ſequi reſolutionẽ paulò ſupra ex Gal. docuimus. Nec admiratione caret, cum nerui munus ſit ſenſum, & motum partibus corporis impartiri quomodo interdùm fiat, vt motus duntaxat, ſoluſuè ſenſus deperdatur reliquo integro permanente, nonnunquam verò ambo aboleantur. Hunc nodum quidam ſoluere conati ſunt binas neruorum ſpecies in corpore ponentes, vnam ſcilicèt mollium, qui ſenſui inſeruiunt, alteram duriorum: qui motui accommodant, Quæ tamen diſtinctio ſcrupum minimè adimit, nàm ſicuti hoc fieri poſſe in partibus, quæ varijs neruis particeps ſunt, vti

oculus,

oculus, & lingua, non ambigimus, in crure tamen, vel brachio, vel manu, quæ vnico neruorum genere prædita ſunt, locum non habent? in ijs enim tùm ſentiendi, tùm voluntarij motus functio eodem neruo perficitur. Alij aliam ſolutionem excogitarunt, dicentes ſentire eſſe quoddam pati, mouere verò agere, & idcirco ad motionem excitandam valẽtiori vi opus eſſe, quare ſi læſio fuerit imbecillis, continget quidem motum amitti quippè qui valida vi fiat, ſenſum verò minimè, qui etiam & aliqualiter præpedita vi effici poſsit. ſed hæc reſpõſio, non vndiq; difficultatem tollit, ſiquidem nonnunquam obſeruamus adimi ſenſum ſeruato motu, quemadmodum Gal. primo & 3. de locis aff. tradidit eueniſſe Pauſaniæ Syro ſophiſtæ, cui duo digiti minores, & medij partem mediam ſenſum amiſerant motu integro remanente, At omnis difficultas pænitus euaneſcet, ſi ſtatuerimus omnes neruos per eoſdem ſpiritus partibus corporis ſenſum, & motum impartiri, quòd ſi aliquando videmus, quòd aliqui ſunt nerui, qui ſenſum alicui parti ſubminiſtrant, nec tamen motum, ſicuti qui ad ſummam cutim deueniunt, atq; illi vim ſentiendi deferunt, non eam tamen mouent, quia pars illa non eſt apta, vt moueatur, nàm ſi eſſet apta, vt moueretur, vtiq; mouendi fecultas illi impartiretur. Nulli itaq; particulæ motum ſubminiſtrat neruus, quin & illi etiam ſenſum, quamuis quidam nugantes oppoſitum cenſeant ad hoc confugientes, quòd ad ſenſum, & motum diuerſa tẽperamenta ſint opportuna, & maiorem exigi ſiccitatem ad motũ quam ad ſenſum, quod tamen à Gal. doctrina alienum eſt, proindè quotieſcunq; in neruo vitio contracto aufertur motus, idem quoq; & ſenſui accidere non eſt ambigendum, quantum ad illud neruum inquam ſpectat, quia alioquin nihil obſtat, quin per alium neruum, qui ad eandem particulam delatus eſt, integrè poſsit ſentire, vel moueri, vti ſophiſtæ accidiſſe dixit Gal. cuius nerui, qui in muſculos digitos mouentes inſerebantur, minimè obleſi erant, ſed dùntaxat qui ad cutim digitos circunueſtientem peruenientes ſenſum impartiebantur. ſic teſtatur Fernelius lib. 5. de part. morb. c. 3. ſe aliquando vidiſſe vniuerſam corporis cutem quo ad ſenſum hebeſcentem, & torpentem ex crapula, & vinolentia affici illæſo motu. Huius quæſtionis meminit Gal. 3. de adminiſtrationibus Anatomicis, præter locos citatos 3. ſcilicèt, & 1. locorum aff. quo 1. notandum literam eſſe falſam ſecundum Copi traductionem, nàm prima que. quæ proponitur hæc eſt. An fieri poſsit diſpoſitio aliqua neruorum, per quã contingat motum ſeruari pereunte ſenſu. Cum tamen potius dicendum eſſet. An ſit diſpoſitio aliqua neruorum, per quam ſenſus ſeruetur pereunte motu. Hęc enim quæſtio ſolutioni, quæ ſtatim connectitur, quadrat, & conſonat. Præbuit autem errandi occaſionem Copo Gręcus co-

dex mendoſus, qui ſic eſt corrigendus, vt in prima quęſtione loco vocis κίνησιν primo loco poſitę, ponatur vox αἴσθησιν quę poſtremo loco legitur. Quod pariter faciendum, & ſecũda quęſt. vt ſcilicet loco dictionis in principio clauſulæ poſitæ αἰσθήσεως ponamus dictionem κινήσεως in calce poſitam, ſi enim aliter legerimus literam ineptè à Gal. quæſtioni adderetur ratio, quæ cum quæſtione non conuenirent, vt totam verborũ ſeriem legenti facilè patere poterit, Paralyſim præſertim fortè difficillimè, raròq; curari obſeruamus. ſiquidem neruorum morbos difficilius curari, quàm venarum docet Hip. lib. de locis in homine, quia humores ad neruos decumbentes ſua naturali grauitate facilem motum habent, ſed ſi quando illos occuparint, non niſi maximo negocio amoueri potuerunt. Cum non adſint vaſa, per quæ recurrentes euacuari poſsint, ſed ſemel impacti non niſi reſolutione demi poſsint, torpeſcẽte neruorum vi, vel diſcuti valida quadam vi, ſic antiquatam paralyſim momento curatam miro certè modo inferius lib. 6. c. 5. deſcribemus. Quod ſi Raſius 1. Con. multos Deſolutos ex diarrhoea ſuperueniente curatos ſe vidiſſe ſcriptum reliquit, id non de valida, & antiquata; ſed de debili, & recenti Paralyſi intelligendum eſſe ex ipſius verbis clarè colligitur.

Apoplexiæ admirandæ. Cap. VI.

ET, ſi communi omniũ Medicorum conſenſu Apoplexia obſtructis cerebri ventriculis totali obturatione oriri decretum ſit, aliquando tamen nõ ſine admiratione, alio pacto, diuerſoq; loco affecto euenire poſſe veritati maximè conſentaneum eſt, quamuis Gal. & reliqui Antiquiores Medici huiuſmodi Apoplexia minimè verba fecerint: fieri nanque hoc morbi genus nonnunquam dũtaxat obſtructo retiforme plexu mirabili, vel ſoporalibus arterijs, quas Græci καρωτίδας vocant, Arabes, & Barbarolatini Medici Guidez obſtructis, à recentioribus non ſemel obſeruatum legimus. Fernelius lib. 2. de abditis rerum cauſis c. 15. ſic ſcribit. Quum aliquando vidiſſem virum viribus integrum ſiniſtri oculi ictu vehementiori repente attonitum corruiſſe, moxq; ſenſu, ac motu priuari, cum ſpiritu difficili, ac ſtertore, & cum alijs fortis apoplexiæ indicijs, cumq; nec venæ ſectione, nec alia potuiſſet ratione ſeruari, quin horis duodecim interiret, mortis cauſam inueſtigatione dignam putaui, diſciſſo apertoq; capite, neq; oſsis, neq; meningum, neq; ſubſtantię cerebri quicquam cõfractum diuulſumuè, ſed dũtaxat interiores oculi venas contuſionis vi dirruptas animaduertimus, è quibus ſanguis Cochleariũ duorum menſura in cerebri baſim procubuerat, quiconcretus

cretus arterias eas obſtringebat, quę retiformem cõtextum conficiũt, & quæ illinc in cerebri ventriculos propagatæ choroidem alterum con ſtituunt, cerebri autem ventriculi prorſus illæſi, inaneſq; cernebantur. Hinc edoctus alterum, qui citra cauſam externam apoplexiam extinctus eſſet, diſſecare volui, in quo humor craſſus, & viſcoſus ſimiliter ad contextum retiformem inuentus eſt, cerebri ventriculis nec oppletis nec obſtructis. Hinc ego ratiocinatus cõſentaneum putaui ijs arterijs vel obſtructis, vel compreſsis apoplexiam gigni, quod tùm cerebrũ nihil ſpiritus è corde per ſubiectas arterias recipiat, ſitque neceſſe illius motum, ſenſumq; perire. Conſimilem hiſtoriam recenſet Beniuenius c. 110. per hæc verba. Exorta inter duos iuuenes lite, cum alter alterum extento brachio alapa percuſsiſſet in morbum ſtatim, quem ἀπόπληξίαν Græci vocant, reſolutus vapulans, paucis etiam horis iugulatus interijt, quare conuocatis Medicis (in vinculis enim detinebatur Reus) quæſitum eſt de morte ipſius, verùm alijs in ictum ipſum, quo materia commotam eſſe putarent, alijs in humidiorem locum, quo diutius obdormierat, nonnullis etiã in lautiorem victum, & potum pleniorem, quo dùm vixit, eſt vſus, huiuſmodi mali cauſam referentibus indiſcuſſum apud Præſidem remanſit iudicium Hæc Beniuenius, à quo prior adducta cauſa ſi nõ recipienda, perſimilem certè ſuperiori à Fernelio adductæ imaginari debemus, ſiquidem & hanc Fernelij ſententiam rationi conſonam, experimentoq; comprobatam confirmare poſſumus Iacobi Carpenſis dictis, qui in Iſag. in Anat. de venis loquendo ait, ſæpè tamen accidit ipſis coarctatoria oppilatio à plethora ſanguinis cauſata, quæ ſi fiat in ramis venarum Guidez ſemper ſequitur ſomni profunditas, apoplexia, & ſuffocatio extrema. Meminit Iulius Alexandrinus ſalubriam lib. 24. c. 2. attoniti morbi qui interceptis venis, arterijſque à multitudine fit, quas vſq; adeò quandoq; infarctas obturat, vt expletas ad plenum, quum nec ſuperſit vacuum, nec recipere extrinſecus, quod refocillãdo natiuo calori neceſſarium eſt, vlterius valeat, ſed ſuffocato repente calore animal illicò concidat. Leuinius Lemnius Medicus inter recentiores non obſcuri nominis lib. 1. de occultis miraculis naturæ, c. 11. de anima in cerebro conſtituta verba faciens inquit. Huius tamen vis per ſingulas corporis partes diffuſa omnia membra calore fouet, ac viuificat, ſuiſq; viribus inſtruit. Cor verò tanquã vitæ fontem peculari vi imbuit per arterias καρωτίδεας ſeu ſoporarias iugulum perreptantes, quibus præciſis ſterileſcũt homines, vel oppletis apoplexia feriuntur, neceſſe eſt enim vias eſſe quaſdam, atque arteriarum, venarumq; decurſus, per quos humores, ſpirituſq; cùm animales, tùm vitales vltrò citròq; poſsint commeare, ac calorem naturalem ab ani-

ma concipere. Huius ſententiæ quoq; fuiſſe inter antiquiores Raſim conſtat, quippè qui venas Guidez, ſeu iugulares in Apoplecticis ſecundas mandat, vt potè quibus oppletis affectio oriatur, inanitis verò ſoluatur. Ego multum Magnificæ Dñæ Mariæ Iuſtinianæ de Arriuabenis, diſpenſatorem forti apoplexia peremptum ſecare iuſsi, teſtes adduco D. Hippolitum Geniſortum Mantuanũ, & Ludouicum Cangerlam Vicētinum, qui ſectioni interfuere ambo in Vrbe noſtra chirurgiam exercentes, & totam cerebri ſubſtantiam aquoſo humore perfuſam, & oppletam reprimus, quę etiam & in cerebri ventriculis redundabat, &, (quod mirum ſanè fuit) diſectis arterijs temporalibus tanta copia ſanguinis atri, & craſsi effluxit, quantam vix in toto corpore reperiri credidiſſem; Quare ſi corpus ſanguine plurimo redundante apoplexia deprętienſo, ſed non validiſsima nobis occurrerit audacter ad harum arteriarum ſectionem deuenire operepretium futurum maximè crediderim, licèt oppoſitum Marcus Gattinaria in ſua praxi c. de apoplexia Raſis ſententiam confutans docuerit veritus nimium ſanguinis fluxum; Hiſtoriam ſcolaris cuiuſdam tradens robuſtiſsimi, qui ludens cũ ſocio cum enſe fuit vulneratus in vena Guidiz, & emiſit pluſquam viginti libras ſanguinis in tantum, quòd nunquam potuit cõſolidari, nec reperiri potuit ingenium aliquod in conſolidando, niſi vt vnus continuè teneret digitum comprimendo ne ſanguis egrederetur tantò tempore, quo fatigaretur, deindè alius adueniebat quouſq; facta fuit conſolidatio poſt magnos labores. ſed certè pace eius dixerim, nõ eſt, quod ipſe vereatur ſanguinis nimium fluxum in caſu ferè deplorato, & lethali, in quo ſatius eſt aliquid cum ſpe bona operari, quam ęgrotum certè morti derelinquere, nec exemplum eius quicquam faciendum, nàm ſecus accidit in vulnere, quo arteriæ tunica multum hiat, ac in apertione longè minori à chirurgo phlebotomo fabre facta. ad hæc venæ temporales, quæ iugularium propagines ſunt minori cum periculo ſecari poterunt, præterea cur eſt, quod timeamus in morbo adeò graui arteriæ ſectionem, cum Gal. lib. 5. meth. med. c. 7. & lib. de cur. per ſang. miſſ. c. 17. vel ſecundum aliorum diuiſionem 22. in lõgè mitioribus prę ternaturam affectionibus in arterijs ſecandis audax non ſemel, ſed plures fuerit, fæliciq; cum ſucceſſu, vt ipſe teſtatur, quod pariter faciendum confirmat Auic. 4. fen. primi ca. c. 20. Nouerunt ſanè viri iſti clariſsimi nocumenta, quæ ſubſequi poſſunt, eorumq; meminere, & præſertim ſanguinis copioſi, & ſpirituitoſi effluxionis, ſed & ad hæc mala euitanda ingenia, & pręſidia tradidere, quorum tutiſsima, præſciſio tranſuerſalis vaſis ita vt extremitates retrahantur, ſanguiſq; exitus ſiſtatur; Non itaq; expaueſcenda in apoplexia, quæ nobis curationis ſpẽ

pęnitus

pęnitus non ademerit temporalium arteriarum diſciſsio, cum maius indè iuuamen, quam damnum conſequuturum iure ſit cenſendum; ſiquidem Gal. lib. prædicto de cur. per ſang. miſſ. Apoplexiam fieri tradidit multo ſanguine incumbente in animantis principium, quàmobrem cum Gal. non ſolum locis citatis, ſed & 13. met. & 3. locorum affec. in vertigine, oculorum affectibus coſtarum doloribus arterias ſecuerit, idque Antiquiores ſe ipſo quoque feciſſe teſtetur, ipſeq; & Auic. temporales in ſpecie arterias diſecandas docuerint, cum caput ſpirituoſa, calidaq; materia laborarit, quod & in apopleticis fieri exempla, quę mox ſubijciemus demonſtrabunt; cur eſt itaq; quod nos in apoplexia morbo grauiſsimo id experiri paueamus: ſed plura de re hac alias fortaſſe ſcribemus. interim qui ſcire voluerit varios ſecandarum arteriarum modos, legere poterit apud Braſauolum in com. 4. lib. de ratione victus acutorum ſec. 9. & apud Nicolum ſer. 2. ſum. 2. trac. 1. c. 10. ſciendum autem obſtructis non ſolum cerebri cauitatibus, & cauſis à materia craſſa apoplexiam ſequi intercepto ſpiritus animalis traſitu, ſed & id ex obſtructione à vapore craſſo facta, pręſertim ſi mala ſui qualitate cerebrũ vellicet, vndè contractio ſubſequatur, totaliſq; fiat obturatio, euenire poſſe; quod exemplis nonnullis comprobare libet ab ijs deſumptis, qui fumo carbonum extincti ſunt. Quintus Luctacius Catulus orator collega Marij in conſulatu ab ipſo Mario mori iuſſus, incluſus in cubiculo calce recenter oblinito carbonum vapore ſuffocatus ſibi necem dedit authorem Valerio Max. lib. 9. c. 11. Eodem fermè pacto ciues Romanos à campana plebe depręhenſos balneis includi iuſſos fętore, atque ęſtu anima intercluſa peremptos memorię mandauit, Liuius lib. 23. hiſtoriarum ab Vrbe condita, Zoe Nicoſtratis Martyris vxor à Beato Stephano ad Chatolicam inducta pietatem crinibus ſuſpenſa carbonum fumo ſubter ſuffocante perijt. Anno 1556. 24. die Nouembris hora quinta noctis. Quatuor homines anguſto carcere in vrbe noſtra detenti, ferreos cancellos, ſeu tranſennam ignitis carbonibus ignire, & emollire tentarunt. fugam indè arripere procurãtes, cumq; opus aggreſsi fuiſſent lignea feneſtra, quę exterius tranſennam muniebat, atq; tunc temporis clauſa reperiebatur, vaporum, & fumi à carbonibus elleuatorum exitum prohiberet, vndè in carcere anguſto fumus totus cogebatur, hinc omnes tetro illo vapore malè affecti concidere, quorum vnus penitus reſolutus mortuus eſt, alter verò, qui doloſi huius inuenti author extiterat, ſinè loquela ſtupidus, ac immobilis per horas viginti tres facie mortuo perſimilis permanſit, tandem apertis oculis, confuſus, & ſine ratione reſolutus ferè totus delirans loqui cępit, ſed poſtea febre indeficiente, lateriſque dolore, & tuſsi moleſtiſsima ſubſequuta extin-

ctus

ctus fuit, reliqui duo longo temporis tractu, multiſq; opportunis adhi bitis remedijs, ope Eccellentis viri D. Antonij Capriane Medici conualuerunt, Vndè ſi quæ ſecundo accidere, diligẽter perpenderimus, in dubium vertetur, an potius in iſtis à carbonum fumo affectis cor, parteſque ſpirituales Thoracis oblædantur, an verò cerebrum, vndè Apopletici ſint dicendi, quemadmodum nos ſuperius ſtatuimus. Nàm huic noſtræ ſententiæ manifeſtè refragari videtur Chriſtophorus à Vega lib. 3. de arte medendi c. 8. quo loco eorum curationem pertractans, qui ſtrangulationem effugerunt, Hæc habet; Vnus ſe collo ſuſpendit, cui amici laqueum ſubitò abſciderunt, & vixit bibito aceto mulſo cum pipere, per hæc enim extinctus calor reſtituitur, Duo alij ſentinas, & cęnoſos puteos, purgantes præ fætore ſtrangulati ſpumam mittebant ab ore, quos ſocij, qui ei muneri miniſtrabant, extra puteos demortuos, & ferè extinctos eduxerunt, erat ſanè affectus hic Apoplexia, facta cor ruptione ſpiritus animalis impletis cerebri ventribus fætido vapore, ſpiritum corrumpente. Ego verò ambos ſanitati reſtitui, alterum bibi to aceto, & pipere, alterum bibito aceto, & pulegij ſicci puluere, adhi bitis quoq; naribus bonis odoribus ex ambra, & muſcho. Poſtmodum verò ibidem author cum de ſuffocatis in aqua verba feciſſet, ſtatim ſubiungit. Euenit quoq; ſtrangulationis alius modus non ventilato calo re cordis, nec refecto animali ſpiritu. Vidi enim non paucos, qui in cu biculo concluſi cum carbonibus nuper accenſis cœnam vomuerũt cum magna mentis turbatione, & ſyncopi, quorum quidam ſtatim obierunt antequam ipſi, aut Medici mali conſcij fierent, alios inueni adhuc vomentes, qui apertis feneſtris, & ianuis, ſolo aeris libro ingreſſu, & reſpiratione eius, fuerunt liberati, quibuſdam febris remãſit ceſſante ſym ptomate quibuſdam verò capitis dolor, qui ſpontè deindè ceſſauit, aut appoſito roſaceo. Ex hiſce Eccellentiſsimi Medici dictis colligimus ipſius mentem fuiſſe in huiuſmodi affectis hominibus cor, parteſq; ſpirituales magis oblædi cerebro ipſo, & animalibus partibus. Quod tamen certè aliter ſe habere experimento depræhendimus; fatemur quidem ex fumi carbonum ad intra corpus ingreſſu vitiari naturalia, ſpiri tualia, & animalia membra, vt ita loquar, magis tamen cerebrum, vndè Apopletici tandem motu, & ſenſu deſtituti concidunt, ſeruata interdũ reſpiratione aliquali nunc maiori, nunc obſcuriori, prout validior, vel imbecilior fuerit affectio, quod Nos bis obſeruauimus. Erat homo qui dam ex ijs, qui laneos birretos ſuper ligneas formas extendunt Nicola us Gerarducius appellatus, hic hyberno tempore cum madentes multos, vt mori eſt, extendiſſet, exſiccãdos hypocauſto huius muneris gratia parato impoſuit, atq; ſuccenſis carbonibus abijt. Pueri bini ei in ar-

te

te miniſtrantes cũ cęnaſſent, vt calefierent, vaporariũ ingreſsi, ſomno correpti intus totam noctem tranſigere, ſummo mane ſurgit Magiſter, ambos ſinè ſenſu, & motu humi procumbentes reperit, faciem tamen non mortui referentes, ſed dormientis; hos ego, cum inuiſiſſem, nõ pęnitus pulſu deſtitutos inueni, tamen breui morituros pęnitus pronuntiaui, malum enim altius radices egerat, paulatine verò viuido colore faciei deficiente veſperi exanimes omninò ſepulturę tradijt ſunt, Anno quoq; 1575. Fabriferrarij, cui Ioanneſmaria nomen bini filij in Gabianæ villa commorantes, cum per ſex horas in thalamo cubaſſent, quem pater calce dealbandum curauerat, carboneſq; accenſos indiderat, vt, citius exſiccarentur parietes, reſoluti ſinè ſenſu, & motu reperti ſunt, aliquali tamen vitæ reſiduo remanente, vt ex pulſu, & viuido faciei colore depręhendebatur, quo paulatinè extincto, non niſi per multas horas delituit, ita vt nulli dubium relinqueretur ipſos apoplexia correptos concidiſſe. Quod poſtremò exemplo alio clariori confirmare libet, Alexius Ghiaponus Mantuanus, cum Bononiæ Iuris peritiæ operam nauaret, accenſis in thalamo carbonibus, vt frigidi aeris inclementiam arceret, feneſtris, ianuaq; optimè clauſis, ſtudere cæpit, paulò poſt conſocij ad cęnam ipſum aduocant, cumq; remorantem, minimèq; reſpondentem animaduerterent, oſtio cubiculi reſſerato, illum ſenſu, & motu deſtitutum in terra proſtratum ſpuma ore madente repe riunt, Medicos ſtatim aduocant, qui capiti multis adhibitis præſidijs tandem candenti ferro in occipitio inuſſere, ſicq; ſenſum, & motum recuperare cæpit, ac tãdem ſanitati reſtitutus adhuc viuit, & ſtudijs eiſdem incumbit. Hipp. quę dictum in aff. 43. 2. lib. non ſemper veram ſententiam continere clariſsimè demonſtrauit, cum inquit ſtrangulati, ac diſſoluti nondum mortui non referuntur, quibus ſpuma circa os fuerit, Mendacem verò Haly 6. prac. c. 4. ſrcibentem, qui autem cũ fumo fuerit ſuffocatus, & diſſolutus, ſi ab ore eius ſpuma exiuerit, nulla eſt ad eius ſalutem via, ex quo fumum ignitorum carbonum cerebrum pręcipuè petere, maloq; ingenti afficere apertè docuit. Non, tamen negandum nonnullos, quibus ſenſus, & motus reſtitutus eſt condenſatis vaporibus craſsis, & in catharrum verſis ad pleuram membranam decumbentibus pleuritidem, vel ad fauces anginam excitare potuiſſe, ſicque tandèm patientes grauiter affectos neci tradere. Hinc fortaſſe Io. Matheos de Gradis in ſuis com. in 9. Raſis de ijs, qui fumo carbonũ ſuffocati ſunt, in c. de Angina meminit, hiſtoriam recenſens duorum famulorum cuiuſdam Apotecharij, qui Mediolani ex fumo carbonum thalamo incluſi extincti ſunt, ſententiam noſtram ſecutus eſt Clariſsimus in re Medica vir Hieronimus Mercurialis lib. 3. variæ lec. c. 2. quo loco

carbones lædere nimio illorum calore caput exſiccante, & condenſante tradit. Quam ſententiam à Quinto Caſsio probl. 12. mutuatus eſt, quęrens enim Caſsius cur calor ex accenſis carbonibus κεφαλαλγίαν faciat lignorum verò caliditas non idem efficiat, cauſam reddit talem ὅτι ἡ μὲν ἀπὸ τῶν ἀνθράκων, ὑπερβάλλουσα θέρμη πυκνοῖ κατά τινα θερμότητα Adrianus Iunius ita vertit. Quoniam qui à prunis ſpargitur æſtus, vi calorifica coarctat, obturandoq; conſtringit. Nos vt ſincerior ſenſus elici poſsit; ſic verbo verbum reddimus, Quia caliditas à carbonibus eleuata condenſat ſecundum quandam caliditatem. Verùm quia Caſſij verba obſcura videntur, vt illorum ſenſum genuinum hauriamus, res ipſa altius, eſt indaganda. Quomodo & carbonum fumo aliqui moriantur Gal. 7. de vſu partium c. 8. & lib. de vtilitate reſpirationis perquirens, Eraſiſtrati opinionem damnat. qui id in ſpirituum tenuitatem referebat, eoſq; perire exiſtimabat, qui ex carbonum odore, vel qui in charonis ſunt Baratro, vel domos incolunt calce nuper illitas, & extinguũtur, propterea quòd ſpiritus prętenuitate cõtineri corpore nequeant, Gal. verò ibidem huius cauſam in qualitatẽ alienam naturę noſtrę reijcit, quod & à chantaridibus, leporeq; marino fieri ſcimus. Verùm cum philoſopho turpe ſit ſemper ad occultas proprietates recurrere, præſertim cum aliũdè alicuius effectus naturalem cauſam venari liceat. Iccirco communiſsimo hoc proprietatis occultæ ſubterfugio poſt habito, proximiorem eamq; manifeſtiorem cauſam perſcrutari conabimur. Carbones dùm conficiunt Miniſtri ligna plurima in molem quandã ordine diſponunt, ita vt veluti collem, & monticulum effingant, quem terra cooperiunt, ſpiraculo quodam dũtaxat derelicto, in quo igne iniecto, paulatim ligna accenduntur, ita tamen vt liberè fumus minimè difflari queat, prohibente terreno tegumento, quo circumſepiuntur, ſicq; tandem ex ſe ipſo cum difflari nequeat ignis extinguitur, interim verò fit, vt vapores craſsi à lignis vi ignis eleuati reſolui nequeant, ſed in carbonibus ipſis fumidæ illæ exhalationes commoriantur à calore, & ſiccitate ignis craſsiores redditæ, & caliditatis excedentis mordacis participes effectę. fumus enim quilibet calidus, & ſiccus exiſtit, auth. Auer. 5. coll. c. 42. vndè & fumus lignorũ, ex quibus conficiuntur carbones eiuſdem qualitatis exiſtit, at ob cauſam ſuperius adductam ſiccior euadit, & craſsior agente igne in humiditate lignorum, fitq; calidior ex ignis incluſi comburentis excedenti caliditate; hoc iacto fundamento, manifeſtum fit vapores, ſeu fumos huiuſmodi carbonibus incluſos, dùm aere patenti accenduntur exhalare aeriq; permiſceri, ſicque per nares, & os cerebrum petentes ſua craſsitie illius meatus opplere, malaq; qualitate in calido fundata etiam parietes ventriculorum cerebri

bri vellicare, ita vt ex ſe ipſis cōtrahantur, ſicq; facilius vapores craſsi præmorati totalem cerebri meatuum obſtructionem pariant; ita vt occluſione perfecta concidat animal, fiatq; apoplexia ex ijs Caſsij ſententiam dilucidata, non eſt difficile problematis cauſam inuenire, ſi enim carbonum accenſorum caliditatem denſare cerebrum communiſsimo ſignificato intelligeremus, falſum eſſet, cum rarum, & denſum ſint qualitates inſequentes primas qualitates ex ſecundo de gener. & corr. calidiq; potius ſit rarofacere, quam denſare, at denſat caliditas carbonū eo pacto, quo ſuperius expoſuimus, ſicq; Caſsij ſententia eſt explicanda. Quod verò à Mercuriali ibidem ex Plinio lib. 33. c. 5. adducitur, à veritate maximè alienum eſt, maiorem ſcilicèt vim iri carbone exuſto, iterumq; flagranti ineſſe; huius erroris fidem faciunt artifices omnes, qui illo vtūtur, nanq; ſi ignitos carbones, quibus vſi fuerint, extinguāt, minorem deinceps vim illis iterū flagrantibus ineſſe experiuntur. Hinc fit, quod carcere detenti, quibus pedes torquendi gratia inurendi ſunt, Miniſtros fraude corrumpant, vt carbonibus ex lignis rarioribus confectis, ijſq; ſemel, vel pluries accenſis, moxq; extinctis vtantur. Vndè Caſsius eodem problemate ad noxam carbonum fumi tollēdam, quā in excedenti caliditate fundari diximus, illos vino modico aſpergere, & extinguere precipit; ſed de re hac plura, quàm inſtitueramus, Eadem de cauſa ex eccedenti caliditate fulminis, ſeu vaporum ab eo prouenientium nonnullos apoplexia correptos, quemadmodum & ex fumo carbonum obſeruatum aliquando legimus, Beniuenius c. 23. talem deſcribit hiſtoriam; Attonitos fulmine patrem, & filium vidimus, quorū corpus, & mens ſtupore quodam tenebantur, adeò vt diſſolutione neruorum, quam Græci παράλυσιν vocant affici eos crederem, cumque ad ſeptimum vſq; diem ferè abſq; cibo, & potu, quinetiam muti & ſine ſenſu vitam miſeram traherent, ex vena demùm, quam Medici nigram vocant ſanguis emittitur, aluus ducitur, corpus plurimis frictionibus diſtingitur, ac tenuiſsimis interim cibis vtcunq; aliuntur, donec paulatim refecti ad priſtinam ſanitatem tandem reuerſi ſunt. Veſſalius lib. 1. c. 5. humanę fabricæ hiſtoriā deſcribit, quæ ab omnibus ferè receptā apoplexiæ cauſam in dubiū vertere videtur, quæ talis eſt. Auguſtæ Vindelicorum in bienni puella obſeruaui caput in menſibus plus minus ſeptem ita increuiſſe, vt nullum viri caput vnquam viderim, quod non mole illi cederet, fuitq; is affectus, quem veteres hydrocephalum vocarūt ab aqua, quæ in capite aſſeruatur, & colligitur, quæq; non inter caluariam, & exterius ipſam ſuccingentem membranam, aut cutē (vbi aliàs aquam reponi Medicorum libri docent) huic puellæ fuerit collecta, verùm in ipſius cerebri cauitate, adeòq; in dextro, ſiniſtroq; illius ventri

culis, quorum cauitas, amplitudoq; ita increuerat, ipſumq; cerebrum ita extenſum fuerat, vt nouem ferè aquę libras, aut tres Auguſtanas vini menſuras (ita me ament ſuperi) contraxerint, Ad hæc vt cerebrũ in capitis vertice, membranæ quaſi modo erat tenue, & quodammodo continuum cum tenui ſua mẽbrana corpus, itaquoq; caluaria fuit prorſus membranea, tantaque dũntaxat ſede oſſea quanta Caluariæ puellæ erat amplitudo, priuſquam caput extra modum increſceret, ea ferè ratione, qua in nuper natis pueris frontis os, & verticis oſſa conſtare cernimus, vbi illa alioquin mutuo ſunt cõtermina, & in admodum pueris, inſigni interuallo, amplitudineq; viſuntur membranea. Cerebellum interim, cerebriq; vniuerſa baſis ſecundum naturam habebant, vti & neruorum productiones, dein nullis prorſus ſedibus, quam in cerebri ventriculis, adeò atq; dixi adauctis aquam reperi, & puella ad mortẽ vſq; ſenſibus omnibus integrè eſt vſa. Hactenus Veſſalius, ex quibus ſanè nõ parum mirandum, quòd ſtante tanta aquæ copia cerebri ventres replẽte puellam nunquam, nec etiã leuis apoplexia inuaſerit. Huius rei cauſam poſſet quis aſsignare, quod aqua tantum cauitatis cerebri oppleuerat, non autem parietes, & ſubſtantiam ipſius quod in Apoplexia requiri ſuperius docuimus, ſed hæc reſponſio futilis eſt, nam nec caro laborauit, quo ſaltem deprehendi debuiſſet, quare alia ratio magis conſentanea eſt perquirenda, eam autem eſſe nos arbitramur, quòd aqua illa tenuis eſſet, & non craſſa & glutinoſa ita vt ſpirituum animaliũ tranſitum admitteret, eam enim aquam ſeu potius humorem aquoſum, qui in apopleticis, quorũ capita ſecuimus, inuentus eſt, glutinoſũ eſſe obſeruauimus. quod pariter Realdus Columbus inter anatomicos clar. lib. 15. de ijs, que in Anatome raro contingunt, teſtatum reliquit, cuius hæc ſunt verba, Diſecui nõ ſemel, qui ob fortẽ apoplexiam obierãt, in quorum cerebro magnam aquam reperi, perſpicuam quidem ſed glutinoſam. Cum itaq; prænarrata puella cerebri cauitates aqua ſimplici non viſciditatem, lentorem vè pæſeferente vllum opletas haberet, factum fuit, vt animalis facultas ſpirituum medio ad ſingulas partes, per neruos deſcenderet, ſimplex nãq; aqua nõ ita dẽſi corporis exiſtit, quin aeris ingreſſum, & permeationem non admittat nedum ſpirituum, qui aere longè ſubtiliores exiſtunt, quod ex eo palam fieri poteſt, quòd piſces ſub aqua degentes aerem inſpirent, quod quamuis Ariſt. lib. 3. de partibus animalium inficiari videatur, nihilhominus eius interpres Auer. ibidem in com. affirmat, piſces quidem, qui ſub aqua moram trahunt non poſſe per pulmones reſpirare; verum naturam illi adhibuiſſe vice pulmonum nares, in eorum genis, in quibus naribus extant quędã parua foramina, ꝑ quæ deffertur vapor ex aqua ad ipſos non autẽ aqua,

quem

quem quidem vaporem aeream ſubſtantiam nemo ſanæ doſtrinæ negare poterit Hanc opinionem ſequutus eſt Gal. ſeu quiuis alter author lib. de anothomia arteriarum in calce capitis, quod & per initia lib. de vtilitate reſpirationis clarius ſic ſcriptum reliquit; Conſtat autem maiores piſces ſpirare extra aquam, quos etiam pulmones habere manifeſtum eſt, minores vero piſces, qui loco pulmonum brachias habent, ſpirant intra acquam, per poros brachiarum, qui ſunt proportionales fiſtulis pulmonis, quemadmodum enim fiſtulæ pulmonis, ita ſimiliter & pori branchiarum vſq; adeò anguſtantur in ea parte, quæ terminatur ad cor, vt non capiat aquam ſed aerem ſolum, qui per poros excolatur. ab aqua tranſiens ad cor. quod autem aer ſit intra aquam probatur ex eò quòd quando congelatur aqua fit minor propter aeris expreſsionē; Quod & pariter 6. de vſu part. c.9. de piſcibus loquens per hęc verba videtur confirmare. Nō igitur quemadmodum volucribus ac greſsilibus anim. ita & illis re fuit maximum vnum reſpirationis, ac vocis ortum eſſe meatum, ſed earum, quas brachias appellamus, coſtructio ipſis vicæ pulmonis eſt, cum enim crebris, ac tenuibus foraminibus ſint brachiæ hæ interceptæ, aeri quidem, & vapori peruijs, ſubtilioribus tamen, quam pro mole aquæ; hanc quidem extra repellunt, illos autem promptè intromittunt. huc adde, quòd natura etiam frigidiores ſint piſces, quā vt ipſorū cor magna indigeat refrigeratione: Huic opinioni manifeſtè Plinius lib. nono hiſtoriæ naturalis c.7. adſtipulatur minimè veritus ab Ariſt. opinione recedere tanquam veritati minimè cohærenti, inquiens pulmonum vice alia poſſunt ineſſe ſpirabilia viſcera, ita volente natura, in aquaſq; penetrare vitalem halitum, qui etiam ab eiſdem reddi cernatur, cum animalia, quæ ſemper defoſſa viuunt, ſicuti talpæ, aerem reſpirantia terra intermèdia ſpiſsiore alioquin naturæ parte ipſa aqua videamus, accedit æſtiuo calore adnotata piſciū quędam anhelatio, & alia tranquilla veluti oſcitatio, præterea Ariſt. ipſe lib. 4. de natura animaliū c. 10. piſces dormire fatetur, at quæſo quis ſine reſpiratione ſomno locus? Ad hæc bullantium aquarum ſufflatio piſces reſpirare indicat. Cumq; piſces ipſo Ariſt. docente eod. lib. c. 8. auditum & odoratum habent, odoratus autem, & auditus fiant medio ipſo aere ex Auic. 3. coll. c. 36. cur non dicemus aerem media aqua ad piſces penetrare, & per conſequens etiam reſpirationi inſeruire? quòd ſiquis Ariſtotelem obijciat dicentem 2. de anima tex. com. 76. piſces odorare ſine anhelitu, & eodem eſſe paſsionem communem aeri, & aquæ & ideò argumentum ex Plinio deſumptum nihil concludere, Reſpondemus, dato & non conceſſo Ariſt. dicta veritatem habere, Auerroem tamen eius interpretem celeberrimum in com. illius textus determinare,

piſces

piſces non poſſe ſentire niſi medio aeris cadente in illo voce vel alio ſtrepitu ex percuſsione corporum in aere & non in aqua, ergò concludendum aerem per mediam aquam ad piſces peruenire, quem etiam illos inſpirari, ex eiuſdem Auer. ibidem auth. non eſt incōueniēs, debebat autem & reliqua ratione probare Ariſt. quòd piſces odorarent ſine aliqua reſpiratione, non autem ita ſimpliciter dictum ſuum proferre, ſi illi fides adhibenda erat. Quòd verò piſces aerem inſpirent nos hyeme quodam præterito experimento quodam caſu didicimus. Cum enim ſtagni quidam ex diuturno frigore, ſummoque craſsiſsima glacie obducti diu permanſiſſet, liquata glacies piſces omne præſertim maiores mortui depræhenſi ſunt. & ſi enim piſces vt potè, qui maximè frigidi, & exangues ſint, per determinatum tempus pauca aeris inſpiratione indigentes ſub glacie denſiſsima in aqua præſertim fluente, degere poſsint, precipuèq; minores, nihilominus, per longum tempus in aquaq; ſtagnante haud viuere poſſunt, ſed ſuffocati intereunt. Nec obſtat, quòd quis obijcere poſſet piſces ſcilicèt illos potius ex frigore, quam prohibita reſpiratione exanimatos fuiſſe, dicēte Ariſt. lib. de hiſt. animal. 8. c. 19. locis frigidis piſces parum vigere, maximèq; infeſtari algore qui lapidem in capite habent, vt Chromis, Lupus, Phager, Vmbra, facit enim lapides rigor, vt per algorem gelentur, & excidant affirmāteq; eodem Authore lib. 9. eiuſdem c. 37. De Euripo Pyrrheo piſces per hyemem omnes excepto gobione foras enatare propter frigus, locus enim hic frigidior eſt, ſed ineunte vere eodem redire. Quæ tamen Ariſt. dicta poſitionem noſtram minimè euertunt, fatemur enim piſcibus quemadmodum & cæteris omnibus animantibus frigus excedens inimiciſsimum eſſe, non tamen ex eo duntaxat, ſed & ex prohibita aeris inſpiratione præmemoratos piſces peremptos rei euentus indicauit. Cum enim Mātuana tellus ob varias Padi inundationes pluribus ſtagnis diuerſis in locis abūdet. ex quorum nonnullis non modici piſcium prouentus Domini percipiūt Piſcatores quidam labori minimè parcentes primis diebus de frangenda glacie cogitarunt, atq; rem ſecuribus, ferreiſq; alijs inſtrumētis aggreſsi plura foramina diuerſis in locis aperuerunt. mirùm certè dictu, vidiſſes maximas piſcium turmas accurrentium maximo cum ſtrepitu eò ſtatim confluere, qui aeris deſiderio tracti ora extra aquam extollebant, Illi ita inhiantes, vt nullo ferè cum negocio maxiam eorum copiā piſcatores caperent, ſed quid multis morer, non ne piſces aqua extractos in aereq; poſitos manifeſtè reſpirare videmus, quod ſi diutius nō viuunt, quod extra proprium locum ſint in ambiente illis minimè proportione reſpondente eſt in cauſa. Hæc itaq; longiore oratione ſint dicta ad probandum aerem aquam permeare poſſe, quod ſi verum eſt, vt

quem-

quemadmodum demonſtrauimus, quis ambiget id quoq; ſpiritus facere poſſe. Cum ſubtiliores, leuioreſque ſint aere, quinimmo pars leuis, quæ ſimpliciter in ſpiritu reperitur, non ſit grauis niſi ex permixtione aeris, vt habetur 4. cęli com. 39. & Gal. 3. de naturalibus facul. ſcriptum reliquit, ſcriptum eſſe quid leuiſsimum, & tenuiſsimum omnium, quę sūt in corpore humano. Quibus ſtātibus cur puella, cuius hiſtoriā recitat Veſalius Apoplexia minimè fuerit correpta clarū eſſe exiſtimo.

Congelationes miræ. Cap. VII.

IN maximam ſui admirationem trahit affectio illa, quæ à Græcis κατοχὴ interdum κατάληψις dicitur, à latinis verò depræhenſio, Occupatio, ſeu Congelatio appellatur, vt potè quæ rariſsimè contingat, homineſq; ita diſponat vt hoc morbo detētos in Eeſtaſim à Deo raptos vulgares aliquando exiſtiment teſtimonio Gordonij, & Gerardi quemadmodum refert Nicolus ſec. 3. tract. 2. ſum. 4. c. 7. Huius affectionis morboſæ hiſtorias nonnullas in medium afferre decreuimus, cum pleriq; Medici reperiantur, qui toto vitę ſuæ vinculo medicinā facientes tali malo deprahenſum neminē viderint, quarum binas literis mandauit Fernelius lib. 5. de part. morb. & ſymp. c. 2. Vnùs dùm literis, & chartis ſedulò inuigilat repente Catalepſi perculſus, ita quidem obriguit, vt ſedens, calamumq; digitis præmens, oculis in libros defixis putaretur in eorum ſtudia incumbere, donec vocatus, & impulſus deprænhenſus eſt omni ſenſu, motuq; carere, Alterum mortui ritu iacentem inuiſi, qui neq; cernebat, neq; audiebat, neq; compunctus ſentiebat quicquam, facilis tamen inerat inſpiratio, & quicquid in os inferebatur prompte vorabat, è lectulo ſublatus ſolus conſiſtebat, impulſuſq; incedebat, & quocunq; vel brachium, vel crus, vel manus inflecteretur illic quaſi fixum, & ſtabile permanebat expreſſum, quandam dixiſſes Laruam, aut arte progredientem ſtatuam. Beniuenius c. 3. talem & ipſe Cōgelati deſcribit Hiſtoriam, Poſt graues, diuturnoſq; labores, quibus per ingentia frigora, turbido, & pluuio cęlo, perq; flagrātiſsimos æſtus diu, noctéque perequitans ſe ſe fatigarat Antonius Collenſis difficiliorem tādèm incidit ægritudinem, qua ſtatim vt corripiebatur (quòd ſæpè homini contingebat) amiſſa illico memoria ſenſuq; eodem, quo erat, dùm ab ea inuaderetur, habitu perſeuerabat patentibus etiam & inconuiuis oculis, ſi enim inter ambulandum hoc illi contingebat malum, ambulabat, ſi inter quieſcendum, quieſcebat: ſin verò inter aliud quoduis agendum, tantiſper illud agebat, nihil interim audiens, nihil loquens, nihil cognoſcens,

ſens,

ſcens, donec cedente morbo ad ſe regrederetur, & tunc etiam nihil eorum, quæ egiſſet reminiſcebatur. Ex Medicis autem, qui hominem, viderunt alijs virtutem, quæ diſcernit, & vnit, coniungitq; læſam eſſe iudicantibus, eiuſq; noxam cæteris ventriculis iunctum iri volentibus adeò vt memoria ex hoc, & communis ſenſus intrinſecus paterentur, alijs aliter, & quidem argutius & morbum, & cauſam explicare conantibus, nos hominem gelatum dicebamus, Amatus luſit. cent. 2. cur. 14. alteram talem deſcribit. Quaſi in ſomnum ſolutus decumbebat iuuenis ad quem celeres inuiſendum acceſsimus, cuius oculi patebant, & eorũ cilia immota, ac rigida permanebant, nec ab aſsidentibus incitatus reſpondebat, aut mouebatur, immo immotus, & in conniuentibus oculis, vt dixi, manebat totus rigidus, ac congelatus ſtabat, vt meritò iuuenem hunc Catalepſi, hoc eſt congelatione premi conſentaneum eſſet, Reprehendit autem Amatus cur. 15. ſequenti in ſcholio. Fuchſiũ, quòd ſub eodem capite de Cathoco, & Catalepſi verba fecerit, cum ipſe potius animaduerſione ſit dignus; ait enim Cathocum à Catalepſi differre, Cathocumq; deſcribens, Comatis ſeu Cataphoræ vigilis indicia, & ſigna offert, falsòq; Cathocum à Catalepſi deſtinguit, cum vnũ, & idẽ ſint, quemadmodum clariſsimè colligitur ex Gal. com. 2. in 5. Prorhe. tex. com. 56. & 60. quo loco congelationem, ſeu Catalepſim deſcribens Cathocum vocat, quod non minus apertè etiã ex ipſius dictis 4. de cauſis pulſuum, & lib. de introduc. ad pul. patere poteſt, quam ſententiam quoq; omnes fere doctiores Neoterici Medici inſecuti ſunt. Nec Hip. loco ab ipſo Amato citato 4. de morbis popul. loquitur, (vt ipſe arbitratur) de Cathoco, ſed de affectione illa media inter lethargũ, & phrenitidem, quæ Coma Vigil ſeu cataphora in ſomnis & Typhomania quoque appellatur, cuius meminit apertè Gal. lib. de pulſ. ad Tyrones, & 3. de morbis vulg. Verùm huic viro errandi occaſionem præbuiſſe Pauli verba exiſtimo, qui de vigili comate lib. 3. c. 10. verba faciẽs caput nõ ſolum de Comate vigili, ſed & de cathoco inſcripſit, vndè Amatus binis nominibus eandem dùntaxat ſignificari ægritudinem exiſtimauit, præſertim cum eodem c. Cathocum appellatum fuiſſe comam vigilẽ ab Antiquioribus affirmet. Verùm ſi ea, quæ in fine capitis ſcribuntur, animaduertiſſet Luſitanus, non ignoraſſet ibi ſub nomine Cathoci Paulum Catalepſim deſcripſiſſe; ſed nec minori reprehenſione vacat Ioannes Langius, qui epiſtola 25. Cathoci, & Catalepſis eſſentiam tradens nonſolum nomine ſed & re defferre ſcribit, quòd non modo falſum eſt, vt paulò anteà demonſtrauimus, ſed & ſibi ipſi contrarium, nàm paulo poſt Comam ſomnolẽtam Greci κῶμα υπνῶδες ad differẽtiam alterius quę κῶμα αγρυπνον ideſt Coma vigil dicitur appellarunt Catgocum, &

Catalepſim

Catalepſim Antiquiores nominaſſe affirmat, in quo dupliciter peccat, nàm falſum eſt Coma ſoporoſum ab antiquis nomine Cathochi, vel catalepſis vocatum fuiſſe, ſibi verò minimè cõſentaneũ, qui diuerſas nonſolum nomine, ſed & ratione affectiones eſſe Cathocum, & Catalepſim ſuperius docuerat. Veruntamen excuſatione dignus Langius cum cæcutiendi anſam ipſe Aetius dederit, qui ſer. 6. c. 4. de Comate vigili verba faciens, vt ex ipſius dictis colligitur manifeſtè, caput de Cathoco, & Catalepſi inſcripſit, & ſic vocari mediam affectionem inter phrenetidem, & Lethargum affirmat confundens haſce affectiones inſimul, nàm modo ſigna Comatis vigilis, modo Catalepſis tradit, quas tamen in doc. Gal. diſtingui ex locis citatis, & ex com. 8. com. 21. in 3. de morbis vulg. clarè colligitur, ſed longè maiori me herclè indigent conſideratione, quæ à Gal. com. 2. in primum protrahet. com. textus 56. ſcribuntur. talem enim ibi Cathoco deprẹhenſi hiſtoriam recenſet. Quidam etiam ex noſtris condiſcipulis, cum aſsiduo diſciplinarum ſtudio ſe fatigaret malo hoc correptus eſt. iacebat enim veluti lignum prorſus inflexus, rigiduſq; atq; extenſus, videbaturq; oculis apertis nos ita intueri, vt ne conniueret quidem, nihil tamen loquebatur. Is quoq; tempore eodem, quæ loqueremur, audire ſe dixit, quẹdam non euidenter clarèque, nonnulla item & memoria tenens referebat, præſenteſq; omnes ſe ſe conſpicere dixit, ita vt quorundam actiones recordatus exponeret, ſed neq; loqui poſſe, neq; membrum vllum mouere: In congelatione enim imaginationem offenſam recipere, & reſolui, Gal. lib. de diff. ſymp. c. 3. docuit, ſenſus item vitiari, & tolli ex prẹnarratis hiſtorijs didicimus. Memoriam verò aboleri quam maximè rationi conſonum eſt. cum in ipſa potiſsimum poſteriorem cerebri partem, & ventrem pati, Gal. 4. de locis aff. 2. docuerit vbi memoriæ functiones fieri nos ſuperius c. 2. docuimus. Hunc ſcrupum nos ſic diluere conamur, quod vitium hoc non ſemper per ſe cerebro affecto contingat ex humore craſſo, & lento frigiditate, & ſiccitate officiente, ſed & aliquando fieri per conſenſum ab alia corporis parte, puta à ventriculo, quemadmodum teſtatur Gal. lib. 1. de ſymp. cau. c. 7. communicata noxa cerebro medijs neruis, quamobrem cum contingat aliquando malum hoc per conſenſum communicatum remitti, & modo etiam intendi, fit, vt tempore illo intermedio, quo offenſa non ita cerebro communicatur, ſed magna ex parte ceſſat, ſenſitiuas & animales principes operationes leue nocumentum recipiant, ſicq; in opus ſuum exeant. Talem autẽ fuiſſe Cathocum condiſcipuli Gal exiſtimandum, vnde factum, vt nonnulla aliquando dùm minori malo afficeretur cerebrum, ceſſante, vel ſaltem remittente conſenſu, eorum, quæ agerentur, audierit, & viderit, prorſuſq; ſo-

luto morbo recordaretur, & recitaret, quæ certè noſtra interpretatio Gal. verba diligenter perpendenti illis maximè cõgruere cognoſcetur. Cathoci ex conſenſu à vermibus effecti meminit Alex. Benedictus de cur. morb. lib. 2. c. 26. per hęc verba, Cum Cydone eſſemus in Cornelia domo puella, quæ nondum octauum compleuerat annum, in febri ardentiſsima ſomno, primum, dein intentis oculis Chatoco correpta eſt diebus continuis ſeptem, nihil hauriendo preter ius pulli, in quo portulaca decocta fuerat, iacuit pallida, muta, ſine ſenſu, & motu, grauiter reſpirans, in ea ſuprema filiæ deſperatione mater ex melle glandem in aluum ſubdidit, qua ſine ſordibus duos, & quadraginta vermes in globi modum extulit, & ſtatim ad vitam redijt, ex ijs ventris animalibus caliginoſi vapores cerebri ſenſus omnes compręhẽderãt. Hactenus Alex. Benedictus, qui & ipſe non ſimplicis Catalepſis, ſed comati permixtæ hiſtoriam recenſuit, quod Actium feciſſe etiam diximus, inuicem verò nonſolum complicari cerebri affectione, ſed inuicem permutari ex vnaque alterã fieri, nos ſuperi⁹ cępe diximus, & quo ad Catalepſim ſpectat colligi facilè poteſt, ex Hip. lib. 5. morb. popul. quo loco talem literis hiſtoriam mandauit. Eumenus lariſſeus rigida habuit crura, & manus, & maxillas, & nõ poterat neq; extẽdere, neq; flectere, ſi nõ alius flecteret & extẽderet, & neque maxillas diducere poterat, ſi nõ alius diduceret Aliud verò nihil neq; dolebat, neq; edebat niſi mazã, & aquã mulsã bibebat Vigeſima die ſedit, cadit ſupinus, & caput ad lapidẽ vehemẽter offendit, & vertigo ipſi caliginoſa offuſa eſt, & paulò poſt ſurgens ſanus, erat, & ſoluta erant omnia, preterquam poſt ſomnum, vbi excitaretur, articuli modicè ligati erant. Catalepſis in comitialem morbum conuerſæ ſic meminit Beniuenius c. 46. Hieronymus Bencius cum è Diui Laurentij æde vbi declamantis ad populum concionem audierat, domum ſe ſe recepiſſet, & reſerato hoſtio ad cubiculum vſq; in quo vxor ex partu languens iacebat, aſcendiſſet, immotus ibidem, & in conniuis oculis ſtetit, quem cum vxor diutius intuita rogaſſet tandem, quid ageret, & ille nihiloſecius expergiſceretur, accerſitis famulis in eodem, in quo ipſa iacebat cubili coniugem locari, iubet, Qui vbi tandem ſenſum recepit, nihil eorum, quæ ipſe interim egerat, recordabatur. Quare cõuocatis Medicis, quibus & ipſe interfui plurimo ſermone quæſitum eſt, an ille toto eo tempore obdormierit, vt accidit multis, qui ea perſæpe dormientes faciunt, quę munia ſolum videntur eſſe vigilantiũ, an alio quoppiam morbo laborauerit, ac tandem conuenimus, illum eo tempore nõ dormiſſe, ſed rigidum potius, vel attonitum, aut gelatum fuiſſe; quam quidem ſententiam etiam ſubſequens malum manifeſtiſsimè comprobauit, cum paulò poſt in comitialem inciderit morbum, quo nullis prorſus

ſus conferentibus auxilijs' multos iam annos miſerabiliter cadit. Hanc præternaturalem affectionem, & ſi ab humore melancholico, craſſo, & refrigerato fieri. poſſe omnium ferè vnanimi ſententia receptũ ſit: Nõ tamen ideò concludendum, quod Argenterius voluit, ab humore melancholico fit Catalepſis, ergò melancholicos omnes Catalepſi laborare deberent. Nàm melancholicus humor lædit aliquãdo corpus, aliquãdo animam, vt voluit Hip. & Gal. lib. 3. de locis aff. vt in Catalepſi vera non deprauãtur principes potentia imaginatiua, ſed abolentur, vt diximus, ex Gal. lib. de diff. ſymp. ſecus autem in melancholia, in qua imaginatio dùntaxat deprauatur, melãcholiæ nanq; varias eſſe ſpecies prout in ipſis doloſæ imaginationes apparent, Gal. verba 2. de cauſis ſymp. liquido demonſtrant. Ad hæc non eſt parratio Catalepſis, & Melancholiæ quo ad cerebrum patiens, in illa enim afficitur tanquam pars inſtrumentalis cum ſubſequatur ad poſtremi ventris obſtructionem ex humore melancholico, vt ſuperius ex Gal. ſententia docuimus, in Melancholia verò patitur cerebrum tanquam pars ſimilaris, & ſecundum eius corpus, quemadmodum Gal. 3. de locis aff. docuit, & ante ipſum Hip. 6. de morb. vulga. Quare Ioannis Argenterij ratiotinatio peccat, in hoc enim ſicuti & in alijs multis contradicendi ſtudio illectus perperam multoties priſcæ medicinæ fundamenta nonnulla funditus euertere conatus maximè deſcipitur, Vir alioquin perſpicaciſsimo ingenio donatus, plurimaq; literatura conſpicuus.

Geminatę viſiones. Cap. VIII.

ET ſi binis oculis donatus homo fuerit, ſimplices tamen obiectas res conſpicere manifeſtiſsimum eſt, quod ſi aliquando alicui res geminas videri contigerit, id non ſine admiratione fieri experimur, quemadmodum cõtigit annis elapſis Antonio Valerio annos ſeptuagintatres nato, optimæ tamen cõſtitutionis ſeni, qui repẽtè hoc ſymp. correptus fuit, vt quæcunq; aſpiceret, ea duplicata videret, quod ſi alterum oculum clauſiſſet, ſimplicis obiecti ſimplex viſio occurrebat. Huius euẽtus cauſam reddituri neceſſe eſt, vt viſionis modum explicemus, cum in re hac varij varia ſenſerint, quod & poſterius mox explicandis problematibus circa viſum maximè conducet, Ariſt. eiuſq; ſectatores Peripatetici omnes viſionem fieri per ſpecierũ ab obiectis manantium ad oculos aduentum arbitrati ſunt. Cuius. Opp. Gal. qui voluit viſionem fieri per delationem, & extramiſſorum radiorum ab oculis ad obiecta viſibilia; Vtriuſq; opinionis fundamenta, atq; rationes, quibus horum opinio-

num ſectatores oppoſitam ſententiam euertere tentāt, quæ propèmodum innumera ſunt, conſultò omittam, cum ab Antiquioribus nonſolum, ſed & à Neoteris pleriſq; ad ſatietatem vſq; hæc quæſtio pertractata fuerit, cumq; etiam nos neutram amplexandam arbitremur, ſed potius eam, quam Platonis fuiſſe cenſemus, & ſi eandem Gal. & Platonis de re hac ſententiam fuiſſe omnes, quos adhuc legere cōtigerit, ſenſiſſe, literiſq; mādaſſe obſeruarim; At nos media inter haſce binas Gal. & Ariſtotelis, Platonis inquam ſententiā facimus, vt ſcilicèt eius mēs fuerit, radiorum ab oculis extramiſſorum, & ſpecierum viſibilium ab obiectis delatarum in medio aere fieri concurſum & vnionem, & indè ad oculum fluxum, radijs ipſis cōtinuis ab oculis defluētibus ſpecies obiectorum deferentibus, fieri autem huiuſmodi concurſum non ſemper in eodem loco, eademq; diſtantia, ſed modo proximius, modo remotius ab oculo, & ab obiecto, prout viſiua vis, ſpecieſuè obiecta vegetior ſe ſe obtulerint. Hoc autem ſenſiſſe Platonem ex illius verbis in Thimeo elicimus, quo loco talia habet. Ex omnibus faciei partibus primi luciferi oculorum orbes corruſcant. Ignis certè illius, qui non vrit quidē, ſed illuminando ſuauiter diem inuehit mundo participes oculorū orbes Dij fecerunt, intimum ſiquidem noſtri corporis ignem huius ignis germanum, ſincerumq; per oculos emanare voluerunt, in quibus leuis, congeſtuſq; vbiq; ignis huiuſmodi ſit, ſed per eorum dùntaxat ſolidiorem, auguſtamq; medietatem ignis purior euolet, craſsior verò cohibeatur, itaq; cum diurnum lumen applicat ſe viſus radio, tunc ea duo inter ſe ſimilia concurrentia, atq; commixta, quo oculorum acies diriguntur ibi in vnius iam domeſtici corporis cohæreāt ſpeciem, vbicunq; videlicèt tàm intimi, quam externi luminis fit concurſus. Totum igitur hoc propter ſimilitudinem paſsionem eandem ſortium, cum quid aliud tangit, vel ipſum ab alio tāgitur motū huiuſmodi ad corpus omne, perq; id ad animam vſq; diffundens ſenſum efficit, qui viſus vocatur, at poſtquam in noctem diſceſſerit cognatus ignis, viſionis radius euaneſcit, nàm in aerem ſibi diſsimilem erumpens permutatur, atq; extinguitur, cum nullam habeat cum proximo aere, vtpotè ignis ſplendore carente, naturæ communionem. Ex quibus Platonis verbis manifeſtè deprænhenditur in videndi opere ab oculis lucidos quoſdam effluere radios in aerem actu lucidum, & perſpicuum, quem non viſibilibus ſpeciebus ſpiritalibus denudatum imaginari debemus, ſed in illum pari modo ab obiecto viſibili in idem medium exire lucidos quoſdā radiorum nitores (luminis ſiquidem naturam omnes referunt colores) qui prioribus radijs complicati, & permixti, apta quadam proportionis harmonia illam luminum efficiunt commixtionem, & complicationem quam συναυγίαν

Grȩci nos corradiationem dicere poſſumus, à qua per ſympathiam quandam naturæq; concordiam intrinſecus commotus ſpiritus, is ſcilicèt, qui ſenſus videndi eſt inſtrumentum, fit viſio, hoc ſi rectè animaduertiſſet Auer. non adeò acriter in Gal. inuectus fuiſſet. 2. de anima com. 26. inquiens intantum Gal. implicatum fuiſſe errorem, vt crederet aeri facultatem datam eſſe videndi, Nàm & ſi hoc videantur ſonare Gal. verba. 7. de Hip. & Platonis placitis dùm ait aerem vti fulgorem ſolarem eſſe videntem, & vt neruum tangentem, tamen ſi intimius verborum ſenſum perſcrutati fuerimus, Gal. ſententiam fuiſſe cognoſcemus, aerem eſſe videntem, ideſt viſionis organum, quatenus in aere lucido fit concurſus iam dictus radiorum tàm ab oculis quam a ſpetie viſibilis obiecti emanantium. Quod autem Plato fluxum ſpecierum à rebus ad oculos verſum fieri manifeſtè voluerit in Menone, & in Gorgia facilè legi poteſt, hanc quoq; Gal. ſectatores velint nolint fateri coguntur cum hæc ille ſcripta reliquerit eodem 7. lib. de Hip. & Pla. pla. Iam verò viſus inſtrumentum, quia colorum erat cognitionem habiturum, lucidum effȩctum eſt. Natura enim comparatum eſt vt ſola huiuſmodi corpora à coloribus alterentur, vt manifeſto eſt indicio etiam ambiens aer, qui cum maximè purus, nitiduſq; eſt, tunc colorũ alteratione prȩcipuè afficitur. Nàm videre eſt, ſi in huiuſmodi aere ſub arbore aliqua recubuerit quiſpiam, arboris colore eum totum perfundi, quin etiam ſæpenumero accidit, vt aer clarius vbi parietis alicuius colorem attigerit eum ſubito recipiat, atq; in aliũ trãsferat, quod præcipuè fit, ſi color vel cæruleus ſit, vel flauus, aliquoq; alio modo floridus extiterit & profecto ſicuti ſolari ſplendore ſolo ipſo attactu totus aer repentè ſimilatur, eodem pacto à colore ſtatim immutationem accipit, atque hæc rectiſsimè ab Ariſt. dicta ſunt, tùm de ſubita eorum, quæ ita alterãtur mutatione, vt ferè in tempore non facta eſſe videatur, eamq; ad viſus vſq; inſtrumentum traducat. hæc Gal. ex quibus manifeſtè collȩgimus Gal. nonſolum radiorum effluxus, ſed & viſiblium ſpecierum cognouiſſe & admiſiſſe, hos autem modò magis, modo minus ſpirituales eſſe dicendum, & ob id modò in medio aere, modò nòn conſpici, ſpiritualioreſq; præcipuè radiorum viſoriorum ab oculo emanantium ope ad oculos ferri, vt elicitur ab Auic. 3. coll. & in paraphraſi lib. de ſenſu, & ſenſili: Quod verò nec Ariſtoteles Platonicæ ſententię verè aduerſetur, & ſi deſiderio contradicendi Platoni allectus id profeſſus fuerit lib. de ſenſu, & ſenſili, ex ipſius dictis colligere poſſumus. Nàm lib. 3. Meteor. radiorum effluxus ab oculis fieri teſtatur, vt c. 3. vbi meminit Nubis, à qua ſolem verſus refrangitur aſpectus, & c. 4. inquit. Quidam perpetuò ſuum ſimulachrum antè ſe ſtans videbat. Quod idcirco eueniſſe

refert,

refert, quia viſio ad aerem reflectebatur ob imbecillitatem, & cap. eodem ait, habentes oculos humidos videre Iridem circa candelam flante auſtro, quoniam eorum aſpectus præ imbecillitate celeriter refrãgitur & rurſus cap. 6. de virgulis, & parallelis inquit, nihil enim refert per talia videre, aut à talibus refringi aſpectum dicamus, vtroq; enim modo colore ſimili apparet ex quibus manifeſtè deprehendimus Ariſt. dùm Emphaſes quaſdam in ſublimi aeris regione obſeruat, ac earum cauſas reddere conatur clariſsimè eorum ſententiam ſequutum, qui viſionem per radiorum extramiſsionem fieri voluerunt: ſcio Alexandrum, alioſque Ariſt. expoſitores, 3. Meteor. lib. aſceuerare id ipſum non ex propria, ſed aliorum ſententia ſcripſiſſe, ſed pace eorum dixerim, dùm Ariſt. tueri conantur à contradictione, maiorem illi notam inurunt. Tanto enim viro indignum profectò dicendum, ipſum de Iride, Halo, Virga, & Parallelo verba facere, ac eorum cauſas aſsignare ex aliorum ſentẽtia, & interim nec ibidem, nec alio in loco propriam apperire; quare non negandum locis ex 3. Meth. adductis Ariſt. ex propria ſententia loquutum, præſertim cum eandem opinionem nõ ſemel in problematibus approbarit, vti par. 31. probl. 16. vbi quærens cur luſci contractis palpebris videant, ait: Ne fortè radius ab oculo exiens in propatulo diſtrahatur; & probl. 8. ſecundum veterem traslationem, & 15. ſecundum nouam, & 23. quoq; trãſmitti viſum per maris meatus ſcribit. ſed fortè qui Peripateticam doctrinam vndiq; tntari profitẽtur. Problematum librum Ariſt. minimè genuinum eſſe dicẽt; at audiant ipſum 2. Cęli tex. 48. vbi tradit viſum in cęlum ferri, qua de cauſa videntur ſidera tremere, & ſolem ſecundum reuolutionem moueri exiſtimari, quia cum ſit ſol valdè remotus à viſu, & viſus etiam multum remotus, & extenſus reuoluitur propter ſuam debilitatem. Vtiq; Ariſt. hoc loco ex propria ſententia loqui, ex textus totius lectione facilè dignoſcitur, ſed non ſolum Ariſt. ſed nec eius interpres Auer. hunc ſcrupum effugere aliquando valet accerrimus alioquin huius ſententiæ impugnator, nàm 2. Meteorologicorum in digreſsione de via lactea luminis viſorij refractionẽ cauſari etiam ex debilitate viſus, ſicuti & ex groſsitie medij ſcriptum reliquit. Præterea cum Ariſt. lib. 5. de gener. animalium c. 1. cauſam perquirat cur habentes oculos cauos à loginquo magis videant extramiſsioni radiorũ viſoriorũ magis hærere videtur, & Auer. ipſe in com. eodem tramite progreditur, inquit enim, Nàm quando oculus eſt in cauo poſitus, & boni tegminis non diſsipatur eius virtus à lumine exteriori, emiſsioq; virtutis oculi ad rem proſpectum recto tramite meat, vt emiſſum aquæ, quæ ex anguſta cannula proficiſcitur. Dij boni quid clarius dici poteſt ad radiorũ ab oculis effluxum cõcludẽdũ? Quadere

re ſtatutum ſit Platonicam ſententiam de viſione vti veriorem acceptan dam eſſe, qualem nos ſuperius expoſuimus. Quo poſito non erit difficile veram propoſiti problematis cauſam aſsignare, ſi prius tamē quas minimè veras ab alijs aſsignatas credimus, reprobauerimus ab Auic. exorſi, qui in ſui canonis lib. nihil de cauſa geminatæ viſionis ſcripſit lib. 6. naturalium illius meminit, huncq; ſequuti ſunt Albertus Magnus. Diuus Thomas; cæteriq; latini, qui viſionē minimè fieri in cryſtaloide, quod ſenſit Gal. 8. de vſu partiū 4. & lib. de ſymp. ca. & albi, ſed in opticorum congreſſu arbitrati ſunt. inquiunt enim hi, ſi ſecus ſe res haberet, quod binis oculis conſpicitur, duplex ſemper videri neceſſum eſſet. vbi enim contingat neruos viſorios inuicem non congredi, nec mutuò ſe ſecare, ac diſiunctos à cerebro ad oculos procedere, ſiuè id à cauſa extrinſeca ſeu intrinſeca illos diſiungente proueniat, fit vt duplex viſile cerebro obijciant, ſicq; res conſpectę geminatæ cenſeantur, quod & alia de cauſa fieri poteſt, ſi enim ſpiritus ad locum, in quo coeunt nerui optici, ſitq; viſio, demandatus, ſuæ lationis vehementia eum prętergrediatur locum ad pupillas accedens duas imagines ſuſcipiat duorū imaginationem molitur, quod pariter & alia tertia de cauſa euenire conſueuit ex celeritate ſcilicèt ſpiritus à congreſſus neruorum loco ad cerebrum delati, ex quo fit aliquando vt ſecundum obiectæ rei ſimulacrū, & idolum, nondùm priori deleto ad cerebrum deueniat, ſicq; geminetur viſio: Auer. verò huius effectus cauſam lib. 3. coll. 38. ad radiorum doctrinam refert, ſed parùm ſibi cōſtans aliam per initia Paraphraſis in lib. Ariſt. de ſenſu, & ſenſili cauſam tradit, inquiens id ex ſpirituū inordinata motione prouenire, ob idq; iracundum dùm iraſcitur, vnū obiectum duplicatum cernit propter motum contingentem ſpiritui in ira, quoniam quando pars recipiens formam mouetur, & venerit ad ſuum locum ex alia parte deſcribetur forma in ſecunda parte, & adhuc non eſt abſciſa à prima parte, & ſic vna forma videtur duplex, quod ſolis exemplo fit manifeſtum, nanq; ſolis forma cadens ſuper aquam currentem duplex videtur. Omitto alias cauſas à Ioanne Herculano adductas in ſuis com. in 9. Raſis ad Alm. c. de debil. viſus, cū ad iam dictas, moxq; dicendas facilè reduci poſsint. Verùm cum nec Auic. latinorumq;, nec Auer. ſentētia de re hac nobis probetur, quibus rationibus moti eam reiciendam ſenſeamus aperiendum. Ab Auic. opinione initiū ſumentes. Quod nerui optici mutuò ſe ſe interſecent, ſeu potius vnian tur in eorum progreſſu à cerebro ab oculos omnes propèmodum faten tur, nonnulli tamen vt Aræteus, Haly Abbas, & Quintus Caſsius putant quidem ſecare ſe medios, ſed aduerſo oppoſiti lateris oculo, vtrūque ſe implantare, ſcilicèt neruum dextrum ſiniſtro oculo, & ſiniſtrum

dextro,

dextro, eo argumento, quòd qui percuſſus in ſiniſtro tempore eſt, dexterũ oculum amiſit,& hemicraniam ſiniſtram dextra paraliſis eſt ſequuta. ſed veritas tamen in oppoſitum ſe habet omnium propèmodum de re hac ſcribentium vnanimi conſenſu, nàm dexter neruus dextero oculo, & ſiniſter ſiniſtro implantatur, licèt circa eorundem medium ambo vniantur atq; ex eorum ſingulo meatu vnicus ea in parte meatus fiat, cuius rei varij varias antiquiores cauſas aſsignarũt, quas cõſultò prętermitto, cum eas apud Gal. lib. de oculis c. 4. & 10. de vſu par. c. 14. vnus quiſq; ad libitum perlegere poſsit. Hanc vnã non omittam, hanc veluti potiorem,& principẽ à Gal. ibi aſsignatã, quod ſcilicèt neruos viſorios ſe ſe in media productione interſecãtes fecerit natura, ne quod extra intuemur duplex appareret. quod tamen doctioribus quibuſdam minimè probatur, rationabilioremq; aiunt, quam Gal. tanquam ſecundariam affert, id ſcilicèt à natura fabrefactum fuiſſe, quod ſatius erat ſpiritum, qui à cerebro ad vtrunq; oculum proficiſcitur, ſi quando alter eorum clauſis fuerit, aut omnino mutilus in reliquum commeare; viſoria enim facultate eo modo duplicata viſus acutior erat futurus: in hanc autem deueniunt ſententiam clariſsimi iſti viri duplici ratione moti, quarum prima eſt quod videmus nonnullos viſorios neruos ſeiũctos & ſeparatos habere, nullibiq; coeuntes, qui tamen res obiectas vnicas, nequaquam duplices intuentur, huius rei teſtis eſt Veſalius lib. 4. hum. corp. fab. c. 4. quo loco ſcribit ſe quendam ſecuiſſe, cuius nerui viſorij nulla in parte, nullo congreſſu inuicem connaſcebantur, nec ſe contingebant, ſed dexter nonnihil ea ſede, qua Caluariam egreſſurus fuerat ſiniſtroſum, & ſiniſter dextrorſum non nihil reflectebantur, quaſi non coalitus occaſione nerui congrederentur, verùm vt commodè per ſuũ foramen è caluaria procederent, potiſsimum cũ etiam hoc ductu progredientes in oculi poſterioris ſedis medium non infererentur, ſe autẽ (ait) ſedulò,& ſollicitè à familiaribus huius viri percõtatũ fuiſſe, an illi omnia gemina ꝑpetuò oculis obuerſarẽtur, ac nihil aliud reſciſcere potuiſſe, quam ipſum de viſu nunquam conqueſtum fuiſſe, Quamobrẽ patere manifeſtè aiunt iſti neruos opticos minimè inuicem coniungi, ob eã quam Gal. tanquam principem cauſam aſsignat, adduntq; etiam ſecundam rationem, quòd & ſi ſpecies rerum viſui obiectarum per oculos introlatas in loco coalitus coniungi concedatur, nihilominus, cum rurſus ijdem nerui dirimantur, & ad cerebrum progrediantur diuiſim. ergò & diuiſæ ſpecies illæ ad cerebrum deferentur, ſicq; res nõ ſimplices cognoſcentur; poſſumus tamen pro Gal. defenſione dicere ipſum non intellexiſſe, naturam opticos neruos coniunxiſſe, vt in eo coitu vnirentur ſpecies, ſicq; viſio non geminaretur, ſed Gal. ſententiã fuiſſe huiuſ-

modi

modi neruos inuicem coniungi, vt ita firmiores mollitiem ſuam qua omnes alios neruos ſuperant, ſimul tuerentur; ſicque fieret; ne temerè ſecederent ab vna planitie, ſicque ſuſtinerent pupillas in vna, eademque, æqua ſuperficie firmatas, ad oculorum enim motus naturaliter partes & ipſorum ſeparatim nonmoueri, ſed dùntaxat totum oculi corpus omnibus manifeſtum eſt, niſi itaque coirent nerui viſorij eorum ſequeretur aliquando diuaricatio, ac denique pupillarum inæqualitas, ac impar locatio, ſicque vnica res gemina aliquando iudicaretur, hoc pacto Gal. verba ſi interpretati fuerimus obiectiones aduerſus illum adductæ facilè diluentur; nàm diſiunctis neruis opticis, non neceſſariò ſequitur viſio geminata, quia etiam ita diſiuncti nerui oculos in eadem planitie detinere valent. Hinc factum, quòd nerui optici illius, cuius hiſtoriam tradit Veſalius oculorum pupillas firmiter in eodem plano detinerent, illum geminatas res minimè conſpexerit. Non itaq; Auic. & latinorum opinionem de opticorum coalitu, recipiendam ex dictis patere poteſt; nec minus quod ipſi aſtruunt eo, ſcilicèt in neruorum opticorum coalitu viſionem fieri, fruſtra nanq; natura ad cryſtaloidem ſpiritus demādaret, ſi in coalitu, & non in ipſo viſio fieret; & qui diſiunctos naturaliter neruos illos habēt vtiq; non viderēt: hinc factū puto quod Auic. 3. fen 3. c. de oculorum morbis, ſibi ipſi minimè conſtans, ſtatuerit virtutem viſiuam in humore cryſtallino, qui in oculi medio obtinuit principatum. Viſionem itaq; in oculo fieri, atq; viſionis cryſtalloidem primum eſſe inſtrumentum, nonſolum Medici, ſed & Ariſt. primo de hiſt. animalium c. 9. & lib. 4. de partibus animal. c. 10. voluerunt, quos ſequitur Alex. Aphrodiſeus, & Mathematici docent omnes, vt demōſtrāt Alhazeni Arabis, & Vitellionis Polonoturinghi ſcripta de optica. Nec obſtat, quod Gal. 8. de vſu partium c. 6. & 2. aff. 47. viſionem in cerebro fieri, affirmare videatur, dùm nihil citra mentem in cerebro reſidentē ſentire tradit, Nanq; quod alibi multoties ſcribit vti ea facultas ad externorum dignotionem, ad ſentientia organa demandatur, ita animalis facultas in ſenſorijs inſtrumentis per ſpiritus præſentiam operatur, ſi continuitate ad ſuum principium non priuetur; ſic vitalis facultas in arterijs opus ſuum explet; nàm ſi ligetur arteria, licèt in arteria ſpiritus includatur, nulla vltra deligationem pulſatio fiet, ſic compreſſo neruo partes, quibus implantatur motu diſtituuntur. fit itaq; viſio in oculo ſpiritibus viſorijs ad illum perueniētibus, quamuis demùm ex eorūdem ad cerebrum continuitate ſpecies viſæ ad illum perueniant, & deferantur: futiliſq; admodum eſt ratio à latinis adducta dùm facultatis viſiuæ ſedem in neruorum coniunctione ideò ſtatuunt, ne vnicum obie-

ctum viſibile geminatum conſpiſciatur, Nàm quod ab illis dicẽdum eſt de duobus neruis, à quibus auditiua facultàs conſtituitur, qui omnino ſeiuncti ſunt, attamen non percipiuntur duo ſoni, ſed vnus dùntaxat: His itaq; iactis fundamentis haud difficile erit rationibus ab Auic. & Alberto adductis ſatisfacere, quantum enim àd primam ſpectat, iam demonſtratum eſt, falſum eſſe, quod ad diſiunctionem opticorum dupli citas viſus ſequatur; ſecunda pariter & ipſa nihil cõcludit, eo quòd ſpi ritus ad oculos peruenire, ac illum coalitus neruorum locum præteri- re ab omnibus ferè receptum ſit, & ſi copioſiores ad pupillã perueniãt ſpiritus, eam dilatari contingit, quod præcipuè obſeruant ocularij Me dici ſuffuſiones oculorum, quæ curationem recipere valeant exploran- tes, nec tamen ob id geminatam fieri viſionẽ obſeruamus, Tertia quoq; & ipſa ratio funditus ruit, nàm imaginatio non iudicat præſens obiectũ, neq; itaq; duplex, vbi ſecunda accedit inſpectio. Cum itaq; Auic. & lati- norum ſententia minimè ſubſiſtat; An Auer. opinio veritati conſonet indagandum, quod ſcilicèt id proueniat ex ſpirituũ inordinato motu, quæ & ipſa validas patitur inſtantias; nàm nulla maior eſt ratio, cur non ſolum geminatæ, ſed & multiplicatæ res videantur, ſic in aqua cur- renti, non ſolum duplicem, ſed & multiplicem ſolis imaginem aliquãdo intuemur. præterea ex inordinato motu ſpirituum, potius res alio pa- cto, quàm ſint videri deberent, atq; in girum, ſurſum, vel deorſum mo- ueri, quemedmodum vertiginoſis, àtq; ebrijs accidere pluries videmus, qui etiam aliter res viſas quàm ſint exiſtimant; non ergò geminatæ vi- ſionis ſpirituum commotio inordinata cauſa eſt ſtatuenda. Gal. itaque opinionem tanquam veriorem, & ab Ariſt. atq; Alex. comprobatã po- tius amplexandam arbitramus, quam & Matheſeos profeſſores omnes ſequuntur, quod ab Euclide habemus in libello de compoſitione ſpecu lorum c. de viſu, & de fallacia viſus, Gal. 1. de ſymp. ca. c. 2. cauſam tradens cur aliquando quicquid cernitur, duplũ eſſe videatur, hanc re- cenſet, ait nanq; hoc ſymptoma ad cryſtalloidis dimotionem à ſua ſede naturali verſus ſuperiora, vel inferiora conſequi, porrò ſi ad alterum angulorum vel maiorem, vel minorem conuertatur, haud ita notatu di- gna noxa ſequetur, quod etiã 4. de locis aff. circa initia affirmat ꝑ hæc verba, porrò in oculorũ peruerſionibus ſi ad alterutrum angulum fiat conuerſio, innocua permanebit cernendi facultas, ſi verò aut ſurſum, aut deorſum, aut in obliquum quoq; vertantur, quicquid ipſis obiece- ris id omne duplum eſſe videbitur: cur autem id proueniat locis citatis minimè docuit, 10. verò de vſu partium c. 14. & lib. de oculis aſsigna- uit, quam pariter tradidit Ariſt. in 31. particula proble. 11. ſcribens quòd diſtracta conſpectuum ſocietate res vna geminata videtur, pro-

pterea quòd oculi vtriuſq; radius non ad pũctum idem deueniat, quòd & Alexander, ſiuè Tralianus, ſiuè Aphrodiſeus fuerit problematũ author probl. 123. confirmat, ait enim ebriorum nonnullos gemina videre, quia oculorum muſculi plus minus vè repleti oculos, alterum ſurſum, alterum deorſum torqueat, quo fit vt oculorum radij eodem pariter non tendant, ſed in diuerſa loca, atq; ita alteruter oculus priuato cernendi vtens officio duplicem efficiat viſum, quod verum eſſe experimento confirmat, qui enim digito alterum oculum tenent, ſenſimq; ſurſum traducunt gemina intueri coguntur obiecta, ſic quidam oculus dexter cum ex ſanato vulnere inferiori parti agglutinatus fuiſſet, ille geminata omnia conſpiciebat, at ex frequenti motu relaxato oculo ab inferiori palpebra, ſymptoma illud penitus abolitum fuit, vt Ioannes Lãgius epiſtola 7. ſcribit: Oculo verò dextroſum, vel ſiniſtroſum commoto non geminatur viſio, quia & ſi oculi poſitionem varient, nihilominus cũ in rectam lineam moueantur, radij in eundem punctum concurrunt, vndè qui natura ſtrabones ſunt, gemina nõ cernũt teſtimonio Alex. probl. 124. nec tamen Ariſtotelem illi contrariari dicendum, cum in calce 7. probl. 31. part. ſcribit ſtrabonibus rem eandem geminari videri, nam eo loco de ſtrabonibus loquitur, qui oculis à naturali ſitu dimotos ſurſum, vel inferius habent, non autem de ſtrabonibus, qui dextroſum, vel ſiniſtrorſum oculos à propria ſede ſituatos obtinent, hos enim minimè geminatas res videre manifeſtè docet probl. 17. eiuſdẽ particulæ, quia conſpiciendi primordium eadem item in linea ſitum eſt: in vno enim, & eodem plano res eadem etiam duobus oculis viſa vna videtur, & non geminata, quòd Mathematici probant, vt apud Euclidẽ lib. 11. propoſ. 2. & Vitellionem in ſua optica legi poteſt, demonſtratum, & à Gal 10. de vſu partium lib. ex his itaq; hactenus dictis ſatis manifeſtum factum putamus, cur gemina prænarratus æger videret obiecta, at clauſo altero oculo res tantum ſimplices conſpiciebat, eo quòd vnicus tantum viſionis punctus fieret, & non bini, cum oculos à naturali ſitu dimotos oppletis muſculis oculos mouentibus, haberet.

Splendores oculorum. Cap. VIIII.

SPlendores quoſdam, ſeu corruſcationes aliquãdo nonnullis oculorum vitio laborantibus prę oculis obuerſari non ſine admiratione obſeruatum ſcimus, cuius rei haud facilè eſt cauſam adinuenire, & aſſequi: Illuſtris Vrbis noſtrę mulier Comitiſſa Anna ex antiquiſsima Caſtilionea familia oriunda, cum pluries oculorum infl. laboraſſet valida humorum ca-

ſidorum ad ipſos decumbente fluxione in vtriuſq; pupillæ dilatationem incidit, cumq; etiam & hypocondriacam affectionem pateretur, ferèq; aſsiduè fumidæ euaporationes ſurſum latæ oculos peterent, multoties incipientis ſuffuſionis accidentia patiebatur, nõnunquam quædam piliformia aliàs veluti lanarum filamenta, ac veluti aranearum texturas, muſcaſuè, & culices, huiuſmodiq; idola præ oculis obſeruari conquerebatur, verùm cum in dies noua ſuboriente fluxione pupillę Midriaſes augerentur, fermè integra cæcitate correpta fuit, vt nihil præter tenebroſas nebulas, modò rariores, modò denſiores cerneret. Cumq; iam tertius ageretur annus à die, quo in huiuſmodi malum inciderat, derepente Ianuario menſe iam occidente ſole à mulieribus ancillis percũctari cæpit, an ſolares radij thalamum illuminarent, ſe enim vndiq; ſplẽdores intueri affirmabat, qui ferè penitus paucum, quod illi reliquũ videndi munus erat, adimerent. nocte tota etiam clauſis feneſtris, nec dùm luminaribus accenſis ſe nihilominus ſub ſole verſari affirmabat, & Aſtantium vmbras in ſole videre, rei nouitate commoti affines me aduocant, qui cum eũ aliàs non ſemel melancholicis deprauatis imaginationibus vexatum ſcirem, ob hypocundrijs vitium, & tunc perperam imaginari exiſtimabam, verùm cum rectè in reliquis omnibus diſcurreret, & eodem ſymptomate pluries per ſubſequentes dies, & menſes vexaretur, aliundè illius cauſam indagandam eſſe exiſtimaui, ob idq; Medicæ facultatis ſcriptores, Galenumque præcipuè ſubtiliſsimum, & ingenioſiſsimum Medicum conſulere libuit, illiuſq; præceptorem Hipp. quos ſplendorum prè oculis uerſantium non ſemel meminiſſe obſeruauimus. Primamq; Gal. in 1. de arte cur. ad Glauc. ſic ſcriptum reliquit. Si capite moleſtati ſplendores videre imaginẽtur futuræ criſis per ſanguinis narium fluxum ſignificat, quod pariter & rurſus repetit explicans tex. 44. lib. 2. de ratione victus acutorum. Nàmq; cum Hip. inter cætera ſymp. quibus Aegri maffligerentur illi, qui primis diebus à Medicis fame cruciantur, poſtea verò antequam morbus vigorem pertranſierit, cibum exhibent, incertos, & diſcurrentes lucis ſplendores oculi eorum obijci dixiſſet, quos Græci μαρμάρυγες appellant, Gal. (inquã) ait hos fieri propter eam, quæ à ventre ſurſum fertur exhalationem, & euaporationem, & propter ſanguinis qui ad caput fertur abundantiã, hanc autem exhalationem, ſeu euaporationem ſanguinem eſſe, & à ſanguine eleuari, non ſolum ex locis ſuperius adductis elicimus, ſed & ex Hip. 3. progre. ſec. 33. & ex ipſo Gal. ibidem in com. & 3. de iudicationibus. Haſce autem exhalationes non ratione ſuæ ſubſtantię id efficere, ſed alia de cauſa dicẽdũ Nanq; quod id nõ per ſe, & primo ſuæq; qualitatis ratione ſplẽdores prædictos efficiãt, facilè cõuincitur. Nàm potius

tius colorē rubeū repræſentarēt, quā corruſcationes, ſeu ſplēdores, & irradiationes, hocq; ex eo probatur, quod 3. progn. habemus ſec. 30. ab atrabile, vel bile aduſta eleuatos vapores, ſurſumq; latos colorē atrum, atq; tenebriocosū quēdā prę oculis repræsētare, ſic quoq; Gal. 1. lib. de ſymp. ca. c. 2. regio morbo laborātes, quibus humore bilioſo inficitur albugineus palida omnia videre putare, ſcribit. ibidemq; manifeſtè tradit, ꝙ ſi coloreimmutatus ſit humor, q inter cryſtalloidē, & rhagoidē habetur, ſiquidē ad fuſcū inclinet, veluti ꝑ nebulā, fumumvè hominē videre faciet, ſin ad alterū vllum colorem vergat, eius nimirum phantaſiam viſibilibus impartietur; inſuper & quicunque affectione à Græcis ὑπόσφαγμα dicta, ideſt venarum oculi ex ictu ruptura laborāt, ob quā in extima parte ſanguis colligitur, Auic. 3. fen. 3. voce Arabica Tarfati vocat, omnia, quæ aſpiciunt rubea vidētur; quod Paulus lib. 3. c. 22. & Aetius lib. 7. c. 20. teſtantur. alia itaq; ratio indaganda cur huiuſmodi ſplēdores nonnunquā prę oculis obuerſari conſpiciantur, quod nos ea de cauſa, quam mox tradituri ſumus fieri exiſtimamus; quod ſcilicèt ſpiritibus animalibus viſioni inſeruientibus, vel etiam viſionis inſtrumentis malè affectis accidat, viſionem valdè imminui, atq; debilitari, qua de re in ambiente eorum irraditione porrectam, retroflecti contingat, quod de Antipheronte ex Ariſt. ſententia præcedenti capite meminimus, ſicq; fieri vt ad oculorum ſuperficiem leuigatam retrocedèntes iterum retroflectantur, atq; ita ſplendentes irradiationes prę oculis videre contingat. quod vt clarius innoteſcet, illud in primis tanquam veriſsimum recipiendum, viſus inſtrumentum ſplēdidum eſſe, quod Gal. 1. de ſymp. cau. cap. 6. demonſtrat, nec non & 7. de Hip. & Pla. placitis exemplo quorundam animalium comprobat, dùm ſcribit in leonibus, & Pardis, alijſque animalibus, quibus lucidi admodum, ſplendidique oculi ſunt, noctu videre licere orbem ſplendoris in pupilla apparere, pręſertim vbi eam ad nares contorſerint, commen. 4. in lib. 6. Hip. de morbis vulg. tex. 28. ſcriptum reliquit idem Gal. animalem ſpiritum luminoſum è cerebro in oculos plurimum proficiſci, quod pariter ex Platonis ſententia ſuperiori c. abundè demonſtrauimus. Hincq; fortaſſe Auer. in paraphraſi de ſenſu, & ſenſili, in oculo eſſe lumen proprium, dixit; quod tamē Ariſt. eo in libro negare uidetur, dùm nimio Platoni contradicendi ſtudio ductus illius dicta minimè intellexiſſe conuincitur; non enim Plato, Quod ibidem Alex. admonet, ignem calidum, & ardentem ineſſe oculo ſtatuit, quod ſanè ſemper & perperàm Ariſt. ſupponit, ſed ęthereū à quo lumē emanat quod, cū Ariſt. ipſe redarguere ſtudet, eſt facilè ipſe erroris damnādus, Nàm cum oculos noctu animalium quorundam lucere experiētia comprobatum

probatum ſit, id ex luce ipſis propria, & ingenita accidere ſtatuendum cum non ex aliena id euenire poſſe ratio ſuadeat, quæcunq; enim lucent altero horum modo lucere contingit, quod verò ex aliena luce id non fiat, probatur, eo quod & conniuentibus palpebris confricatis oculis, quod ibidem fatetur Ariſt. nonnunquam huiuſmodi ſplendores conſpiciantur, ſed quæcunq; ex extrinſeca luce ſplendorem ſuſcipiunt, ex externi luminis reflexione ſplendent, nàm ſplendor nihil aliud eſt, quam reflexio luminis à corpore terſo, & læuigato, ſic ſpeculum illuminatum fulgorem emittit, ſicq; moueatur huc atq; illuc diſsilit, atq; in ſpacium multiplicatur, ſic teſtimonio Alex. ex retropulſo lumine aſtrorum, vel alio lumine, quæ noctu videntur ſicuti ſquamæ, & capita piſcium ſplendorem emittunt. Niſi cum Soſigene Alex. ipſius præceptore rectius dixerimus, quod Themiſtius 2. de anima c. 24. refert, & probat, hæc noctu lucentia flammulentam quadantenus naturam ætheris, & quinti elementi participare & ea cognatione fieri vt admotum ſibi aerem, aut perſpicuum aliud corpus illuminent, quod maximè noctu faciunt, quia tunc maius lumen abeſt quod impedimento ſit, quominus videantur, interdiu enim fit, vt exiguum eorum lumen quaſi exoleſcat, & offundatur in magno, quod & Auer. com. 72. 2. de anima confirmat. Cũ itaq; ſplendores oculorum obſeruentur, quandoq; etiam ſuperuelãtibus palpebris lumen ingenitum ineſſe ſtatuendum, cum ſic nullum lumen extrinſecum retropelli poſsit. viderunt hanc diff. Ariſt. interpretes, eãq; tollere ſtudentes in laqueos inextricabiliores ſe ſe inuoluunt, Alb. magnus ibidem c. 4. dixit, lumen quidem extrinſecum & ſi quàmmaximè, & arctiſsimè oculi claudãtur nõ perire, ſed ſeruari, atq; retineri in oculi diaphano cũq; in oculo celeris illa cõmotio fiat, oculi nigrũ leuigatũ illũſtrat, ex quo fulgor in oculo repręſẽtatur. Hęc tamẽ Alberti Gloſſa facilè reprobari poteſt, quia lumẽ ſeruari neq̃t abſq; luce hoc in corpore lucido, ex Ariſt. enim habemus c. 3. de ſenſu, & ſenſ. præſentiam corporis lucidi in diaphano lumen ipſum efficere, eiuſdem verò abſentia tenebras parere, quod etiam experimentum comprobat. Ioannes Buridanus in ſua 4. quæſt. ſuper lib. de ſenſu, & ſenſili, vt difficultatem enodaret dixit ſi die oculi claudantur modicum pertranſit lumen, quod rètropellitur, & ſic fit fulgoris apparitio, ſi verò id noctu fiat vel lumen candelæ, vel ignis, vel aſtrorum pertranſit ad oculum, vel ſi ſimus in thalamo colores parietum à ſe lumen emittunt vſq; ad pupillam, quod indè reflectitur, & ſplendorem efficit. ſed parcat mihi Buridanus irrationabilia ſunt ipſius dicta, quoniam poſsibile haud eſt palpebris clauſis lumen aliquod extrinſecum penetrare, ſi enim hoc fieret, tunc dubio procul fieret viſio, nàm ſi penetrare poterit lumen, penetrabunt quoq; imagines

gines, ſeu idola obiectorum viſibilium præſertim ſecundum viſionis modum à Peripateticis allatum, cum ſpiritualia ſint, & ab obiectis vſq; ad oculos ferantur, falſum quoq; eſt colores in tenebris lumen emittere, ſi enim hoc fieret, & colores eoſdem in tenebris videre liceret. Quare alij minus rationi diſſonã cauſam imaginati ſunt opinantes id accidere, quod ſpiritus viſorij ex celeri commotione inflammentur, ac quo quomodo igneſcant, & hanc declarationem Auic. tribuunt; Ex recentioribus Interpretes quidam id ſpirituum viſoriorum luciditati aſcribere tentarunt: Quare velint, nolint, lumen oculo ingenitum admittere coguntur, ex dictis itaq; patet Argenterium à veritate aberraſſe, cum in ſuis com. in artem medicam Gal. ſcribit ſpiritum nullum ſplẽdidum, & lucidũ in corpore reperiri, gigni vè nullo pacto poſſe, cuius rei cum rationem minime in medium afferat, illius dictis poſthabitis iamdictũ Antiquorum placitum, recentiorum etiam ferè omnium ſentẽtia comprobatum ſequemur. Nàm cum alicui capite valido, ictu percuſſo ſplẽdores præ oculis emicantes videre videtur, indè in communi adagio eſt illos, qui ita percuſsi sũt, media die ſtellas cernere: Et quid quęſo aliud ſunt quàm radioſi fulgores à ſpiritu viſorio prodeuntes, cum ictu extrò pulſi corruſcantes, Hoc iacto fundamento & aliud quoq; memoriæ reuocandum, cryſtallinum ſcilicèt humorem principem eſſe viſionis inſtrumentum, ac in illo propriè viſionem fieri eo pacto, quo pręcedenti capite docuimus, Illumq; eſſe cryſtallo colore, & luce perſimilem, pellucidiſsimum inquam, ſuperficieque conſtans leui, & inſigniter lubrica, hic globi figuram experimens in alio continetur humore, qui vulgari albo vitro colore, & luciditate correſpondet, in anteriori verò parte continetur ab alio aqueo dicto, qui aquæ modo pellucidus, tenuis, fluuiduſq; exiſtit, atq; vniuerſum ſpacium inter anteriorem cryſtallini humoris ſedem, & pupillam exiſtens occupat, & implet; itaque globoſum cryſtallini humoris corpus à corpore vitrei, & aquei continetur ſuperficie, plana, quæ tamen vtraq; tantum habet ſinum, quantũ ad protuberantem cryſtallinum humorem continendum opus eſt, conuexa ſuperficie aquei ad exteriora; & vitrei ad interiora oculi vergẽte. continetur autem aqueus humor à cornea tunica pellucida quominus effluat; his itaq; ſtantibus ſpiritus antea depurati, & viſorij effecti, lucidi à cerebro per neruos opticos perueniunt, atq; corpora vitrei, cryſtalliniq; humoris permeant, & per foramen vueę tunicę, quod pupillam appellamus, per lucidum quoq; humorem aqueum, & tunicam diaphanam corneam ad viſibilia obiecta perueniunt, viſibiles ſpecies per lucidum aerem percipientes, quod ſi vitiata oculi fabrica, vel quauis alia de cauſa viſus, ſenſu debilitato, præſertim ſi craſsi vapores, vel humores

res cryſtallinum, & reliqua lucida corpora oculum conſtituentia retrò vt diximus, obduxerint, retrofle&ti huiuſmodi viſorij ſpiritus accidit, atq; ab oculi corpore leuigato retrocedentes ſplendidas illas corruſcationes præ oculis cauſare, quemadmodum in ſpeculis ex cryſtallo paratis fieri obſeruamus, quæ diaphana ſunt, & radios lucidos permeantes admittant, quatenus talia ſunt, verùm poſtea quatenus à tergo denſo illo corpore ex hydrargiro parato obliniuntur, & incruſtantur lumẽ refle&ti contingit. Imagines enim in ſpeculo collucent, cum ex eo radij luminoſi regenerantur, repercuſsi enim ad oculum reſultant. Atq; hæc etiam eſt cauſa cur experre&ti no&u lumen primo intuitu videamus, radijs, inquam retrocedentibus, ſe ſeq; intuentibus, atq; in ſe retentis, Gal. lib. 7. de Hip. & Platonis placitis c.4. de obſtru&ione meatus neruorum viſiuorum verba faciens hæc ſcribit. Noui ego quendam qui cũ eodem hoc malo affe&us eſſet, narrabat nobis ſe priuſquam in eam calamitatem incidiſſet, in ſomnis patefa&is repentè palpebris, magnam antè oculos lucem ſolitum videre, quod ſcilicèt & mihi, & alijs multis euenit, quę tamen lux ſubinde diminuta fuerit, vt nihil pęnitus amplius appareret, atq; ita ſibi videndi ſenſum obſcuratum, ſimili modo penitus interijſſe: optarem quidem Gal. prædi&æ hiſtoriæ cauſam nobis apperuiſſe, Quod nec pariter fecit Hip. & ſi non ſemel conſimilis hiſtoriæ meminerit; nàm ſic habet lib. 5. de morb. Popul. Phænicis affe&io ex oculo dextero talis quædam erat, plerunq; velut fulgur elucere putabat. Quum autem non diu ipſum continuiſſet dolor, ad tempus dextrum inſtabat, & per totum caput, ac collum, caput intumeſcebat retrò ad ventricula, & diſtentio, & duricies circum tendines, & vbi caput commouere, aut dentes diducere conabatur, non poterat, vt qui valdè diſtendebatur, & lib. 7. eiuſdem Mneſianaćti hiſtoriam enarrans ait, Deambulante in ipſo foro ſplẽdores prę oculis obuerſabantur, & ſolem nõ valdè videbat. Quum autem parum diſceſsiſſet, extra ſe ipſum erat, & collum conuulſum eſt. Ex quibus palàm fit, malè affe&o capite noxã impartiri oculis ijs, qui ſplendores hoſce patiuntur; quod pariter & nos comprobare poſſumus recentiori hiſtoria addu&a, cuius teſtem exhibemus Ecc. Medicum Mantuanum D. Alexandrum Aquanigram; Mulier ętate florenti nomine Laura, cognomen reticendum, quia minus honeſta, ac decens erat, non ſine Gallici ſuſpicione, puſtulis circa dextram capitis partem moleſtabatur, quibus externis medicamentis adminiſtratis liberata fuit, ſed dolore capitis infeſtiſsimo correpta eſt, pro cuius curatione, dùm vena tunderetur, quendam in media capitis parte interna crepitum ac ſi veſica diſrumperetur, perſenſit, ex quo in lęuem lypotimiam incidit, qua leuata maximo animi mærore correpta

pta eſt. ac poſt nonnullos dies globulum igneum ſibi videre viſa eſt. qui poſtea in maximam flamam excreuit, ac deinceps Melancholycis ſymp. atq; epilepticis vexata fuit per interualla, ſiquidem modo frequentiora, modo tardiora, ſemper tamen ſic incipientia, primum enim in oculo dextero, qui & illi ſæpius dolebat, veluti lumen ſibi reſplendere videbatur, referrebatq; ſi ex ſiniſtro oculo dùntaxat reſpiciebat, ſe non niſi dimidium hominem, ac reliqua obiecta veluti per medium diſiecta conſpicere, prioris effectus ſplendoris ſcilicèt cauſam ex ſuperius allatis cognoſcere haud difficile eſſe arbitramur, poſterioris ſymptomatis capite ſequenti, in quo etiam plura problemata ſcitu digna circa viſum reſoluemus, cauſam adducemus. Poſſet autem quis declarationem hanc noſtram arguere, quòd data illius veritate ſequeretur, quòd idem eſſet videns, & viſum, ſi radij viſorij retroflexi ſe ipſos conſpicerent. ſatisfacimus nos dicentes, non inconuenire in ſpiritalibus idem eſſe vidēs, & viſū, ſub diuerſa ratione, quatenus ſcilicèt refluxi & nō refluxi radioſi ſpiritus cōſiderātur, poſſumus etiā dicere huiuſcemodi ſplēdores prę oculis aliquēdo videri ex humoris ſuperuacanei affluxu in oculos impetuoſo, ſicuti ex ictu, vel infricatione accidere ſuperius diximus, & experimentum teſtatur libet mirā hiſtoriam hic ſubnectere quam ab Ecc. Ioāne Thoma Minadoio Sereniſ. Ducis noſtri Medico accepimus talem Nobilis Mulier annum ſuę ætatis agens Quinquageſimū; Habitus valde Gracilis: ſicioris calidioriſq; Iecoris; Cordis calidioris, Cerebri ſicioris & calidioris, ventriculi Frigidioris cum præceſſerint cauſſæ caput calefaciētes & ſiccātes, animiq; Inſignes perturbationes Incidit in læſam Viſionem; Quæ diminuta eſt, & deprauata: Diminuta ratione ſolius diſtantiæ, cum neq; Viſiles ſpecies procul diſtinguat neq; aſpiciat. De prauata verò dupliciter eſt; nempe ratione obiectorum cum Exiſtētium; tum ratione obiectorum nō Exiſtentium. Ratione Quidem obiectorum Exiſtētium, ſolùmodo læſa eſt Viſio in ijs quæ luminoſa ſunt atq; ſplendentia Vt lampades, accenſęq; candellæ; & in Hic non ex toto eſt deprauata, ſed tantum in magnitudine & numero in Magnitudine quidem eo quod hęc magis longa & magis lata quam ſint aſpicit idq; ſolum dum recedit & elongatur ab obiectis, dum enim prope eſt ipſa probe iudicat. & Hæc affectio continua hoc modo permanet. In Numero autem, eò quod Quodlibet luminoſum obiectum duplicat: Hęc autem affectio non eſt huic continua; ſed quandoq; tantum & per interpoſitas vices. Clauſo oculo dextro minus benè intuetur iſta obiecta, ſiue maiora appareant, ſiue duplicata; ſiniſtro clauſo bene hęc videt. Hęc quoad Exiſtentia obieta. Quantum verò ad non exiſtentia; Aliquando vigiliarum tempore, ob oculos poſita habet, turpia mortuorum ſimula-

chra Triſtia ſpectra, & Horribiles effigies ſine ſplẽdore. Prurigne quãdoq; afficitur In palpebris, & interdum ardorem ſibi videtur habere In toto corpore. nonunquã Muſcę, nonunquã culices ob oculos obuerſantur: nonunquã apparent atomalia corpuſcula volitantia; Nunquam Corruſcationes, aut ſcintillas Introrſum ſenſit; luminoſis delectatur; neq; melancholica eſt, ſed probè conſtat. Oculi in externa parte neque in Tunicis, neq; in Pupilla aliquam lituram, maculamve oſtendunt. Horum ſymptomate omniũ ex iã dictis cauſas indagare haud difficile exiſtimamus; quamobrem ne rurſus eadem repetamus laborẽ hunc curioſiori lectori drelinquendum cenſuimus.

Varia quædam mira circa viſionem. Cap. X.

PRæcedenti capite mulieris meminimus quę ex ſiniſtro oculo dùntaxat reſpiciens dimidia tantum, ac veluti per mediũ diſſecta obiecta intuebatur, cum interim dextro oculo patenti ſplendores obuerſarentur, Cur itaq; obiecta media dùntaxat cerneret hoc loco à nobis indagandum, quo etiam pleraq; alia problemata circa viſum occurrentia diſcutere decreuimus, quę huiuſmodi ſunt. Primum cur qui pupillæ dilatationẽ, Gręci μυδρίασιν vocant, patiuntur, res minores quam ſint conſpiciant cum potius prima facie videatur dicendũ, quòd maiores deberent videre, cum ſpiritus latiori inſtrumento occurrunt, vndè & ſpecies viſibiles obuiæ factę latiori cuneo ſuſcipiantur. è contra verò, quibus tabe pupillæ laborãt oculi, maiora appareat obiecta, quàm pro naturali modo ſint, cuius oppoſitum potius eſſet exiſtimandum, cum in tali morbo pupilla ipſa coanguſtetur, ſtrictiorq; reddatur. ſecundum cur nonnullis accidat vt noctu quidem melius videant, interdiu autem deterius, & ſi luna noctu appareat, nihil cernant; quod Aetio teſte quibuſdam rarò tamen accidit: cum tamen è contra potius videatur dicendũ, quòd ſcilicèt omnes melius interdiu, quàm noctu cernãt, vndè & qui oculorum imbecillitate laborant interdiu ſatis, noctu nihil videãt, hoc vitiũ νυκτάλοπα Gręcis appellatur, & à Plinio illo detenti lucioſi dicuntur. Tertium quare quidam homines res modice diſtantes non vident, vbi longius diſsitas vident, cũ enim viſio eo pacto fiat, quo ſuperius ſtatuimus, vtiq; propè ſitæ res melius cerni deberent, in propinquo enim actiones naturalium agentium perficiuntur magis. Horum problematum omnium cauſam reddere conabimur, ſi tamen cur mulier, cuius meminimus pręcedenti c. diſſecta obiecta, & dimidiata tantum videret apperuerimus, quę res ſanè multa ſcatet difficultate, Gal. 1. de cauſis

ſymp.

ſymp. quo loco ſuffuſionis verba facit, docet, quod ſi totum rhagoidis foramen à craſſo illic conſiſtente corpore obtenebratum ſit, vtiq; videre hominem prohibet, ſi verò nō totum foramen obtenebratum ſit, ſed aliqua pars eius pura ſuperſit, per illam, quæ extrinſecus ſunt, ſingula per ſe ſola, nihilo deterius, quam antea videbuntur, non tamen ſimiliter vt antea vno tempore multa, eo quòd anguſtior, quam prius, factus ſit viſus conus: At ſi in pupillæ centro exigua ſuffuſio conſtiterit, reliquis, quę circa ſunt partibus puris exiſtentibus, omnia ijs, qui ſic ſunt affecti veluti feneſtras habere videntur, cum quod in medio eſt non cernitur, & quaſi exciſum videtur. Verùm ſi diuulſa, nec inter ſe coniūcta fuerint craſſa corpora, quæ iuxta pupillam conſiſtunt, fluitentq; in tenui humore, ijs, qui ſic ſe habent, tanquam culices quidem foris obuerſari videntur: Ex ijs colligimus nos, quòd ſi huiuſmodi corpora, ſeu humores, ſeu vapores craſsi fuerint, pupillæ dimidium ita, veluti deducta linea ab vna ad alteram circunferentiam per medium centrum pupillam occuparint, dimidiam obiectę rei viſionem tantummodo efficient. Primi Problematis cauſam Paulus, & Aetius adducunt, dicentes in dilatione pupillæ res minores cerni, eo quòd ſpiritus viſiuus diffunditur, Alsharauius ait id euenire eo quòd midriaſi laborātes vident debili viſione. Et Ieſus Halij dixit cauſa eius eſt debilitas luminis, ideſt virtutis viſiuę. Verùm cauſæ ab hiſce authoribus aſsignatæ ſub obſcuræ ſunt, & ampliori indigent declaratione, quare magis acquieſcimus reſponſioni quæ colligitur ex Ariſt. 31. probl. particula. 8. probl. quo loco quęrēs cur luſcioſi, ſeu qui obtuſis ſunt oculis literas minutas ſcribere conſueuerint, concludit id fieri propterea quod cōtractis palpebris ſcribāt, fit enim per imbecillitatem, vt ſi laxatis, deductiſq; oculis ſcribant, aſpectus, diſtractus, paſſuſq; hebeteſcat, ſi adductis, & conniuentibus vniuerſim depromptus, acutius videat. Quod tamen angulū informat exiguum, efficit neceſſario vt exiguæ litteræ ſcribantur à pari, & nos dicimus in dilatione pupillę fuſius diffundi ſpiritum viſiuum, viſumque debilem effici, qua de re contingit ſic affectos oculos occludere, minorique effecto angulo res quoq; minores conſpici: In tabe verò pupillæ cum ipſa anguſtior reddatur, ſpiritus multum coadunantur ita, vt ſpecies viſibiles in eis poſsint multiplicari, adeò vt res maiores appareāt, quam ſint, ob conſimilem cauſam aiunt, quod ſtellæ minutę in hyemali ſerenitate conſpici poſſunt, minimè verò in ęſtiuali ſerenitate, eo quòd hyeme earum ſtellarum idola, ſeu ſpecies in aere craſsiori receptę terminentur, & multiplicentur, ſecus verò in ęſtate in aere rariori euenit, in quo terminatiuè recipi nequeunt, minimèq; multiplicari: ſic qui vitreis ſpecularibus naribus appoſitis aſpiciunt, res maiores vident quā

ſint, eo quòd tàm ſpiritus viſiui debiles, quam ſpecies obiectorum denſantur magis, ac reflexę multiplicantur, ſecundi problematis propoſiti cauſam dicimus talem, quod ſicuti illi, qui ſpiritus viſiui craſsitudine, itemq; reliquorum humorum, & tunicarum oculi laborant, occidente ſole obſcurius vident, noctu verò nihil pęnitus cernunt, ita quoq; quod tenuiori ſpiritu, ac tunicis præditi ſunt diei lumine multum illis attenuari ſpiritum, ac tunicas rarefieri contingit, & propterea ſpiritum diſsipari, ac viſum obſcurari, noctu verò craſſe fieri, colligiq; ac ſensũ moueri, à lucido enim diſgregari maximè, & oblędi viſum tribus exemplis probat Gal. lib. 10. de vſu partium c. 4. & primum exemplo militũ Xenophontis, qui cum per multam niuem iter feciſſent oculis lęſi ſunt, 2. exemplo Dyoniſij Tiranni, qui ſuper carcerem cõſtruxit domum clariſsimam, ac longè ſplendidiſsimam calce illitam, ſicq; illos qui quam diutiſsimè carcere infimo fuiſſent concluſi ad eã aducebat, qui ex multa, atq; profunda caligine in ſplendidam lucem egreſsi occęcabantur. 3. exemplo ſolis, quem ſiquis in conniuentibus oculis velit intueri, oculos celeriter perdet. ſic multi in ſolis deffectibus, cum eum affectum, qui ſoli acciderat planius noſce cuperent fixis oculis ſolem intuentes imprudentes prorſus fuerunt occæcati, vnde iure optimo Ariſt. 2. de anima decretum reliquit, quod eccellens ſenſibile deſtruit ſenſum. Tertij problematis diſcuſsio longè difficilior ſe ſe offeret, Perſimile eſt Problema, ei de quo Gal. lib. 1. de ca. ſymp. diſſerit, vbi ſpiritum animalem diuerſum in oculis ſtatuit, is enim (vt inquit) aut eſt multus, & adamuſſim purus, & ſyncerus, aut paucus, & ſyncerus, aut multus, & nebuloſus, ac humidus, aut paucus, & nebuloſus, ac turbidus. ſi multus, ac ſyncerus fuerit res à longè ſitas exactè videre, ac diſcernere poterit. ſi paucus, & purus eſt, diſtantia non videt, ſed propinqua probè diſcernit ſi ſpiritus paucus eſt & craſſus, neq; propinqua probè diſcernit, neque diſtantia videt, ſi tamen ſpiritus fuerit multus, & craſſus, diſtantia videbit quæ non exactè diſcernet, hoc verò non negat propinqua quoq; videre poſſe, ſed noſtrum dubium diuerſum eſt, quærimus enim cauſam cur aliqui diſtantiora vident, atq; diſcernunt exactius quam quæ ad modicam diſtantiam ſeiuncta ſunt: in quorum numero ſunt ſenes multi probè videntes, ac legentes litteras ad bicubitalem diſtantiam, quas legere nequeant ſi ad cubitalem admoueantur. Quidam huius probl. cauſam adduxerunt quod habeant oculorum ſpiritus craſſos, qui à multo lumine in lõgiori ſpacio attenuãtur, & tenues redditi viſioni inſeruiũt, ac magis accommodant, verùm hi falluntur, Nàm vt ſuperius docuimus, ſpiritus non exeunt ab oculis, ſed dùntaxat fulgidi radij ab ipſis deriuati Auer. 3. coll. c. 38. duas huius rei adhibet rationes, quarum

prima eſt, quod oculi, qui vident longè res diſtantes, quas propè cernere nequeunt, ſunt debiles, & egent multo lumine immutante, vt videant, id verò in longiori ſpacio obtinēt, quod in breuiori adipiſci nequeunt. Secunda ratio eſt quoniam debilis viſus fortem immutationem factam à viſibili propinquo non tolerat, verùm vtraq; Auer. ratio claudicat, nàm data prioris veritate ſequeretur, vbi viſibile propè oculum eſſet, & magnum aliquod lumen ei applicaretur, ita vt eſſet ęquale multo illi lumini in longo ſpacio effuſi, quo ibidem perciperetur; quod tamen falſum eſt, Quod ſecundo loco addit viſum debilem, ſcilicèt magno immutationem non pati, id experimento aduerſatur, quantò enim ſenſitiua quæuis potentia eſt hebetior tantò eget immutante vehementiore, præter id quod ſibi ipſi contradicit, nàm in prima ratione dixit maiori egere lumine viſum imbecillum, & in ſecunda viſum imbecillum nō fere magnā immutationē affirmat. Quare adhuc indiſcuſſa remanet quæſtio, quę & difficiliorē quoq; annexā habet, cur ſcilicèt nūſolū oculi imbecilles, vt diximus, ſed & etiā optimè valētes, atq; ſyncerìſsimā nacti vidēdi facultatē res iuxta ſe poſitas nō vidēt id enim cōſtat oculos cōſtitutos optimè res ad duorū, aut triū digitorū diſtantiā nō videre, quas ad bipedalē optimè cōſpiciūt. quidā ferūt id fieri, quoniā ſenſibile ſupra ſenſum non ſentitur, quod tamen minimè recipiendum, tùm quia id viſibile oculis non ſupraponitur, tùm etiam quia Ariſt. dogma ſeſibile ſupra ſenſum non ſentiri, non vndequaq; verū arbitramur, Nàm tunc nos dolores maximos fieri videmus, cum quippiam neruos tangendo vulnerat, & in ſuffuſionibus, & diſpoſitionibus eis ſimilibus, vt poros intra oculos videntur, & muſcæ antè oculos volitantes reputantur, & ſi hoſce per ſpeciem obiectam in aere per accidens, & non per ſe videri tradat, Thomas à Vega in ſuis com. in 4. Gal. de locis aff. quod an veritati conſentaneum ſit alias lōgiori ſermone docebimus, pro nūc ſufficiat dixiſſe, quod data Vegæ ſententiæ veritate ſequeretur, quod eadem ſpecies & ab alijs videri poſſet, & quod & oculis propriam ſpeciem videre poſſet. Quare rectius cum Themiſtio in paraph. 2. lib. de anima c. 25. dicendum res oculis admodum propinquas nō videri, aut ægre, ſicut & ſonitus valdè auribus inſitos, quoniam hæc & odores aerem mutare debent, vt ſenſum mutent, & debitam quandam aeris intercapedinem exigunt ad dictas ſenſationes excitandas, ſine qua ſenſum ad actum deducere non valent. Nos verò & aliam propoſiti probl. ſolutionem imaginamur; ſimilem enim eſſe rerum viſionem impulſioni ſagittæ exiſtimamus, quæ non adeò vehementer percutit rem propè obiectam, vt rem ipſam longius ſemotam, cum tamen rem longiſsimè diſsitam, aut non omnino attingat, aut lentè, quod & in viſione fieri obſer-

uamus

tiamus. Oculus enim adhuc temperatiſsimus res admodum coniũctas non diſcernit exactè, & ſi eas videat, ſicuti neq; longiſsimè poſitas, eas verò quę quadamtenus ſepoſitæ ſunt, videt probè, atq; diſcernit, quoniam & impetu quodam animalis facultas per organa tranſmittitur, & quæ impetu pelluntur, vehementius aguntur, cum aliquatenus ab impellẽte ſecedũt, & quæ debilius moueatur, maiori impetu egẽt, vt quæ vehemẽtius, minori. Nàm ꝙ minus graue eſt, maiori ſpacio deſcẽdẽs maiorẽ impetũ nrciſcitur, ac indè vehemẽtius mouetur, id verò quod grauius eſt in minori ſpacio magnum aſſequitur impetum. Cum igitur viſoria facultas impetu per aerem pellatur, proximè admodum ſita non tangit impetu, quare neq; ea diſcernit probè, ſecus autem poſita ſed non longè, impetu quodam in ſpàtio acquiſito (qui magnus eſt in pauco ſpacio, quoniam facultas valida proponitur) probè videre, & exactè cernere valet, facultas verò lãguida maiore quodam ſpacio eget vt pellatur, & impetum aſciſcat, pellitur autem à ſpirituum copia. cum ergò imbecillior ſit, maiore egebit impetu, quam valida, is verò impetus in ſpacio maiore accedet, quo adueniente diſcernere poterit, ea, quę propius minore impetu diſcernere non poterat. facultatem autem animalẽ impetu pelli docet Gal. lib. 7. de placitis Hip. & Plat. dicẽs. Quid aliud? niſi ideò factum eſſe (ſcilicèt neruos aliquos cauitatem habere) quoniam imbecilla cum ſit, virtutum, ac facultatum traductio ad continua, præcipuè cum vel maiora paulò fuerint, vel duriora, vel vehemẽtiore aliqua alteratione indigeant, ſi ſubtilioris ſubſtantię quadã tenus cum violentia, & ictu immiſsio fieret, augeri alteratio ita poſſe videatur, dictum eſt enim, eam, quæ à pleriſq; virtutis, facultatiſq; effuſio nũcupatur, alterationis eſſe traductionem; id quod in aere à ſolari ſplendore fieri non dubitamus: eodem igitur modo veriſimile eſt ſpiritũ, qui ad oculos fertur primo incurſu cũ ambiente aere vniri, atq; ipſum contactu, ad naturæ ſuæ proprietatem alterare, & immutare. Et rurſus ad finem libri inquit. Vbi enim aer illuſtratus fuerit à ſole, tale continuò viſus inſtrumentum efficitur, qualis eſt is qui à cerebro proficſcitur ſpiritus. Prius uero quam lucem acceperit, ex alteratione, uidelicèt quæ emiſsione, ictuq; ſpirituum cauſatur, conſentiens, cognatumq; inſtrumentum non euadit. Ecce ubi duobus in locis adductis Gal. ictum, & impulſionem fieri dicit in medij illuſtratione, & irradiatione. Fortis igitur uiſus minori, & imbeclllus maiori impetu egebit: Idem quoq; docet ĩn ſenſu tactus experimentum. Nàm uerui tactorij iuxta cerebrum, aut ſpinalem medullam, non adeò ſynceram ſortiuntur tangendi uim, ut hi, qui longius abſunt, qui enim in manu ſunt exactius ſingula tãgibilia diſcernunt, cum manibus inſeruntur quam iuxta ceruicis uertebras. Et

hæc

hæc de propoſitis circa viſum problematibus dicta ſint ſatis.

Cæcitas ex Vulnere in occipitio repentina. Cap. XI.

CAmillo Terzano cum uulnus in capite occipitium uerſus inflictum fuiſſet ad cerebri ſubſtātiā pertingens, ſtatim, ac de repente, & ſi nō cecidiſſet uiſum pœnitus ammiſit, nec dùm exiguam uidendi facultatem toto ægrotationis tēpore, quo decubuit per plures dies, nàm mortuus eſt, recuperare ualuit, non ſine Medicorum, atq; Chyrurgorum magna admiratione, dicebant aliqui Aetij authoritate innixi lib. 7. c. 48. ex forti ictu, & plaga neruos opticos à cerebri nexu diſiūctos, & ruptos fuiſſe, quod tamē minus probabatur reliquis, cū oculi minimè primū prominentiores, deindè cauati, & alimentum non ſentientes in laborante obſeruati fuiſſent. Alij reſolutos ob eandem cauſàm neruos opticos prędicabant, quod etiam minimè arridebat, cum oculi nequaquā motum amiſiſſent, nec tardius moueri obſeruatum eſſet; Alij & rectius ex capitis ob uulnus concuſsione, & ictu, humorem quenpiam in cerebri ſubſtantia redundantem, uel ſanguinem rupto uaſe aliquo tenuiori ad opticos confluxiſſe aſſeuerabant, itaq; eos obſtruxiſſe, ut uidendi facultas omnino adempta fuerit. Nanq; cum cæteri ſenſus, principeſque ſimul facultates vegetę conſpicerentur, cęcitatis cauſam in cerebrum minimè reijciendam uidebatur; ſed potius ad opticorum morbum, non ab intemperie quidem, quia huiuſmodi morbi paulatinè fiunt, ſed potius à morbo ex obſtructione, ſic enim repentina cæcitas fieri poteſt. Aetij loco citato, & Gal. præcepto 4. de locis aff. Ita Ioannes Herculanus in ſuis com. in 9. Raſis c. de debilitate uiſus, tradit ſe duos curaſſe, quibus diſtructio uiſus ſubitò propter oppilationem neruorum opticorum acciderat, quorum ægro tantium una fuit uxor cuiuſdam Veſonenſis, quæ ex dolore defuncti filij in una nocte cæcitatem incurreat, humiditate propter dolorem, & cerebri cōſtrictionem expreſſa, & ad neruorum opticorum meatus obſtruendos traſmiſſa: At quis ſtatim obijciet Veſalij Anatomicorum facilè principis teſtimonium, qui lib. & c. 4. fabr. hum. refert ſe nunquam, meatum quo perforari neruos opticos Medici omnes confirmant, & Gal., ſubijci ſenſui 16. de uſu partium ſcribit uidere potuiſſe, & ſi in animalibus uiuis id pluries perquiſierit, ac in recenti decollato homine, & ſi calenti aqua ſedulò illos fouiſſet, nunquam tamen conſpicere foramina huiuſmodi potuiſſe. Gabriel Faloppius & ipſe in ſuis anatomicis obſeruationibus palàm & ipſe Veſalio aſſenſitur. Idem & Gabriel Cuneus in exanime apologiæ pro Gal. à Frā

ciſcus

ciſco Puteo conſcripta affirmat, atq; illum irridet qui in opticis in boue obſeruaſſe meatus viſorios aſſeuerauit. Realdus Columbus lib. 8. Anat. de opticis loquens inquit. Hi nerui viſorij vocantur, quia virtutem viſiuam ad oculos ferunt, ſubſtantia conſtant cerebri ſpongioſa, nullus in illa porus manifeſtè cernitur quamuis id Gal. aſſeueret, immo verò nō modo in homine meatus nullus eſt in neruo optico cōſpicuus, ſed neq; in bobus ipſis, aut quibuſuis grandioribus animalibus, nō eſt tamen vllo pacto negandum, cum ſubſtantia horum rara ſit molliſq; quin ſpiritibus tranſitus pateat, præſertim purioribus; & nos itaq; conſpicua foramina opticos non habere conceſſerimus, tamen vt inquit Columbus, ac affirmat Faloppius quin ſpiritus per illos permeent nō erit negandum ſiquidem rara, & mollis eſt eorum ſtructura, quare obſtrui poterunt, & ſic impediri viſoriæ facultatis tranſitus, quo autem pacto ſpiritus nonſolum per opticos, ſed etiam per alios neruos foramine manifeſto deſtitutos permeare poſsint, difficultas eſt maxima, quæ nonnullos fatigauit, ita ut diſsimularint declarationem in aliud tempus eam remittentes. Ipſe quid ſentiam libere proferam. Duriores neruos coctos diuerſorum animalium ac tendines dum æſitarem carnes conſiderans, ac manibus diſcerptos intuitus, per longitudinem in quaſdam fibras, ſeu fillamenta dirimi cognoui, conectiq; ac compaginari quemadmodum fieri in Vittis illis ex funiculis contextis (vulgò cingulæ vocātur,) obſeruamus, harum ſicuti fila, & funiculi non exactę inter ſe vniūtur, ita & in neruis ipſis, licèt non per appoſitionem, & approximationem partium quemadmodum funes fient, ſed magis ac profectius ipſorum partes inuicem hereant, ac conectantur, ſicq; neruoſum corpus conſtituant, nihilominus interſtitia quædam relinquuntur, in tendinibus quidem manifeſta, ſed in neruis ipſis occulta magis. In quam ſententiam eo libentius eo, quod Veſalius loco, citato, nec non & in examine obſeruationum Faloppij ſcriptū reliquerit, ſe in porco natu grandiore reperiſſe viſoriorum neruorum ſubſtantiam, veluti pluribus efformatam funiculis, & neruos referentem, qui funium forma, & natura in brachijs, & cruribus alibiq; paſsim ſunt obuij, ſiuè itaq; conſpicuos ſiue non, meatus opticorum ſtatuamus parū refert, dùmmodo per ipſos ſpiritus permeare non ambigamus, quod etiam binis hiſtorijs pariter loco primo citato Veſalius confirmare videtur ſiquidem inquit, quod adoleſcenti, & mulieri, quibus erutus fuerat oculus dexter, mulieri ſiquidem emarcuerat ab ineunte ætate, adoleſcenti verò à carnifice antè annum erutus fuerat, his ſuſpendio necatis, capite deciſo neruus opticus dexter in muliere toto progreſſu longè tenuior ſiniſtro viſebatur, nonſolum extra caluariæ cauitatem, verùm etiam in exortu, quoq; duriorque

riorq; etiam, & rubicundior ſiniſtro cernebatur, idem quoq; in adole-
ſcente repertum fuit, niſi quod dexter ſiniſtro in molitie, & craſsitie nō
admodum cedebat, cuius rei cauſam fuiſſe dicendum, quòd ſpiritus ef-
foſſo oculo nō amplius per neruum ad illum ferebantur, vndè quoquo-
modo occalluit neruus, & meatus clauſi ſunt, cum alioquin, ſi ſpiritus
ſecundum conſuetum naturæ modum, & motum ad oculum viſioni exci
tandæ properaſſent, neruus in ſuo naturali ſtatu permānſiſſet. Adda-
mus vltimo loco ad oculi pupillam, vt quotidie experimento compro-
batur confluere humores per neruorum opticorum meatus ſicq; paula
tinè ſuffuſionem excitare, quinimmo & aliquando ita confluit, vt vnico
die ſuffuſionem perfectam congeſtam ſe vidiſſe Fernelius loco ſuperius
allato teſtetur. Qua re mirandum ſanè nouam, atque inſulſam Argen-
terij ſentētiam, qui, dùm nouam profitetur medicinam, ipſius clariſsi-
mos fontes perturbat, ac fundamenta ſtabiliſsima funditus diruere,
atq; euertere ſatagit Hic neq; ſcriptum reliquit in ſuis com. in artem
medicam Gal. neruos opticos minimè perforatos eſſe, ſpirituſq; per il-
los ad oculos nequaquàm confluere, ſed per arterias dùntaxat ad pu-
pillam delabi, quę opinio vti ſingularis, & à nemine recepta, haud no-
bis probari poteſt. Verùm ſicuti ex capitis vulnere cæcitatē ſubſequu-
tā deſcripſimus, ita inferius c. ex capitis quoq; vulnere cęcitatē ablatā
ſubijciemus, ex quo naturæ, caſuſq; mirandos euentus ſuſpicerę iure
poterimus.

Rerum externarum ad intra corpus ingreſſus, retentiones & exitus non vulgares. Cap. XII.

NObilis puer Vrbis noſtræ, dùm alijs conſocijs quibuſcum
luſùs agebat, ſe iocularíæ artis peritum oſtentare vellet,
arreptis ceraſorum nucleis binis, ex dextera aure ad ſini-
ſtram manuum dexteritate vt peruolarēt, ſe facturum prę
dicabat, quod dùm exequi parat, ita illorum alterum in
intimiori auris parte indidit, vt vllo ingenio nunquam à Medicis, neq;
ab aſtantibus extrahi valuerit, qui id non ſemel pertentaſſent, non le-
uem enim illi noxam inferebat; qua re, toto negocio naturæ dereli-
cto, poſt multos dies factum eſt, vt plurima humiditate madente aure
nucleus germinare cæperit, germenq; extra prodire, quod iam conſpi
cuum tenaculis leuiter arreptum, altera nuclei pars germini adhærens
inſequuta eſt, altera verò (nàm in binas ſciſſum erat) haud difficile &
ipſa extracta. Nuclei nanq; integri craſsities, auriſq; tortuoſum fora-

menita à natura fabrefactum Auer. teſt. 2. coll. c. 16. ne à frigido aeris ingreſſu, fortiſsimiſq; vocibus auditus læderetur, quominus antea extrahi valuiſſet, obſtiterūt, quòdq; Medici omnia in caſſum tentaſsēt, fuerunt in cauſa; cum enim dolor valdè infeſtaret, veriti ne indè inflammatio, conuulſio, ac tandèm mors ſubſequeretur, cogitarant de ſectione parua, & profunda lunari figura in radice auris apud adipem eius in loco depreſſo ex Albucaſis præcepto facienda, ex aurium nanq; dolore prenarrata mala ſubſequi poſſe, Hip. 3. pronoſt. & Gal. in com. 26. ibidem, præſertimq; pueris manifeſtiſsimè teſtatum reliquere, cum enim auditorius meatus non ſolum vſq; ad cerebri duram membranam penenetret, ſed etiam neruum contingat, qui in ipſum à cerebro deſcendit, ex Gal. ſententia in calce lib. 6. Meth. med. ob id cerebrum pati, neruoſq; affici non eſt ambigendum, vndè non immeritò Celſus maius imminere periculum in auriū affectionibus, quàm in oculorum vitijs ſcriptum reliquit. Haud diſsimilis hiſtoria eſt, quam ſubnectere lubet: Ioānes Maria Bonardus cum ſibi intra aurem ſemen ex Anagirde (vulgò Venetijs Karobe vocitant) forte fortuna indidiſſet, dùm illud extrahere pertentat intimius impulit, qua re dolore excitato valide vrgente concitata fluxio, a poſtemaq; genitum, ac ſuppoſitum, quod per plures menſes miſellum hominem afflixit, donec tandèm germinante ſemine prominente gemine extractum, medicamentiſq; opportunis ritè vlcere curato conualuit. Illuſtriſsimam quoq; Vrbis noſtrę iuuenculam ſcimus naribus altius faſeolum incuria indidiſſe, qui humiditate multa per nares ſtillante, ſeu profluente maximè tumefactus, non læui noxa illam moleſtabat, verùm validiſsima ſuperueniente ſternutatione extrapulſus illam maxima moleſtia liberauit. Ingrediuntur quoq; ad intra aures aliquando culices, muſcæ, alijſq; vermes validè perturbantes patiētes, dùm hinc indè ſubeunt, volitent, atq; dimouentur, ſcribit Victorius Trincauellius lib. 4. c. 5. de curat. particul. aff. Vermes, qui in auribus reperiuntur, aut ex aure ſuum habent ortum, aut alibi geniti aurem ingrediuntur. Nàm memini me quendam vidiſſe, qui cum in quodam cubiculo decumberet, quod horreo, in quo triticum ſeruabatur ſubiectū erat, expergefactus aliquando manè percepit motum. & morſum intra aurem, in quam diligenter familiares inſpicientes inuenerunt tineam, quales ſunt quæ in tritico gignuntur, quæ quidem non ſine labore fuit extracta. Quendam & ipſe memini me curaſſe qui ex muſcæ ad intra aurem ingreſſu malè admodum afficiebatur, & therebentina inſtellata primum in oppoſitam partem inclinato capite, mox in affectam reclinato Therebentinæ inuiſcata muſca egreſſa hominem malo liberauit. libet hoc loco cum commodiorem nacti non ſimus, quarundam rerum per va

rias

rias corporis partes ingreſſus, & egerſſus miros exponere, à lepidiſsima fabella cachinum nobis monente exordientes, quam narrat Sauonarola tract. *6*. c. 5. rub. 11. ait nanq; quod puella quędam cum ſibi ad intra os Vuluæ caſtaneam impoſuiſſet, manibuſq; extrahi non poſſet, Vetula quædam pipere naribus indito ſternutationem excitauit, cuius impulſu extra caſtanea proſiluit, Filio Pauli Frauz Germani Maximiliani Imperatoris Oeconomi, Muſca magna ore hiante ingreſſa ad ventriculi cauitatem peruolauit, graui moleſtia eum per horæ tractum afficiens, & die ſequenti ab ingreſſu per vrinam mire certè extramiſſa. Gal. lib. 4. loc. aff. c. 5. cruoris euomiti verba faciens ſic ſcriptum reliquit, Equidem cum viderem hominem integra valetudine huiuſmodi cruorē euomentem, interrogaui, qua victus ratione antea fuiſſet viſus, ille verò inter alia, quę narrauit, hoc quoq; addidit, quod cum nocte quadam ſitiret, miſſo puero, qui aquam afferret, & immundo fonte bibiſſet, quibus auditis ſciſcitatus ſum, appa ruiſſent ne aliquando ſanguiſugæ in ipſo fonte, cum id quoq; fateretur, epoto ſubindè idoneo pharmaco hirudinem vomitione reiecit, Porrò cum alius quiſpiam huiuſmodi cruorem emungeret, & expueret, ipſo narrante audiui, eum rure æſtatis tempore in ſtagno quodam cum cæteris iuuenibus iuuenili ludo qualem adoleſcentes in aqua ludere ſolent exercitatum, tùm ego ſciēs in eo ſtagno ſanguiſugas eſſe duxi laborantem ad ſplendorem, conuerſoq; directè ad ſolis radios narium, foramine, in eo loco vbi naſus ad oris regionem perforatur, hirudinis in meatu latentis caudam conſpexi. Has igitur hiſtorias vt potè per quàm conducibiles vobis narrare operę prætiū duxi Sauonarola tract. *6*. c. *9*. rub. 4. hæc ſcribit. Et meo tempore contingit, vt quidam ruſticus bibēdo aquā foſſæ biberet vnum Cutubuch, ſiuè Capram aquæ, vel araneam aquæ, & ſtatim conſuluit Medicum, & Medicus potauit, eum lacte copioſo, & ſtatim poſt vomitum fecit, & in vomitu egrediebatur animal, Marcus Gatinaria in ſua praxi c. de cura præfocima: ſcribit ſe cognouiſſe, hominem, in cuius corpus Papiæ vipera per os eſt ingreſſa, quę nullo alio pręſidio fugari valuit, niſi fumo calciamentorum coriaceorum conſumptorum, ita enim exiuit per Anum, quod pariter cōfiteri videtur Andreas Matthiolus in ſuis com. in Dioſcoridem lib. 2. c. 42. Ioannes Matheus de Grado in prima parte practicæ c. 43. ita ſcriptum reliquit. Mulier quædam habens ſerpentem in matrice poſita mulier ipſa ad radios ſolis cum vaſce pleno lacte ſtante ipſa muliere dilatatis cruribus ſupra vas, in quo radiabat ſol, exiuit ſerpens. Habemus quomodoq; ab Hip. literis mandatum lib. 5. popularium morborum hiſtoriam talem. Adoleſcens quidam multò meraco poto ſupinus in habitaculo quodam dormiebat, huic ſerpens Arges ap-

 pellatus

pellatus in os ingreſſus eſt, & ſanè quum ſenſiſſet, & loqui non poſſet, dentibus ſtridit, & ſerpentem deuorauit, & dolore magno tenebatur, & manus prætenſas adhibebat, velut qui ſtrangularetur, & iactabat ſe ipſum, & conuulſus mortuus eſt. Author eſt Olaus magnus lib. 13. c.9. in ſeptentrionalibus regionibus compertum eſſe multorum indelebili memoria ſerpentes longitudine palmares, ac bipalmares rubeos, ceruleoq; ſe faucibus imbecillium infantium humi dormiētium immittere. Si quando autem Medico huius ſobolis in actu practico hiſtoriæ occurrerint, acurate animaduertendum actum puellæ cuiuſdam Eſslingentis, quæ tot doctiſsimos viros Philoſofos Medicos, Anatomicoſq, turpiter decepit, vt de infinitis aliorum ordinum viris, & mulieribus taceam, eſt autem hæc hiſtoria typis excuſſa, atq; etiam Matthiæ Cornacis Regis Romanorū Medici ſcriptis cōprobata in ſui Medici Enchiridij calce: Hæc enim principio arte ventrem conſtruxit amplum, deinceps effecit ingentem, ſubindè finxit ex potu aquæ paluſtris putridæ animal quoddam in ventre prognatum, quod magnum, & horribile eſſet, haberetq; ad ſenſum quatuor pedes, quibus calcitraret, quodq; ſub axillis, & alijs in locis vermes protruderet, quod tandem videretur, vel draconis alicuius, vel alterius animalis truculenti effigiem, & magnitudinem præſeferre, argumento eſſe magnam vim lactis quotidie per beſtiā illam conſumpti, cuius lambētis ſonitus in ventre exquiſitè audiretur, quare tàm lamentabilis in vtero geſtationis commiſeratio multos pręhendit, quo factum, vt hoc actu maximè dona à principibus, & omnis generis hominibus conſequeretur, verùm detecta tādē hæc Diaboli fraus ac depræhenſus eſt canis ſub corio ſupra ventrem artificioſe extenſo latitare, & ventrem facticium fuiſſe, quare puella, & complices aliquot grauiter puniti, & domus, quam inhabitauerat in ſempiternā rei memoriam Imperatoris Caroli decreto ſolo æquata eſt, proindè ſimulanti, & mentienti nihil difficile, ſed doli depręhenſio non ita facilis, ſed ad cæptum reuertamur. Beniuenius c.20. talem deſcribit hiſtoriā Deuorauerat mulier quædam æneam acum, & indè nulla noxa percepta, integrum annum ita, vt erat ſana, permanſit; quo peracto cępit dolor ſatis acutus mulierem ipſam circa ventriculum vrgere, qui dùm eam magis, magiſq; in dies affligeret, plures conſoluit Medicos, nihil tamen de deuorata acu, quā pœnitus obliuioni tradiderat referens. Variæ fuerunt hinc indè ſententiæ, alij enim ab acutiori humore, alij à vento inter tunicas ſtomachi recluſo, cæteri verò ex malo habitu excitari hoc malum putabant, Cumq; omni, quo poterat ſtudio, & diligentia curata ſanitatem nullo modo conſequi poſſet, Medicæ artis ſpe depoſita, tolerare id malum ſatius duxit, quàm perpetuis medicamentis inaniter vexari,

xari ſicq; annis decem tali vrgente dolore miſeram vitam trahebat. cum ecce acus illa, tenebrato ventriculo ex pauco demiſſa foramine profsilijt. Nos autem & acum vidimus, & mulierem curauimus, quo paucis poſt diebus vnitate vulneris facta in priſtinam ſanitatem reſtituta eſt. Habemus apud Alex. Benedictũ hiſt. humani corporis lib. 5 c. 13. exemplũ de acu crinali deuorata & cum vrina reddita. Et Io. Lãgius epiſt. 40. 2. lib. tradit; quòd in Ginçcio Ducis Iulincenſis virgo, dum ſe ſe adorarem perterita ingemiſcens acus quinque, quas in ore mordicus tenebat, deglutiuit, & per vrinam illæſa & ſecundum reddidit Ariſt. 7. de hiſt. animalium c. 11. hæc habet. Vbera tota fungoſa ita ſunt, vt ſi in poculo pilum forte auſerit mulier, dolor moueatur in mamis, quòd malũ pilare appellant, nec ſedatur dolor, donec pilus vel preſſus exeat ſpõte, vel cum lacte exugatur, Nec fabulam referre exiſtimandum Ariſtotelem, cum Azarauius hunc malum viderit, & curauerit, quemadmodum legimus apud ipſum in Prac. trac. 14. c. 2. ſed longè magis mirãda hiſtoria, quam Franciſcus Arcæus in ſua chyrurgia c. 4. recitat talẽ. Res Guadalupæ me pręſente accidit anno à Chriſto nato Milleſimo Quingenteſimo Decimo ſexto, & huiuſmodi eſt. Homini cuidam ex illius Cænobij famulis, cui paſcẽdarum caprarũ cura erat, dùm in agro eſſet, ſtulta quædam libido inceſsit calamum ſpicę, cum ſpica ipſa in propriæ virgæ meatum intrudendi, ſpica autem arida iam, graniſq; omnibus decuſsis erat, narrabat autem ille ſe nihil doloris percepiſſe, dùm intruderet, vbi verò educere vellet non potuiſſe, quod ſpicæ ariſtis in carne fixis vehemẽti dolore teneretur, tandem ſe ſatius eſſe duxiſſe, totam pœnitus protrudere, quam eam partem, quæ intruſa erat extrahere, atq; intra paucos dies ad veſicam vſq; ſibi eſſe traſmiſſam, cum autem per totum annum, & dimidium mali nihil ſenſiſſet in vrinam cõuerſam à ſe mictam fuiſſe putauerat, poſt hoc verò tempus in ſiniſtro crure laborare cæpit, cuius curandi cauſa ad eius Monaſterij hoſpitium, quod pauperibus curandis dedicatum eſt, venit, quo loco dùm curaretur, dumq; tumor iam maturus, apertuſq; à nobis eſſet, accidit vt quodam die mane, cum vlcus abſterſiſſemus, paruam paleam fortè in vlcere videremus, ego verò ratus eam cum filis pridie mixtam carni inhæſiſſe forpiculis tollendam curabam, & demùm calamus cum ſpica facillimè trahentem ſequuta ſunt, attoniti autem nos omnes Medici, alijq;, qui adſtabant rei miraculo, quid illud rei eſſet, diuinare non poteramus, donec ſenex illo noſtro rumore excitatus caput attollens, & ſpicam mihi in forpiculis hærentem videns, ait, egomet mihi ab hinc anno, & dimidio per virgæ meatum intruſi, atq; ita rem omnem quomodo facta fuerat, narrauit, quo in loco ſumma nobis admiratio ſumma Diuinæ proui dẽ-

tiæ

tiæ laudandæ occaſio orta eſt. Nanq; ita Deus homini conſuluit, vt veſicę pellis paulatinè rumperetur, atq; ex rupta ſpicam ad proximã carnem expelleret, deindè rurſus pellis veſicæ coiret, atq; caro tumefiens matureſceret, & maturo tumore, atq; curato ſpica prodiret, & tãdèm ſenex ille intra paucißimos dies liberaretur, nàm pænitus ſanatus eſt, ſcribit Luſitanus cent. 4. cur. 20. Andreas Muſca propola Anconitanus, quum ob carneas excreſcentias difficile vrinam redderet, vt expeditè meiere poſſet cerea candela curabat, quumq; ſemel per vrinariam fiſtulam ſolitam candelam ceream albam immitteret, neq; filo alligatam aut portionem eius foris relinqueret, factum eſt vt ex toto candela delituerit, & intus maneret, neq; ad tres, vel quatuor dies eam extrahere fuerit poſsibile, ad fundum autem veſicæ tota candela plicata deſcendit, ex quo magnum grauamen, & nocumentum ſentiebat, cumq; nec extrahere, nec forcipibus ad roſtri figuram longiſsimis paratis quicquam profici poſſet, chirurgus per annum digitum manus medium immitens, hoc coadiumento intra triduum cerea candela liquefacta eſt, vt cera, & lychinium liberè cum vrina exierint, & Aeger liber euaſerit, Multoties obſeruatum ſcimus ab igniuomis tormentis plumbeos globulos extramiſſos, atq; in corpus intruſos per plures annos latere, atq; deindè tractu temporis in decliuiori parte de improuiſo à natura extrudi. ſic Hipp. in 5. Epidimiarum ſcribit. Quidam iuxta inguen ſagitta percuſſus, quem nos vidimus, maximè pręter omnium opinionẽ ſeruatus eſt, Neq; enim cuſpis exempta eſt, erat enim valdè in profundo, neq; ſanguinis eruptio vlla memorabilis fiebat, neq; inflammatio, neq; claudicauit. cæterum cuſpidem inuenimus, nos ipſamq; exemimus, quum ſex iam eſſent anni, ex quo ſauciatus erat. Albucaſis lib. *3*. c. *96*. ſcribit, quòd cuidam viro cecidit ſagitta in lacrimali oculi eius in radice naſi, extraxi ergò eam ipſe ex parte altera ſub adipe auris eius; & vidi virum, cui cecidit ſagitta in dorſo eius, & conſolidatum eſt vulnus ſuper eam, poſtquã ergò fuit poſt ſeptem annos exiuit ſagitta in radice coxæ eius, Trainus vnus ex Ducibus, qui Iuſtiniano Bizantij Imperante ſub Beliſſario in Italia militauit, cum vulnus ſpiculo ſupra dextrum Oculum recepiſſet, poſt quintum annum ſua id ſpõte ſpiculum in fronte illi prominebat, vt eius ſummitas facilè compareret; Tertius iam agitur annus, quum paulatim ſemper exijt, & ſpero fore non longè poſt excuſſum id pęnitus iri, tametſi nil quicquam geſtanti negocij afferat, hæc Procopius de bello Gothorum lib. 2. Alexander Benedictus lib. 4. hiſt. corporis humani c. 24. ſcribit. At hoc in loco exemplum naturæ admirandum non præteribo. Quidam Gręcus Suirus nomine mihi notiſsimus, & Chalcidis expugnatione in tempore ſagitta vulneratus, ductus inter captiuos à Tur-

cis

cis perſanato quoquomodo vulnere annis viginti vitam duxit ſeruilẽ, tãdèm liber Cydonem venit, poſtq; quintum annum, dùm aqua per ęſtatem frigida os collueret cõcitatis ſupramodum ſternutamentis, magno pruritu inter maximos conatus proſilit è naribus ſagittæ fruſtum digiti medij longitudine, ferrea acie, nec aliam vulneris notam reliquit, dũ id Medicis Venetis inter mira naturæ refero aliquibus nõ credentibus, ecce ex improuiſo Suirus Græcus noſter, qui fortè tùm Venetias venerat, rebus dubijs accitus immo fide carentibus, ſagitta demonſtrata, quam miraculi gratia ferebat, teſtimonium veriſsimũ dedit, qui eum antea per annos decem in vrbem non veniſſet, pro diſcutienda veritate caſu oblatus non credentibus fidem attulit. Nec admiratione profectò caret, quod Franciſcus Arętcus in ſua chy. c. 9 refert, Pariſijs ſcilicèt ſe vidiſſe adoleſcentem quendam fuſte percuſſam ad tẽpora, qui cõuulſus tertia die perijt, aperto capite adinuentum fuiſſe os carioſum, in quo hydrargiri portio inuenta eſt, & Io. Langius epiſt. 43. tradit de hydrargiro verba faciens, oſsibus autem adeò eſt infęſtum, vt eo inunctos noctu tamen, pluſquam interdiu intollerabili oſtocopo, aut oſsiũ teredine excruciari inueteraſcente morbo experiamur, ſub quibus, ferro exciſis ipſe guttulas argenti viui tremulas non ſemel reperiri. Leuinus Lemnius de occultis naturę miraculis lib. 2. c. 35. hæc habet de argenti viui temperamento loquutus. Alij calido, ſiccoq; effectu eſſe ſtatuunt quod penetrabili vi conſpiciatur, adeò vt inciſa vena eorum, qui ſemel, atq; iterum ex morbo venereo inuncti fuerunt argentum viuum emanaſſe conſpectum ſit. & inferius in calce eiuſdem libri iterum inquit. Id autem admiratione dignum, quòd ex morbo Gallico inunctus ſi aureum annulum ore geſtet, Et dentibus, linguaq; hinc inde volutet, argentum viuum, quod corpori ex innunctione innatat, in annulum deuolui ſic, vt totus argenteus eximatur, ac non niſi igni ad motus priſtino nitori reſtituatur, quo circa conſulo huiuſmodi ceromate delibutis, vt id crebro factitent, in hæret enim ijs magna metalli huius copia, adeò vt obſeruatum ſit inciſa vena aliquot drachmas profluxiſſe. Nos quoq; teſtari poſſumus, quòd Alexander quidam Vrbis noſtrę Molendinarius cũ ab Empirico quodam obluem Gallicam, qua vexabatur, profligandam vnguento multo hydrargiro confecto illinitus fuiſſet, vigeſimoſexto mẽſe à die inunctionis pruritum maximum grauedinemq; circa plantas pedum moleſtari cæpit, ita vt cum nec cõfricatione, nec alio ingenio pruritus mitior reddi poſſet, immo magis illũ, ac magis quotidie malè afficeret, arepta cultri cuſpide alteram pedis plantam eo in loco, quo præſertim põdus perſentiebatur, perforauit, ac ſtatim, argenti viui guttę nonnullæ emanarunt; ſic & alteri cuidam, qui iam per annum inte-

grum Mercurialibus Lenimẽſis, & ſuffitibus morbi Gallici profligationem procurauerat, cum fortè caput vulneratum fuiſſet appoſitis ceratis pro cõſolidatione vulneris, nonnunquam, dùm medicamenta permutarentur, cerata minutiſsimis argenti viui guttulis conſperſa eximebãtur, ſcribit Amat. Luſ. cent. 2. cur. 69. quod puer octo natus annos deuorauit ęneum quoddam numiſma illorũ genere, quibus ſenes pro cõputis ſuis obeundis vtuntur, & nulla percepta noxa numiſma gracilius redditum poſt Elapſum annum cum excrementis exiuit, ita à naturali calore conſumptum, vt omnibus admirationi eſſet, quod & de annulo meminit Gal. 3. de natural. facul. libet & hoc loco miras quaſdam per aures excretiones exarare. Braſauolus in com. aff. 24. 3. lib. ſcribit ſe habuiſſe filiam nomine Lauram, cui ſtatim ab ortu pus ex ſiniſtra aure exire cæpit, & per multos menſes cum teterrimo illius auris fætore perſeuerauit in reliquis ſaniſsima, poſt neſcio quot mẽſes ſiniſtra auris profluere ceſſauit, & dextera pus profundere cæpit, quod vſq; ad ſeptimũ decimum menſem emanauit, deindè pus ceſſauit, & continuò ſaniſsima vixit, hoc vero ſubdit fuiſſe vniuerſale naturæ iudicium, quo huius puellę affectum cerebrum expurgauit. Cęſar Odonus Bononienſis Medicus narrabat, ac iuramento affirmabat tanquam miraculum in quodam febrem patiente, cum capitis dolore, vidiſſe ex aure copioſiſsimã aquam claram, ac limpidam fluxiſſe, ita vt menſuræ illæ amplæ, quam vulgo Boboniæ Bigoncio appellant vacuum totam adimplere potuiſſet. Et Alexander Tralianus Aetius Auic. & Serapio ſcriptum reliquere, ſanguinẽ copioſum aliquãdo critice, nonnunquã ſymptomatice ex auribus quẽadmodum & naribus extrafluere. Nec minus reticere volumus hiſtoriam, quam deſcribit Aloyſius Mundella dialogo 4. de clyſteri quindecim librarum ponderis cuidam impoſito, & excreto per hæc verba.

FINIS LIBRI SECONDI.

MARCELLI DONATI DE MEDICA HISTORIA MIRABILI.

Liber Tertius Caput Primum.

MIRAE TRACHEAE EXVLCERATIONES.

MVltum Excellens, ac Reuerendus Alexander Valerius, cum moleſtiſsima deſtillatione à capite ad fauces decunbente diu laboraſſet, tandem febri correptus cæpit de dolore cõqueri in aſperæ arteriæ ſummitate, quod illi præſertim negocium faceſſebat, cum tuſsiret, aut deglutiret vlcuſculum tamen ore adaperto in eadem parte viſu minimè obſeruatum fuit, ipſe eiuſque frater medicæ facultatis peritiſsimus, & omnes ferè Vrbis noſtræ Medici illum inuiſerunt: multa præſidia, opportunaq; parata ſunt, quorũ ope minimè adiutus eſt, exactiſsima victus ratione præſcripta nihil quoq; conferente vlcus maius effectum, inferiorem tamen partem, minimèq; conſpicuam occupans, ſanioſa, purulentaq; ſputamina excernere cæpit, perſeueranteq; affectione per menſes tandem extinctus nobis, vniuerſęq; Ciuitati magnum ſui deſiderium reliquit. Non lęuiq; admiratione Medicos omnes affecit, illum nanq; ſanitati reſtitutũ fore opinati erãt, Gal. nanq; lib.5. Meth. med. c. 12. vbi de huius generis morbo ex intento pertractat, conſimilem vndequaq; hiſtoriam recenſet, ſcribitq; quòd vlcera, quæ in aſperæ arteriæ interiori ſunt tunica, curationem recipiunt, ſeq; non paucos eorum, qui ita erant affecti, ſanaſſe gloriatur: Aetius quoq; ſe. 8. c. 64. ſic ſcriptum reliquit, quæcunq; in aſpera arteria vlcera fiunt iuxta pelliculam eam intus ambientem, & maximè propè eius extremum, aut in ipſa arteriæ extremitate ſanabilia omnino exiſtunt, & ipſe non paucos hoc modo affectos curaſſe teſtatur. Ex hiſce authoritatibus patere poteſt vlcera aſperæ arteriæ facilè ſanationem admittere, quod tamen ſecus eueniſſe in iam

dicto aegrotante obſeruatum eſt, cui tamen & ratio victus, & medicamenta à Medicis, & adſtantibus acuratiſsimè iniuncta fuerunt, ipſeque quęcunq; præſcribebātur, ſumma obedictia admittebat. Quod quàmuis prænarratæ authoritates oppugnent, ratio ipſa tamen ſuadet; Nàm ſi pulmonis vlcera Gal. lib. 5. meth. c. 8. ex eo potiſsimum inſanabilia iudicat, vel ſaltem difficilia ſanatu, quòd membrum affectum, pulmo inquam, in perpetuo ſit motu, & propter reſpirationem, & propter ſaniei, & puris euacuationem, quæ cum per tuſsim fiat, tuſsis ægras partes lacerat, cur etiam non dicemus aſperæ arteriæ vlcera difficilia ſaltem curatu, ſi non inſanabilia, cum & ipſa arteria aſpera in perpetuo ſit motu propter reſpirationem, quin etiam in deglutione cibariorū moueatur, vt cedat cibarijs ꝑ œſophagū trāſeūtibus, & pręterea cū tuſsi quoq; præſertim illius sūmā partē moueri cōtingat; nàm nō ſolū vlcera aſperę arterię tuſsim excitāt ſed & vlcus gulę aſperę arterię cōmunicās tuſsim pariter efficere poſſe teſtatū rliq̄t Arethęus; addamus ad hęc, ſi vlcera pectoris Gal. eò quòd carnosū mēbrū ſit, pulmonis vlceribus facilius ſanari ibi dē ſcribit, & aſperę arterię ſubſtātia neruoſior, minuſq; carnoſa ſubſtātia pulmonis eſt, ergo & difficilè ſanari cōcludēdū, cū carnis admodū expers ſit. pręterea ſcribūt omnes vlcera pulmonis eſſe quoq̄ue difficilia curatu, q̄a cū exſiccationē requirāt, quatenus vlcera ſunt, difficile tamen exſiccari poſſunt, quia membrum illud multa humiditate redundat, quare & nos eadem de cauſa dicemus vlcera tracheæ arteriæ eſſe difficillima curatu, cum cōtinuò in illa ſenſim humiditas percoletur, quinimmo vt caput arterię tùm vocis, tùm reſpirationis gratia continuò humeſceret, ad laryngis radicem natura vtrinque appoſuit glandulas; addamus etiam partem hanc difficilè quemadmodum & pulmones medicamenta admittere, quę etiam inter cauſas difficilis curationis affectionum illius adnumerari conſueuit, pręſertim quæ ſicca actu ſunt, & maximè auxiliari poſſunt, vndè & ob id etiam non facilè curari poſſe exiſtimandum. Vltimò dicamus, quòd ſicuti illi, qui ęgrotare non conſueuerunt, ſi ęgrotent, vel moriuntur, vel ſaltem in magnum vitę diſcrimen labuntur, eò quòd valida de cauſa, & forti admodum morbo corripi neceſſe ſit, à pari cum aſpera arteria corpus ſit durum, & ſiccum, tùm ratione cartilaginum, tùm membranarum, ex quibus cōſtat, quę ſolidę, terreſtres, & duriſsimæ oſsibus dùntaxat exceptis, corporis noſtri ſint partes, vtiq; non niſi à forti cauſa exulcerari poſſe dicendum, & per conſequens haud ita facilè ſanari, quemadmodum Gal. & Aetius literis mandarunt. poſſumus tamen ſic nodum hunc ſoluere dicentes, ſi vlcus dùntaxat ſuperficiem extimam arterię aſperę occuparit, ſanabile facilè eſſe ex Gal. & Aetij ſententia, quod ſi vlcus altius in arterię

teriæ eiuſdem ſubſtantia inſederit, vel inſanabilia prorſus eſſe, vel ſaltem difficilia admodum curatu exiſtere, quæ ſententia quoque ex Auic. dictis colligi poteſt, ſic 3. can. fen. 10. trac. 4. c. 18. ſcribentis. Et quãdoq; recipit iſta corroſio curam, cum eſt in principio, & eſt ſuper paniculum tegentem cannam intrinſecus, in cartilaginibus autem ipſis non recipit. Quod pariter ex Gal. met ipſius doctrina colligitur, nàm ſic ſcribit lib. 7. de vſu partium c. 7. Cartilaginum aſperæ arteriæ affectus, aut inſanabiles eſſe, aut ſanatu quam difficillimos, at ipſius tunicæ incõmoda facilè reſarciri, niſi fortè aliquando à magna putredine ipſius portio quædam eroſa, cartilaginem nudam pænitus deſtituerit, non enim amplius affectum eiuſmodi facilè ſanaueris, non vtiq; propter tunicam, ſed quòd malum ad cartilaginem peruaſerit; ex hiſce itaq; conciliumin Gal. dictis facilè ponere poſſumus. ſed altera me herclè haud facilis oritur difficultas ex illius doctrina eodem lib. 5. met. med. vbi Iuuenis, qui empiricè medicabatur, hiſtoriam tradẽs, vlcere aſperæ arteriæ laboraſſe manifeſtè concludit, at ex comeſtorum, bibitorumq; tranſitu nullum ſenſum percepiſſe, quinimmo nec ex aceto, & ſinapi, quos illi deuorandos certioris notitiæ cauſa dederat, ex quibus concludit in ſuperiore aſperæ arteriæ parte vlcus minimè fuiſſe. At in Aegro noſtro, in quo dubio procul aſperæ arteriæ partes ſupernæ vlceratæ erant, quàmuis id ore adaperto interius aſpicientibus oculorum fide dignoſcere non liceret, ex triſti tamen ſenſatione partium illarum per ſe patientium, & reliquis partem affectam docentibus certò innoteſcebat. Qua de re ſi iuueni illi à Gal. adnotato dolor in arteria aſpera circa collum inerat, mirùm videtur, quòd nullum in deglutione dolorem pateretur, tempore nanq; tranſglutionis preſertim cum magnę molis cibaria deglutiuntur, aſperæ arteria tunica, quæ gulæ incumbit, à tranſglutitorũ tranſitu propulſa, atq; in amplitudinem cartilaginum euerſa ſtomachi rotunditati cedit, vt totus cibariorum tranſitui ſubſeruiat, quemadmodum Gal. 7. de vſu partium c. 7. docet, qui fieri itaq; poteſt, vt malè affecta arteria, preſertim vlcere detenta in tranſglutione non doleat, preſertim cum Gal. Aetius, Auic. omneſq; propèmodum de re hac ſcribentes ſtatuant in loco vlcerato laborantem manifeſtum dolorem perſentire, quãtò magis etiam in deglutione cum aſperą arteria oeſophago indubiè conſentiat, doloroſum ſenſum percipient? tollitur hic ſcrupus dicendo Gal. in loco meth. aſſeruiſſe (vt ex illius dictis colligitur) ęgrotantem illum iuuenem in ſuperiori aſperę arterię parte nullam noxam ex cibariorum contactu, nec ex eorundem qualitate acri in tranſitu perſenſiſſe, quia exterius in parte, quę oculis ſubijcitur non erat affecta, nàm inſpicienti nec vlcus, nec vlceris indicium vllum ſe ſe offerebat, at quod in de-

glutione non doleret, non dicit, & ſi dixiſſet, haud illi credendum eſſet, cum ratio, & experimentum oppoſitum demonſtrent, nàm leuiter quãtùmuis inflammatione correpta aſperę arterię qualibet parte, in deglutione etiam ſi aquam deglutieris, dolor exoritur. Oritur & aliud dubiũ in eodem textu Gal. ait enim medicamenta ad aſperę arterię vlcera facientia cubanti ęgrotanti ſupine humida exhibuiſſe, ac iuſsiſſe, vt diutius ore detineret, vt paulatinè in aſperam arteriam defluerent, ſic igitur faciens ſe manifeſtè aiebat ſentire adſtringentis medicamenti vim circa vlcus, ſiuè vis huc per diſtributionẽ trãſmiſſa eſt ſiuè medicamen ipſum roris ſpecie in arteriam ad vlcus defluxit, & tanquam percolatũ eſt, ex quibus concludere videtur, nonſolum medicamenta ad aſperę arterię intimas partes peruenire poſſe, ſed etiam per diſtributioné, textus Græcus habet κατὰ διάδοσιν ideſt deſtributionem. At quomodo medicamenta arterialia, vt ita dicam, per deſtributionem ad aſperam arteriam peruenire poſsint ſeruata adſtrictione, non caret certè dubitatione; Hinc iure meritò Serapio trac. 2. c. 26. inter cæteras cauſas difficilis curationis vlcerum, pulmonum, & Thoracis partium hanc vnam adnumerat, quòd ad locũ affectum vis medicamenti non perueniat niſi parua, ait enim, quòd virtutes medicinarum debilitantur, & mollificãtur in longo ſuo tranſitu, per quem incedunt, & alterantur in illo tranſitu, quoniam neceſſarium eſt, vt prædictæ medicinæ perueniant primo ad os deindè ad guttur, deindè ad meri, deindè ad ſtomachum, deindè ad vnum ex inteſtinis gracilibus, deindè ad venas meſaraicas, deindè ad venas, quæ ſunt in concauo hepatis, & ex illo peruenit ad venas, quę ſunt in giblo hepatis, & ad venam magnam profundam, & ex hac peruenit ad cor, & ex corde ad pulmonem, quare in longitudine eſtius ſpatij tranſitus alterantur medicinæ, & ſeparatur virtus ipſarum, cum permixtione earum cum materijs. Hactenus Serapio, Quod etiam & Gal. ipſe 5. lib. Met. c. 11. ſic adnotauit. Vlcera quæ in Thorace, & pulmone conſiſtunt difficilius ijs, quæ ſunt in ventriculo ſanantur, vt quorum ſitus longius abſit, atq; idcirco vis medicamẽtorum remittatur, & paulo poſt circa calcem capitis ſubdit, medicamenta, quæ ad vlcera pulmonis curanda bibuntur, vel eduntur, non poſſe contingere vlcus, ſicut in ventriculo, & quod per medium interuallum ferè vim ſuam amittant, & paulò antea ſtatuerat; quod per os ingeſtum fuerit, integris viribus ad inferiora pertingere nõ poſſe, ergò tãtò minus ad pulmones, reliquaſq; thoracis partes, cùm longior tranſitus ſit, & pars affecta remotior, Id animaduertentes nonnulli, non diſtributionem, ſed tranſumptionẽ vertunt dictionem Græcam διάδοσιν aiuntq; nonſolum medicamentorum huiuſmodi in ore detentorum aliquid per laringis rimas percolari ſen-

ſim & ſenſim, ſed & in tranſitu per Oeſophagum tranſumi, & reſudare, quod Alsharauij authoritate 11. Theyſiu confirmant, vbi ſcribit, nonſolum medicinæ ad aſperam arteriam penetrant ſenſim & ſenſim per rimas epiglotidis, & ipſius oris reſudantes, ſed & paulatinè incedentes per meri iuuant per modum trapellationis, ſicut trapellat aqua à vaſis nouis terreis cum implentur ea; ſed hæc expoſitio profectò minimè recipienda, tùm quia vox græca propriè ſignificat deſtributionem, tùm etiam quia, quod Alsharauius ſcribit, non facilè credendum, quòd ſcilicè t in tranſitu momentaneo cibi, vel potus portiuncula vlla ſtomacum permeare poſsit, & cartilaginoſam pariter tracheę ſubſtãtiã: Quin pro dubitatione tollenda dicendum exiſtimo, & ſi medicamenta per deſtributionem ad aſperam arteriam, aliaſq; pectoris partes perueniunt, vim ſuam remittunt, nihilominus non pœnitus illis adimitur, ſicq; iuuare poſſunt, Quare nulla difficultas in Gal. dictis remanet, libet huic capiti finem imponere, hiſtoria addita, cuius meminit Cornelius Gemma lib. 2. coſ. c. de febre Epidemica peſtilenti, quo loco tradit ſe vidiſſe mulierem, cui in pelliculas craſſas, & glutinoſas, nonſolum lingua, ſed & Oeſophagus vniuerſus: cum ventriculo tandèm & inteſtinorum tunica putruerunt.

Vocis admirandę interceptiones Cap. II.

QVòd quis repẽte obmuteſcat ex venarũ interceptione occluſioneq; ſanus alioquin & abſq; occaſione fortiuè cauſa aliqua quemadmodnm Hip. 4. de rat. vic. acut. ſec. 23. docuit, admiratione profectò caret, quod apopleticis euenire quotidie obſeruamus, minus quoq; admirãdum & tumore aliquo fauces vel aſperam arterias occupantibus vt in anginoſis vocem intercipi, affectis verò nerui s muſculorum intercoſtalium vocem adimi aliquantulum admirabilius ſic Gal. lib. 1. locorum affec. c. 6. cecidit quidam ab alto in terram ita vt dorſi initium affligeretur, is tertio die exiguam admodum vocem emiſit Quarto deinde die omnino ob mutuit reſolutaq; ſimul fuerunt crura manibus omnino illæſis, ſed neq; ſpirationem amitebat, neq; difficulter ſpirabat. Quum enim tota ſub ceruice ſpinalis medulla eſſet reſoluta accidit Thoraci vt tũ per ſeptũ trãſuerſum & muſculos ſupernos numero quidem ſex moueretur: quippe nerui ex ſpinali medulla, quę in ceruice eſt, ipſis adueniũt. At intercoſtalium muſculorum nerui, per quos exuflationem fieri diximus, omnes affecti erãt. Quum itaq; fruſtra medici negotium ſubirent circa crura guide vt potè reſſoluta circa gutur, vero propter vocis affectum equi-

dem

dem id interdixi, atq; affecto duntaxat loco curationem adhibui, proin de finita tandem ſpinalis medullæ inflammatione à ſeptima die vox reſtituta eſt iuueni, & crura motionis facultatem recuperauerunt, ſed longe mehercle ſuſpiciendum magis ex neruorum recurentium, qui minimi, certè ſunt non ſolum oblędi, ſed & penitus intercipi vocem, ſcribit Gal. loco citato huiuſmodi hiſtoriam. Quum ex ceruice quidam chœradas ideſt ſtrumas in profundo incumbentes excideret ac deinceps inter ſecādum quoddam vas, mēbranas non ſpecillo ſecaret, ſed vnguibus euelleret imprudēs ob ignorantiā ſimul reccurentes neruos diſtraxit, atq; hoc pacto puerulum liberauit à ſtrumis ſed mutum reddidit. Quidam alius in alio puero ſectionem faciens ipſum ſimiliter ſemimutum reddidit læſo videlicet altero duntaxat neruo, mirabantur verò omnes, quo pacto neq; aſpera arteria, neq, gutture quicquam affecto, vocem lædi cō tingeret, qui cum vocales neruos me oſtendente conſpicerēt, admirari deſinerunt. Perſimilem hiſtoriam recitat Amat. Luſ. cent. 3. cur. 70. Mulier Illyrica quę ad caput ōmīs habitat, quum ſtrumam à Gallica ſcabie orriginem ducentem in collo haberet, Mendicum quendam offitio Medici fungētem pro ſui valetudine accerſiuit, qui iudiſcretè quū pro ea propulſanda multis vſus eſſet medicamentis, ita ſublimatum, vt eius reſecaret radices, loco indidit, à quo alter neruorum ex pectore recurrentium, qui vocem effingunt inibi corroſus eſt, vndè ipſa paulatim raucefacta vocem ferè in totum amiſit. Audiamus & Beniuenium, qui ita cap. 91. ſcribit. Ruſticus quidam cum decliuiori capitis prora percuſſus recidiſſet, & alteram capitis ipſius partem oppoſitam ad terram, vt par fuit, elideret, ſurrexit quidem ſed mutus, id autem ſiuè ex repercuſsione neruorum, qui reducuntur ex pectore, ſiuè ex diffluente materia, quæ neruos illos oppleuerit tàm incertum, quam certiſsimum ex hoc communicatam noxam neruis ipſis, qui vocem effingunt. Nō ſolum autem reuerſiuis neruis diſſectis, & laceratis, ſed etiam refrigeratis vocem oblædi teſtatur ibidem Gal. per hæc verba. Equidem vocem viciatam fuiſſe memini, adeò vt penè perderetur infrigidatis vehementer neruis recurrentibus, quum per hyemen in collo adhibita fuiſſet quædam chyrurgia, quod quum intelligerem calorificis remedijs naturalem temperaturam neruis reſtituens vocem reuocaui. Horum etiam recurrentium neruorum admirabilem virtutem, Gal. 7. de vſu partium c. 16. decantat, ac à ſe primum inuentos gloriatur lib. de locis affec. & certè maxime mirandum neruos minutos, & capillorum inſtar ſubtiliſſimos quemadmodum Gal. ipſe lib. de præcognitione c. 5. eſſe tradidit, receiſos, refrigeratos, vel interceptos vocis deperditionis cauſam eſſe, quod pariter experimentum comprobare teſtatur Realdus Columbus

lib.

lib. 14. de ſectione viuorum ita ſcribens. Hi reuerſiui, ſeu recurrentes, vocaleſuè nerui, ſurſumreuertuntur aſperæ arteriæ adhærentes, atque in laryngam immittuntur, recurrentem nerũ ita facilè agnoſces, tùm quia albicat, tum quia inſtar fili videtur eſſe, hunc eleuato, nàm ſi illum digitis compreſſeris, dictum ac factum miſero cani vox imminuitur, ſi manũ detrahas, ita vt animalibus ſpiritibus aditus pateat, vox denuò reuertetur, ſin dextrum neruum abſcindas prorſus amittitur. Nũc de ſiniſtro reuerſiuo neruo dicamus. Adminiſtratio eodem modo fiat, quo in dextero dictum eſt, ſi neruum vinculo excipias, & coarctes, ſtatim mutus efficietur, ſi diſoluas ſemilatrabit, ob dexteri nerui abſciſionẽ, ſin tranſuerſum diſſecaueris, mutus in æternum fiet, ſuperuiuere tamẽ poſſet, ſi dimitteretur cum tanto vulnere, niſi alia afflictio afflicto adderetur, profectò pulchrum eſt ſpectare, cõſideratuq; pulcherrimum, quo pacto duo neruuli adeò paruuli tàm bellam edant actionem, qualis eſt vocis ipſius efformatio; nemo eſt, qui non obmuteſcat. Hanc rẽ non poterat non ſatis admirari doctus, atq; inſignis Philoſophus Hieronimus Pontanus, & Eccellentiſsimus Medicus Pontificius Paulus Manilius, nec non Eccellens Ioannes Valuerdius anatomicæ artis valdè ſtudioſus, meiq; amantiſsimus, cum præſertim ſciret Ariſtotelem ſentire vocem à corde proficiſci. Quod ſiquis Ariſtotelis ſententiam obſtinatè tueri velit, inquiens arterijs carotidibus deligatis vocem amitti, is ſciat, niſi vnà neruus recurrens vinciatur, quod ſæpè vſu venit, id nullo pacto factum iri, veriſimileq; eſt eos, qui Ariſtoteli impoſuerunt de vocis origine, quod à corde oriebatur, ea coniectura neruum reuerſiuum vnà cum arteria Carotide vinculis excepiſſe.

Gurgulionis miræ inflammationes. Cap. III.

GArgareon, ſeu Gurgulio oblonga particula carnea, & fungoſa à palati fine, vbi narium foramina fauces ſpectant, piramidi inuerſę ſimilis in oris amplitudinem propendet, huic particulę duplicem vſum aſcribunt Anatomici, inter vocis nanq; inſtrumenta primum enumerant, ſecundariò verò, ne aer frigidus nimis atrahatur, accommodare tradũt, vt interim omittamus tertium vſum, quem addunt Auic. & Haly dicentes, hanc particulam ad fumi, pulueriſq; ab aere inſpirando expurgationem fabricatam fuiſſe. hanc inflammatione corripi familiariſsimum eſt, miro tamen modo raroq; præternaturam excreſcere aliquando obſeruatum. talem deſcribit hiſtoriã Leonardus Batallus ſuo libello de catarrho. Agitur nunc annus quartus, ex quo quendam mihi amicum inuiſi, cui repẽ

tẽ

tè ex labore hæc particula adeò laxata fuerat, vt ad arteriores vſque dentes protenderetur, traxerat enim illam patiens digitis, cum linguæ illam inſidere ſentiret, fretus pituitam, vel aliud quippiam eſſe, parùm ſanè abfuit, quin illam trahendo rumperet, quòd tenuis facta eſſet, & hebetiſsimo, imo tunc potius nullo ſenſu prædita, eius radice excepta, nàm & ſana hebetem ſenſum habet, hic eadem die ſolo gargariſmate ex ſummitatibus vitium liberatus fuit. Meminit & Arethæus lib. 1. c.8. vbi Columellæ varios tumores connumerat, miræ cuiuſdā ipſius excretionis, quàm ab alio adnotatam nullibi legimus, & ait, bicornem Columellam reddi geminis membranis, hinc atq; indè pendētibus, hæ enim membranæ ab vtraq; parte iacent veluti ſquammæ latæ, ac veſpertilionum alæ. Verùm quod mihi in prænarrata hiſtoria animaduerſione maximè dignum videtur præter longam illam gurgulionis excreſcentiā iſtud, eſt quod repentè talis euaſerit, cum id non niſi longiori tempore fieri Gal. 14. meth. teſtatum nobis reliquerit, quare illud eueniſſe crediderim ex violenta manuum atractione, quæ ſtatim Columellam ita in longum excreſcere coegit. Hanc autem caudæ maris inſtar ex fluxione inflammatam elongari teſtes ſunt, Gal. eodem 14. meth. c. 13. Aetius lib. 8. c.41. & Paulus lib. 6. c.31. Cumq; talis à Medico reperitur, ſi leuioribus tentatis auxilijs malum non ceſſerit, ſi iam liueſcat, vel ad albedinem vergat, ſecanda erit nōnſolum ex Gal. præcepto ibidem, ſed & Hip. 3. Pronoſt. ſicuti dùm maximè rubet minimè ad ſectionem properandum, nanq; ab inflammationem, ſanguinis fluor notabilis excitatur, & non quod voluit Auic. 9. fen. 3. eo quòd ad illam multæ arteriæ venæq; perueniant, illiuſq; ſubſtantia plena ſit, quod tamen nec Gal. nec poſteriores Anatomici diligentiſsimi obſeruarunt, nec minus ratio vlla perſuadet. Quo pacto verò, quibuſque ſeruatis, cum pars hæc ſecanda erit, id perfici debeat, ex Albucaſi c. proprio, & Aetio, Pauloq; locis citatis diſcere poſſumus. Illud tamen minimè prætereundum duxi, quod à Nicolao Florentino literis mandatum legimus ſer. 7. ſum 2. trac. 1. c. 34. Cantores nonnullos, vt vocem groſsiorem emitterent, canendo ſibi particulam hanc abſcindendam curaſſe: quod certè fabuloſum exiſtimamus, videmus enim quēdam, cui ex Gallicano vlcere pars hæc exeſa fuit, ita exiguam vocem edidiſſe, vt vix intelligi poſſet, Nec deeſt ratio, nàm Gal. tùm loco citato, tùm etiam lib. de Anat. viuorū c.11. intra vocis inſtrumēta ipsā recēſeat, atq; veluti plectrū quoddam vocis eſſe dicat, qđ etiā Auic. fen.9.3. & Auer. 2. coll. fatētur, Quinimmo Gal. eodē 11. de vſu partiū ait gurguli onē ad vocis magnitudinem cōferre, & in eū vsū procreatū eſſe, tantū abeſt qđ Nicolus affirmat, ad vocē groſsiorē reddēdā abſcindi cōſueuiſſe; veritati conſentaneū eſſe.

Linguę

Linguæ miri tumores Cap. IIII.

QVod de Columellæ diximus miro incremento, idem de linguæ mira excreſcentia non ſemel obſeruatum ſcimus. Vidimus Eccellentem D. Iulium Facinum ex Ducali Magiſtratu ex catharri defluxu in linguæ mirum tumorem incidiſſe, idq; vnica nocte, ita vt extra os promineret lingua, quæ mox ſuperficie tenus pluribus in locis exulcerata apparuit, deglutio omnis prohibita, nec loquendi vlla aderat poteſtas ita vt ſuffocationem veritus teſtamentum ſcribere coactus fuerit; qui tamen pluribus adhibitis auxilijs conualuit. ſcribit Victorius Trincauellius lib. 5. de cur. par. aff. c. 11. Nec minori impedimento ſermoni eſt lingua, ſi maior ſit procreata, quam modus naturæ requirit. Nàm & aliquando vidi aliquos, qui magnam admodum linguam aliorum comparatione haberent, & obſeruaui eos tardius, & ægrius loqui, & aliquando heſitare; poteſt autem illa, & ex morboſa cauſa augeri ſupramodum, videlicèt ex aliquo tumore pręter naturam in ea ſuborto, vt illi accidit, quem refert Gal. 14. Meth. adeò enim illi lingua intumeſcens creuit, vt etiam os capere nequiret, ſed exertam deferre cogeretur. Nos etiam duos vidimus, quibus lingua ita intumuit, vt neq; loqui, neq; comedere poſſent, immo duas: fuere enim mulieres, quarum altera in ætate iuuenili erat, & cum iudicarent Medici eſſe infectam morbo Gallico appellato, decreuerunt illam inungere, vt eo tēpore inungere ſolebant, antequam irreperet conſuetudo vt ex decocto ligni Indici curarentur, Medicus verò cui ſe curandam commiſerat, vſus eſt ſatis imprudenter vnguento, nàm præter id, quod plus hydrargiri addidit, quam par eſſet, inūxit etiam caput, vel potius capiti ceratum ex eadem materia appoſuit, quo deindè factum eſt, vt violentius humores commoti præcipitanter ad linguā confluxerint, vndè illa adeò intumuit, & elongata eſt, vt in ore cōtineri nequiret, ſed exertam diutiſsimè immo vltra menſem detulerit, deindè reſoluto tandem tumore linguam retraxit, ſed abiecta pelle vniuerſa quaſi vagina, & ea extra os relicta, Altera verò iàm in primo ſenio, cui cum cæpiſſent Variolæ ab Arabibus appellatæ efflореſcere, & extuberare in vniuerſo corpore, tanta earum copia occupauit vniuerſam faciem, & non modo illa intumuit, ſed & lingua correpta eſt ab adeo numeroſis id genus turbeculis, vt intumuerit adeò, quod totum os repleuerit, nec eam mouere quoquomodo per os poterat, neq; comedere, niſi quòd cibus fluens per fiſtulam impoſitam, immo vi adactam inter linguam & buccham inſtillabatur, & ita alta, & non ſine magno diſcrimine donec inclinãte tumore lingua mutata pelle redijt ad priſtinū ſtatum.

Verrucę in Guture. Cap. V.

IOannes Iacobus Fugacina ciuis Mãtuanus habitu corporis melancholico prędit⁊us, uerrucis quam pluribus gutturę, faucibus, & radice linguę occupantibus diu vexatus fuit, quæ præſertim maximè deglutioni officiebant, res ſanè non frequenter obſeruata, ſed raró admodum, nàm & toto vitæ noſtrę curiculo ſemel tantum, & alteri Attilio Malegnano dicto eiuſmodi verrucis, ſed longè minoribus vniuerſam linguam conſperſam videre licuit. Erant autem ex illis quaș Myremecias appellant, vulgò Porri dicuntur huiuſmodi tubercula, eo quòd fila quędam intra ſe contineant, porrorum capillamentis radicalibus perſimilia. Latini verò verrucas vocant, eo quòd montium eminentijs conſimiles ſint. Nam verruca æditior montis, & aſpera pars eſt, veluti Gelius interpratatur lib. 3. c. 7. vndè verrucoſa loca dicuntur, quæ inæquales diuerſas, & excreſcentes partes habent. Hinc Perſius ſatyra prima. Sunt quos Pacuuiuſq; & verrucoſa moretur Aetiopia, & Plinius lib. 31. c. 12. Verrucas lapillorum vitia, ac tubercula eſſe ſcribit, & Columella lib. 8. c. 6. verruculas appellat excreſcentias illas, quæ capris ſub maxillis pendent; Græci vocem generalem non habent, qua hæc tuberculorum genera cõpræhendant, hæc tamen in binas partes diuidunt, alteram μυ'ρμήκια alteram ακροχορδόνες nànq; qui ἧλοι & θύμιον ſub verrucarum genere repo nunt, inter quos Thagaultius lib. 1. inſt. chyr. c. 9. & Manardus lib. 7. epiſt. 2. id minus propriè, vt noſtra cenſet minerua, faciunt. Nanque Thymi ſi Gal. credimus il calce lib. de tumoribus præter naturam ſunt carneæ excreſcentiæ veluti Epulides, & Parulides, & 14. meth. c. 13. Thymos quoq; carneas excreſcentias vnà cum Enchantide, quę & ipſa oculi carnea excreſcentia; eſt, enumerat, at Verrucæ minus apoſite dici poſſunt carneæ excreſcentiæ, cum ſubſtantia longè duriore ipſa carne conſtent, ſic quoq; & ἧλοι ſeu claui non verrucarum ſunt ſpecies, ſed potius ad callos vulgò dictos, quos alia voce Gręci vocans τύλλους sũt referendi, qui non ſpontè, ſed ex labore, vel partis atritione, & cõpreſſione obdurata cute gignuntur, & ab Auic. c. 14. fen. 7. trac. 3. lib. 4. cornua appellantur, & A. Marcello 34. c. & Paulo lib. 6. c. 87. & Aetio lib. 14. c. 4. à verrucis diſtinguuntur, licèt Celſus Verrucæ vocẽ adeò generali ſignificatione vſurpans, & Thymum, & clauum ſub illa repoſuerit, clariſsimiſq; viris præmemoratis errandi anſam prębuerit, at illis hoc condonemus, & cum Gal. lib. 14. Meth. duas tantum verrucarum ſpecies ſtatuamus Myrmecias ſcilicèt, & Acrocordones, vocant autẽ Gręci primam verrucarum ſpeciem μυρμηκίαν Latini verò formicam, eo

quòd

quòd ſi perfricentur huiuſmodi verrucę punctionis ſenſum inferant, ac ſi pars attrectata formicarũ morſibus vellicaretur, quẽadmodũ Aetius & Paulus locis citatis adnotarunt Quo loco in Pauli verſione Andernacũ mirè lapſum obſeruamus, cum enim Paulus lib. 4. c. 15. ſcribit πρὸς τὰς ἀποψήξεις hoc eſt ad frictiones, ſeu attrectationes Andernacus latinè interpratatus eſt ſiquis contrectet, & rectè quidẽ, nàm ἀπόψηξις ideſt defrictio, à verbo ἀποψήχω ideſt defrico deriuatur, at lib. 6. c. 87. repetens ea, quæ de Myrmecijs lib. 4. dixerat Paulus textus habet πρὸς τὰς παραψύξεις & Andernacus literæ deprauationem non animaduertens, ſcilicèt loco η impreſſoris vitio. υ. poſitum, cum παράψυξις hoc eſt refrigeratio à verbo παραψύχω quod eſt refrigero dicatur, interpretatus eſt eo loco ſed perperã ad frigora ſenſum formicarũ morſibus ſimilem excitare verrucas Myrmecias, quas ſic vocatas alij còntendunt, aut. Aetij loco citato, quod nigræ ſint, quemadmodum ſunt formicæ, quod tamen ex Græci codicis deprauatione ita legi crediderim cum nunquam nigras verrucas, ſed ſemper albas mihi videre contigerit. Non deſunt, qui ex Marcello c. 34. affirment verrucas haſce minores congeſtas ita vocari, ſcilicèt formiculares, quoniam plures inſimul aggregatæ, ac paruæ inſtar formicarum plurium conſpiciantur. Vocantur quoq; à latinis, ſeſsiles verrucæ, eo quòd veluti ſedere videantur, ſicuti Martialis lib. 5. dixit, Et vtrunq; porrum, ſeſsileſq; lactucas, ideſt ita humi proiectas vt ſedere videantur. Acrocordones verrucas ſecũdo loco ita vocatas cenſet Paulus, quoniam chordæ extremitati reſpondeant, & Aetius quoq; locis citatis, quo pacto autem chordæ extremitati aſsimilentur varij varia ſenſere, nanq; alij ea in parte, qua cuti alligantur, quia anguſtiores ſunt ita aſsimilari cenſent, alij verò diuerſa ratione, ſiquis enim alicubi chordam reſecuerit, extremumq; illius diſſectionis diſsipari permiſerit, vt hinc indè fibræ deſterminentur, vt extremum chordæ latius euadet ſuo ortu, ita Aerocordones tenuiores in baſi cum ſint in ampliorem deindè ſummitatem progredientes prædictæ reſectæ, & diſterminatæ chordę imaginem referunt Gal. verò non quod extremo chordę aſsimilentur, ſed quia extremas cutis partes occupent, lib. & c. 2. Meth. ἀκροχορδῶν dictas voluit à nomine ἄκρα & verbo χορδεύω ideſt extrema ligans, ſeu lędens, duas itaq; tantum verrucarum ſpecies ſtatuamus, nàm nec Thymi, nec Claui ſub hoc genere reponendi ſunt. Nec pariter recipiẽdum eſt, quod Oribaſius latinus affor. Hip. interpres, quem ſequitur Thadeus Florentinus in exp. aff. 26. 3. lib. tradidit, Satiryaſim ſcilicèt eſſe verrucę ſpeciem ab Acrocordone differentem, quod Acrocordon ſingulatim fiat, Satyriaſis verò vna eccellens verruca ſit, cui paruę multę circum creſcunt, quod falſum eſſe

X 2 inferius

inferius aphoriſmum illum exponentes demonſtrabimus. Ad rem noſtram itaq; reuertens dicimus ex Myrmeciarum genere verrucas, quibus Aegroti ſuperius memorati in faucibus,& lingua vexabantur,non quidem, quòd dolerent, ſed quia deglutioni impedimento erant,triſtéque etiam ſenſationem mole ſua iuferent. Et ſi enim Celſus lib. 1. c. 1. in expoſi. pręcitati aphoriſmi Acrocordones verrucas dolentes eſſe dixerit, & lib. 5. cap. 28. Myrmecias maiorem Thymis excitare dolorem ſcripſerit, experimento tamen erroris conuincitur, cui & Paulus atteſtatur loco ſnperius adducto, nàm Acrocordones, & Myrmecię niſi inflammentur, vel vlcerentur niſiq; validè comprimantur pęnitus indolentes tumores ſunt. Ex qua materia tuberculi ij generentur, non omnibus eadem eſt ſententia, Oribaſius loco citato ex multitudine humorũ potiſsimumq; pituitę fieri tradit. Philotheus in eiuſdem aff. explanatione ex mali humoris multitudine generari voluit. Gal. lib. de morborũ cauſis cap. 6. ex humorum commixtione fieri Acrocordones dixiſſe adnotauit Braſauolus, at ſi illius loci textus diligenter perlegatur, Acrocordones fluxionum humorũ partus docet. Gal. at cuius humoris, ſynceri ne an commixti non explicat. Raſis 36. cont. trac. 2. c. 9. ex humore melancholico craſſo Verrucas ortum trahere affirmat, quod pariter Auic. lib. 4. fen. 7. trac. 3. c. 12. confirmat, & ſi antea 1. lib. fen. 2. c. 5. ex bile ſanguini mixta fieri ſcripſiſſet. Hos inter recentiores ſequitur Manardus, Alsharauius lib. Prac. trac. 29. c. 24. verrucas ſiccas ex humore melancholico, humidas ex humore flegmatico oriri ſcriptum reliquit, & Abynzoar trac. 7. c. 9. fieri ex flegmate groſsiſsimo, terreſtri & frigido docet, licèt lib. 1. trac. 5. c. 3. dixiſſet oriri, vel ex humore melancholico, vel ex flegmate groſſo viſcoſo, quo loco recitat hiſtoriã cuiuſdam de familia Haly, in cuius carceribus erat ipſe Abynzoar, qui cum non digereret cibũ, & febre inordinata lenta febricitaret, & varij coloris egeſtiones egereret, cũ impoſuiſſet manũ fundo vẽtriculi inuenit ibidẽ duritiem ad magnitudinẽ pomi, abſq; sẽſu alicuius doloris, niſi fortiter compreſiſſet, quia tunc modicum dolorem perſentiebat, & quadam die cum aſſelaſſet, aſſellauit quoddam rotundum, quod habebat formam pomi cum radice vna, & erat ſolidum, & quoties poſtea aſſellabat, egerebat ſanguinem in magna quantitate, & ſic perſeuerauit pluribus diebus, donec mortuus fuit, huncq; ait paſſum fuiſſe verrucã illamq; magnam in ventriculo, & quod forſam multas alias verrucas habebat in ventriculo, ſubiungens ibidem aliam hiſtoriam cuiuſdam quẽ inuenit in Hoſpitiali infirmum, qui habebat verrucam propè orificium ventriculi: Perſimilem hiſtoriam legimus apud Raſim 5. conti. vbi habet. Vidi quendam vomentem petiam carnis maiorem nuce, & per pen-

di, quòd in ſtomaco eius erat fiſtula magna habens paruam radicē, quā naturam expulit per vomitum eradicando eam, puto tex. eſſe mendoſū & loco quo habet fiſtulam, legendum eſſe verrucam, nàm cætera, quæ in ipſo leguntur minimè aptari poſſunt fiſtulæ, ſed bene verrucæ, ſicque tota litera erit optime cohærens. In qualibet autem corporis interna parte oriri poſſe verrucas, eaſq; difficilis eſſe curationis omnino ſcribit Auer. 7. coll. c. 31. quod etiam nec rationi diſſonum eſt, vndè verrucam, vel ſaltem carnoſum tumorem aliquando naſci in ſtomaco, qui ciborum viam omnem obſtruat, vel aliquatenus impediat, teſtatur Gal. lib. 3. de ſymp. cauſis c. 2. Beniuenius c. 88. ſcribit mulierem præfocatam cum ab omnibus pro mortua haberetur, paulatim quaſi grandiori ſomno excitatam, moleſtiſsima tuſsi correptam, diuq; agitatam duriorem tamen carnis fruſtulum eieciſſe & ſanitati reſtitutam fuiſſe; Quòd carneum fragmentum pendulam verrucā fuiſſe ſuſpicari poſſumus, quæ corrupta tenui illius radice ad ſpiritualia deſcenderit, inſpirationēq; validè interceperit, vndè mulierem præfocatam fuiſſe exiſtimatum; verùm inſurgente valida expultrice vi, & obſtruentē inſpirationis via eiectum fruſtulum carneum à morte imminente patientem liberauit. Hinc non iniuria Abynzoar, lib. 1. trac. 11. c. 3. ſcriptum reliquit, verrucas aliquando generari poſſe in membranis propinquis pulmoni, ex quibus comprimitur pulmo, ac tuſsis excitatur. Mirandum ſanè vlcus verrucoſum in Carolo Selario Vrbis noſtræ ciue obſeruauimus. Hic cum per multos annos vlcus in crure paſſus fuiſſet, quod multoties ſanatū rurſus reuerſum eſt, demùm cum ad gangrenam deueniſſet, à chyrurgo ritè tractatum, firmataq; fluxione, dùm carnis generationi, vt impleretur vlcus ſtuderet, verrucæ plures in carne ſupercreſcere interiore cęperunt, adeòq; multiplicatæ ſunt, vt vniuerſum vlcus ita opplerint, vt cicatricem obductam putarent ignari, harum extirpationi dùm ſtudet chyrurgus, nullo (quamuis validiſsima applicata ſint) cauſtico medicamento id aſſequi potuit, vndè ignitis ferramentis ferè centies inuſto vlcere vix eas euellere potuerit, inuſta parte, eſcara ablata, digeſto vlcere, oſſe optimè abraſo, nonſolum in labijs vlceris, ſed & ab oſſe caro verrucis vndiq; ſcatens pululare cæpit; multoties corpus expurgatum, guaiaci decoctum, ac ſpartæ pariliæ exhibitum, ratio victus exactiſsima præſcripta, nec tamen vnquam aſſequi potuit, vt ab vlcere adimerētur verrucæ, donec ſuperueniente febre valida poſt annum & dimidiū elapſum vitam cum morte commutauit. Contagioſas eſſe verrucas experimento dignoſcitur, Braſauolus in com. aff. ſuperius adducti id exēplo filiorum ſuorum comprobat, qui à ſorore Margarita verrucis laborante, cum eodem linteo ſe abſterſiſſet, in quo & ipſa ſe abſterſerat, ver-

rucis

rucis per contagium affecti fuere, quod & alijs aliquando accidiſſe me mininimus, ſed maiori profectò contagiò præditæ ſunt Gallicæ verrucæ. Villicum quendam infinitas propemodum verrucas ex contagio Gallicanas contraxiſſe recordor, ita vt nonſolum circa membrum virile, annum, pudenda, nates, ſed & fæmora exortæ ſint, quarum nonnullæ aue lanæ magnitudinem nonſolum æquabant, ſed & ſuperabant, Leonardus Bottalus c. 8. lib. de morbo Gallico hiſtoriam cuiuſdam Hiſpani conſimilem recenſet, ſed mirandum ſanè ipſum, & Falloppium duntaxat inter tot Gallicæ luis ſcriptores, quot duobus magnis voluminibus Iordanus Zillettus collegit, harum Gallicarum verrucarum curatu difficillimarum nobis curationem tradidiſſe.

Anginæ mirabiles. Cap. VI.

ADmirandum ſanè pleroſq; acutiſsima angina laborantes cum ex ſpiritus interceptione ſuffocarentur præciſo gutture ſalutis ſibi viam adinueniſſe, cum interim illarum partium vulnera penetrantia inter lætalia cõnumerẽtur, Gloſſator cuiuſdam Florentini ſquinantici meminit, qui cum ſuffocaretur gladio percuſſus in guturis partibus cum tracheæ perforatione ab Angina, & à vulnere conualuit, & Albucaſis hiſtoriam adducit alterius ſquinantici, qui cum iam in vitæ diſperationem deductus eſſet, ab inimico ſuperueniente in gutture vulneratus, vt necem illi inferret fortè fortuna vulnus inter annulos canæ pulmonis inflictum fuit, ſicque recuperata reſpiratione conualuit Aeger. Antonius Muſa Braſauolus in ſuis com. in 4. Hip. lib. de rat. vic. in acut. teſtatur ſe proprijs manibus, cum chyrurgus quidam imperitus nõ auderet ſquinantico iã morti propinquo gutur diſſecuiſſe, quod & alias pluries fęlici cum ſucceſſu tentaſſe ſcribit, legimus apud Holerium lib. 1. de morb. inter. c. 21. in ſcholio obſeruatum quendam angina correptum cum inde ſuffocaretur iuſsiſſe ſibi gurgulionis finem amputari quo abſente Medico facto, ſeruatus eſt. Ex ijs mirari licet nonnullorum temporis noſtri Medicorum timorem indecentem, qui in ægro angina correpto iam moriẽte, & animam expiraturo, ad hoc præſidij genus vltimam manum admouere renuunt, malunt enim mortem certam (vt ipſi aiunt) morbi ſeuitia ſubſequi, quam vitæ aliqua cum ſpe agentes iam morientis proſpicere ſaluti, cum tamen ex ſectione huiuſmodi nonnullos ſeruatos ex prænarratis hiſtorijs compertum ſit, plureſq; fortaſſe, ſanati reſtitutos legeremus ni metus calumniæ ſubeundæ Medicos ab huiuſmodi auxilij genere abſtinere cogeret, quod tamen præſidium ab Antiquioribus comprobatum

probatum animaduertimus. Paulus nanq; lib. 6. c. 33. ſectionis huius faciendæ modum ex ſententia Antili docet, & ſi Nicolus Florentinus neſcio quo ſpiritu ductus Paulum huiuſmodi ſectionem improbare (falsò tamen) ſcriptum reliquerit. Raſis quoq; 3. cont. huius ſciſſuræ faciendæ documenta tradit, ſeq; vidiſſe Andruſium Medicum in ſquinantia graui, cuius gratia mors iam erat in proximo tali ſectione vſum fuiſſe. Alsharauius lib. prac. trac. 11. c. 9. hanc operationem comprobat Abinzoar c. de Apoſtematibus accidentibus cannæ pulmonis tradit, ſe hanc ſectionem experiri voluiſſe dùm ſtudijs incumberet in capra quadam, remq; ex voto ſucceſsiſſe, Albucaſis quoq; nonſolum illius meminit ſed & qui eam dimittunt, cum vrget neceſsitas, inexpertos, formidoloſoſque vocat. Auicenna lib. 3. fen. 9. c. 11. nonſolum eam in vehementiori angina, in qua cætera remedia nihil proficiunt, & mors imminet, laudat, ſed & modum adminiſtarionis illius edocet. Haly 3. Practicæ c. 38. eandem comprobat, ex quibus omnibus patere exiſtimo in anguinoſis in extrema vitæ deſperatione poſitis, cæteris præſidijs non conferentibus aliquando prædictæ ſectionis adminiſtrationem moliendam eſſe. Quod tamen quibuſdam improbatur, aiunt nanque Gal. & Hip. principes Medicos illius nullibi verba feciſſe, quod profectò non omiſiſſent, ſi illam proficuam cenſuiſſent, addunt præterea, ſi partes illæ ſecentur minimè coaleſcere poſse Hipp. teſtimonio aff. 18. 6. lib. ubi habet, oſſa, chartilagines, neruos diſciſſos non augeri, nec coaleſcere, ſed pulmonis canna, & guttur in albo membrorum chartilaginoſorū reponuntur, diſſecta itaq; non amplius coaleſcere, & ſic ſi ad ſectionem illorum, deuenerimus, ægrotum potius iugulare, quam ſanare videbimur. ſatius itaq; erit Gal. præcepto angina laborantes deſperatos ſolis pronoſticis derelinquere, quam diſſectionem tentantes, & nobis, & præſidio diffammationem parere; eo magis quod ſi fiat guturis inciſio, ſanguis ex vulnere manans pulmones impetens ſuffocare ægrum facilè poterit, æquè ac morbum effecturum timuerimus. Hanc ſuam ſententiam poſtremò Meſues aut. confirmant; quem ſcripſiſſe aiunt huiuſmodi operationem apud ipſum valde difficilem eſſe: quibus omnibus tamen non obſtantibus malè agi arbitror cum illis, qui in vltima neceſsitate poſitis ad illam non confugiunt, Quod enim Gal. eam non improbarit teſtis eſt Abynzoar loco citato, vbi hæc habet. Quando diſcipulus eram in hac arte, uolui perſcrutari dicta modernorum huius artis in hac cauſa, qui dicunt, quòd Gal. nullam fecerat mentionem huius curæ, ſed mentiti fuerunt, eo quòd Gal. ipſam poſuit, ubi præcipit incidere ſifac, & ſcindere cannam pulmonis, at demus nec Gál. nec Hip. huiuſmodi curationis non meminiſſe, non tamen abſtinendum, cum ratio,

tio, experimentumq; illam confirment, ad Hip. authoritatem in aff. dicimus chartilaginem diſciſſam non coaleſcere tali regenerata ſubſtantia qualis eſt abſciſſa, ſed bene feruminari, & aglutinari aliquo medio interueniente, ſicuti in oſsibus quoq; fieri manifeſtè obſeruamus, quem admodum Gal. in com. interpratatur, & ab Authoribus non ſemel viſum legimus. Albucaſis in ſua chyrurgia tradit ſe vidiſſe ancillam, quæ ſibi pulmonis cannam cultello incidit, ita ut uentus ex uulnere egrederetur, quam ipſe curauit perfectè, ita ut nullum nocumentum derelictum fuerit. Nicolaus Florentinus ſer. 7. cap. de uulneribus gulę cuiuſdam meminit, cui ſagitta trachea arteria perforata fuit, & tota gula uſq; ad ſpatulam dextram, & tamen ſanatus fuit, & Braſauolus loco ſuperius citato tradit ſe curaſſe quendam, qui Bubulos Ducis paſcebat, qui carceribus detẽtus, deſperatus lamina cuiuſdam ferreæ loricę pro prijs manibus guturis annulos quinq; ſibi diſſecuit, qui tamen ſanitati reſtitutus fuit, quia (& ſi chartilago non coaleſcat) per uiam ſecundę intentionis, ideſt carnis durę intermedię beneficio, quæ ex materia illa, quæ per longiorem coctionem in chartilaginis ſubſtantiam trãſire deberet cruda cogitur, ac ueluti in callosã carnem euadit, qua intermedia extrema chartilaginis, uel potius membranæ, qua iungebuntur aſperæ arteriæ annuli uniuntûr, præter quam etiam carneæ partes ſuperius adiacentes conglutinatæ ſupercreſcendo, foramen manu factum obturare poſſunt. Nam omittimus quod Braſauolus addit, ſcilicet inter annulum, & annulum guturis muſculum adiacere, nãque ex anatome clariſsimè paret circulares aſperæ arteriæ chartilagines, quas annulos uocant, membrana quadam integi, quæ ex demiſsioribus, elatioribuſq; ſui partibus proceſſus exporrigens, chartilagines illorum interuentu cõnectit membraneum uinculum inter duas chartilagines ſe ſe reſpiciẽtes efformans. Neq; ſolum inter chartilagines ubi ab inuicem ęqualiter diſtant eiuſmodi conſurgit uinculum, uerùm etiam ab extremis, tenuiſſimiſq; chartilaginum partibus membranei proceſſus educũtur partes eas ita colligantes, ut chartilagines unà cum ligamento à proceſsibus illis conflato continuum ueluti efforment circulum, quæ unanimis omnium anatomicorum eſt ſententia, ita ut mirandum ſit Braſauolum uirum alioquin de re Medica optimè meritum, inter annulum, & annulum muſculum adiacere ſcripſiſſe. Non eſſe uerò anginoſos proximè morituros ſolis pronoſticis derelinquendos facilè conuincitur ex Gal. 11. met. med. dicente melius eſſe cum ſpe bona aliquid periclitari, quam derelinquere Aegros ſine ſpe certiſsime interire, accidit enim quandoque quòd Medicus aliquos ſanat, de quibus pœnitus deſperarat, teſt. Cælſi lib. 2. c. 6. ſicq; Hip. lib. de flatibus pleroſq; à pernicioſiſsimis,

pœnituſq;

pænituſq; læthalibus morbis ope medica liberari, Auerroiſq; & Auic. ſcriptum reliquere, accidere in arte Medica quandoq; mirabilia vt ſaluentur qui morituri eſſent, quod indies euenire facientes medicinam teſtari poſſunt, quodque atteſtatum pluribus exemplis à Franciſco Valeriola in locis communibus, & à Philippo Ingraſsia in conſilio pro Duce Terrænouæ legimus, & Gal. ſcribit primo de tuenda valetudine lib. ſe præter omnem ſpem ſeruaſſe adoleſcentulum, qui tuſsiendo viſcoſam & craſſam tunicam ex interna guturis parte reiciebat. Quod verò de multo ſanguinis fluxu in ſectione ſubijciunt periculum eſſe, ſcilicèt ne intus per arteriam fluens ſanguis ægrum ſuffocet, nihilifaciendum eſt ſi ſectio à perito chyrurgo fiat, nàm ea in parte nullum inſigne vas percepit. Ad authoritatem verò Meſuę dicimus nullibi apud Meſuem eam legere nobis licuiſſe ſaltem vbi de Angina verba facit, at demus ipſum voluiſſe eſſe difficilem huiuſmodi operationem factu, non tamen impoſsibilem, & omittendam cēſuit, & ſi exiſtimaſſet, ſenſu oppoſitum atteſtante, illi fides nulla adhibenda, ſed potius quoties ſe ſe nobis occaſio præbuerit, audacter ne pęnitus intercludatur reſpiratio, & ſuffocetur ægrotans ſectionem prædictam adminiſtrabimus; quo autem pacto faciēda ſit ex Auic. Raſi poterit Auēzoare, Albucaſi, & Paulo adiſcere facilè vnuſquiſq; nā cōſultò hoc loco deſcribere omittimus, eoq; magis cū Braſauolus inter recentiores exactiſsimè rem hanc loco citato pertractarit. Hoc vnum tanquam maximè neceſſarium minimè reticendum decreuimus, in ſectione huiuſmodi nō eſſe portionem aliquam cartilaginoſorum anulorum adimendam, quemadmodum doctiſsimè notat Auic. quamuis Alsharauius ſe in tali ſectione ad quantitatem lupini ſubſtantiam ipſorum anulorum ademiſſe loco citato ſcripſerit, idq; etiam videatur innuere Paulus dùm partem nonnullam arterię amputādam eſſe ait, quæ tamen re vera mens Pauli minimè fuit, ſed vitio interprætis ita legitur. tex. nanq; Gręcus habet ἢ δὲ διακόφομεν μέρος τι τῆς ἀρτηρίας ex quibus colligitur non amputandam eſſe partem aliquam arterię, ſed intercidendam, nanque verbum διακόπτω à quo deriuatur διακόφυμεν non amputo, ſed intercido, dirimo, & diſiungo ſignificat. libet & hoc loco alium ſectionis modum recenſere, quo mirè nonullos ferè ſuffocatos ex Angina aliquando liberari contingit, cum enim in Angina tumor exterius, vel interius apparet, dubio procul omnes illius apertioni, ſi reſolui nequeat incumbunt. at cum detur Synanche ſpecies quędam cæteris omnibus deterior, quæque citius ſuffocat, in qua nullus tumor nullaue rubedo exterius, vel interius conſpicitur, & in qua extra aſperę arteriæ partes inflammantur, itaut vbique ſuffocatio Aegrum angat, cuius Hippocrates in Prono-

ſticis, & Gal. 4. de loc. aff. c. 3. & Aetius ſer. 8. c. 47. verba fecere, in hac inquam cum Medici nec phlebotomijs, neq; gargariſmatibus, nec cęteris conſuetis pręſidijs quicquam proficiunt, ſed æger in vltima deſperatione poſitus iacet, ſub maxillis & ſupra collum altioribus plagis incidere, quandoq; ęgrum à ſuffocatione imminente liberauit, à partibus enim medijs inflammatis, à quibus quoq; inflãmatio guturi extremo communicatur, aliquando pus, nonnunquam ſanguis per ſectiones huiuſmodi effluere ſolet, ægrumque ſemimortuum ita leuare, vt poſt aliqualem reſpirationem cæteris præſidijs quoq; dexterè adhibitis ſanitati reſtituatur. Quod obſeruatum legimus apud Antonium Beniueniũ lib. de abditis morborum cauſis c. 38. ibi enim ſic ſcriptum reliquit, Angina laborabat Nicolaus Rota, ſed nullus tamen rubor, aut tumor, vel intus in gula, vel extra videbatur, & ipſe nihilominus vix ſpiritum trahens quicquid præterea edendum ſumeret per os ſtatim, & nares reijciebat. Quare cum areſcente corpore, pallente iam facie, ac vertentibus oculis ſpes omnis ſublata eſſet, & Medici, quibus cura demãdata fuerat ægrum amplius non adirent, me licèt iuniorem conuocant, ægrum oſtendunt, & quęcunque acta fuerant exponunt. At ego cum & ægrum ipſum ad mortem tendere, & Medicos quæcunque opportuna fuerant pręſidia adhibuiſſe intelligerem, cæpi mecum ipſe cogitare ſatius ne eſſet ægrum ipſum Deo, & naturę vt cæteri Medici incuratum dimittere, an aliquod licèt inſolitum vtile tamen auxilium experiri, verum adhortantibus his qui ægro aſſiſtebant conſilium capio, & locum altioribus plagis ſub ipſis maxillis, ac etiã ſupra collum incido, ex quo cum ſanies multa prorumperet, adeò morbus leuatus eſt, vt faucibus ipſis ſpiritum ſimul, & cibum capientibus, facilis dein ad bonam valetudinem ęgro ipſo daretur regreſſio. Admiratione dignam Anginam deſcribit Aretheus lib. primo c. 7. Cum enim de communi Cynanche verba feciſſet, ſubdit hæc. Alteri Anginę generi eueniunt inſtrumentorum collapſio, & ſingularum naturæ inſignis macies, & ſtrangulatio vehemens, vt ipſomet in pectore, latentioribuſq; partibus circũ cor, atq; pulmones abdita eſſe inflammatio videatur. Anginam hanc appellamus quaſi interius vrgentem, atq; angentem. Ego verò exiſtimo ipſius ſolius ſpiritus id vitium eſſe, praua conuerſione ad calidiſsimum, ſicciſſimumq; conuerſi, nulla corporis parte inflammatione laborante. Id autem mirandum non eſt, nàm in Charonęis ſtrangulatus citra vllum corporis affectum acutiſsimi cõtingunt, immo, vel vnica inſpiratione prius quam corpus aliquod maleficium contrahat homines moriuntur. Ioãnes Curopalata in hiſtorię compendio à Nicephori Imperatoris à Genicis obitu ad Imperium Iſanci Comneni; pertinente, tradit Anginam

peſtilentem

peſtilentem anno. 6547. graſſatam in quadam regione, ita vt non poſſent viui mortuos efferre.

Miræ ſuffocationes Cap. VII.

CVm aeris occurſus nobis perpetuò neceſſarius ſit, vt qui ad vitã ducẽdam præcipuas partes agat, ſitq; caloris noſtri intimi, quem natiuum vocamus optimus moderator, & conſeruator pcæcipuus, ob id prudens natura in humano corpore inſtrumenta plura, quibus inſpiraretur fabrefecit, nares ſcilicèt, os, áſperam arteriam, pulmones, muſcolos pe ctoris, & diafragma: taceo epiglotidem, & vulam, quæ Auer. 2. coll. addidit, cum ſint partes aſperæ arteriæ, quæ inter præcipua reſpirationis inſtrumenta ab omnibus connumerãtur, hanc non homines modo, ſed & animalia omnia, quæ pulmone haud deſtituuntur, vnicam habent lõgo ductu inſtar caudicis cuiuſdam ex faucibus deorſum protenſam, & dein frequenti propagine per pulmonum ſubſtãtiam percurrentem, in faucibus enim duobus narium foraminibus in oris amplitudinem pertingẽtibus alia duo humiliori faucium ſede correſpondent, horum quidem poſterius ſtomachi, ſeu viæ cibum, potumq; ex ore in ventriculum deducentis initium exiſtit, anterius verò aſperæ arteriæ principium eſt, huius ſuperna pars larinx vocatur, cui natura operculum ſuperpoſitum fabricauit, ne quid cibi, aut potus, alteriuſue ingurgitandi in deglutionis munere in illam defluat, cum ſuper illam prius trãſeat cibus, potuſq; & alia huius generis omnia antequam in oeſophagum, ſeu ſtomacum deriuentur. Enaſcitur autem hoc laringis operculum in anteriori parte ampla, & curuata baſi hederæ folij imaginẽ referens, quod ſi aliquando tranſglutionis tempore, vel irritante tuſsi, aut vomitu incipiente, vel ob riſum aperiri contingat partem hanc, & aliquid effatu dignum per rimam ingredi valeat, ſęuiſsima oriuntur ſymptomata, & ſępè numero mors ipſa conſequitur, quod nos pluribus exemplis comprobare poſſumus, quę iure optimo in hoc libro ſibi locum vindicare arbitramur. Nobilis Vrbis noſtrę mulier Paula Tridapalea, dùm præſcriptas à Medico pilulas ſatis iuſtę craſsitudinis deuoraret, neſcio quo pacto, vna ex illis per tracheę os delabitur, quæ ibi ferè per tres horas perſiſtens mulierem malè afficiebat, ſuffocationemq; minabatur, nec vllo ingenio extrahi poterat, donec tandem liquata ſenſim & ſenſim per tuſsim excreta, mulierem à maximo animi angore, corporiſq; cruciatu, ab imminenti morte, quam expaueſcens expectabat liberauit. Filius cuiuſdam Manilij dicti, ex caſtro Bozoli, cum vuę acerbę grana aui

dè ingurgitaret, ſuperueniente matre, & eum obiurgante, ex illius improuiſo, & inexpectato aduentu perculſus puer, granum quod iam in os indiderat, dùm feſtinanter deuorare ſatagit, fortè in aſperam arteriam delabitur, ita cum nullo auxilio ſubleuari poſſet, miſellam animam exhaluit ſuffocatus. Puer alius hebreus Beſeelel ſacerdos vocatus dùm ſiccam caſtaneam dentibus confringeret, quædam illius ramenta in aſperam arteriã fuerunt iniecta, cui mulier ſubuenire ſtudens dorſi percuſsione, corpuſcula illa caſtaneę in pulmonis lobos delata fuere, ita quòd minus anxiè cor per patentiorem cannam tunc flabellari potuit, ſicq; oregmone, & leui ſuffocatione interim irritante, quatuor dierum ſpatio miſerrimam, calamitòſamque vitam duxit, verùm quinto ſuperueniente d ùm à Medico in Aromatarij officina conſilium, atque pręſidium peteret vnius tantum tuſsiculę impulſu, vniuerſali nigredine infectus, ac ſi fune ſuſpenſus fuiſſet, in patris cumplexu è vita migrauit. ſcribit Alexander Benedictus in proh. libri ottaui morbo. Particul. quòd Matrona quędam Brixienſis inuito filio pilulam aſſumere neganti, digito in arteriam imprudens compulit, qui protinus exanimatus. legimus apud Valerium Maximum lib. 9. c. 11. Anacreontem ſenio iam confectum dùm decrepitam vitam ſucco paſſularum ſuſtineret, ab earum accino in aſperam arteriã fortè fortuna illabente ſuffocatum fuiſſe, ſicuti & Fabium ſenatorem in lacte pilo hauſto ſtrangulatum fuiſſe; quę quidem exempla rationi conſentanea ſunt, cum ſpiratio à vita, & vita à ſpiratione ſeparari minimè queat, quinimmo vbi cor reſpiratione deſtituatur, illico hominem perire neceſſe ſit. Hinc luce meridiana clarius cernere licet quãtum à veritate oberrauerit Alceus Mitileneus, qui potum per aſperam arteriam ferri, pulmonemq; ex profundi exiſtimauit, vt legere eſt apud Atheneum lib. 1. Dipnos. c. 17. & lib. 10. c. 9. Quod comentum nonſolum Alceus, ſed Plato, Hippocrates, Philiſtio, Locrus, & Dioxippus Hippocraticus ſecuti ſunt Gelij teſtimonio lib. 7. c. 11. Ipſeq; Plutarcus, quàmquam Eraſiſtrato iure reclamante in eorundem ſententiam partim diſceſsit. ſed quia Hippocratem indeffenſum derelinquere impium eſſet, dicamus, quòd ſi id vnquam affirmauit, non propriam, ſed alienam ſententiam ſectatum, quemadmodum cum lib. de arte epar in thorace contineri ſcripſit. Alex. Bænedictus lib. 3. c. 18. ſic habet Venetijs dum hęc condimus anno à ſalute 1483. Liuntię perq; familiari noſtrę contigit, vt cum nucẽ perſicã dente frangeret, oborto riſu, nux in ſpiritus meatum protinus reſpirando deuoluta eſt, moribunda ſtatim concidit in eo ancipiti ſtrangulatu ad interiores pulmonis partis impacta eſt, tum minus affligi cæpit, vnde nihilominus ſpiritus grauior,

&

& confractis quibuſdam vomica, vermi in pectori exorta eſt.

Oeſophagi obturationes miræ. Cap. VIII.

SIcuti ex delatione ſolidi alicuius corporis ad intra Tracheam arteriam nonnullos aliquando extinctos, tanquã animaduerſione dignũ ſuperiori capite adnotauimus, ita obſtrũcto eadem de cauſa altero meatu gula ſcilicèt, ſeu Oeſophago aliquos neci traditos obſeruatum, quorum hiſtorias recenſere opere prætium duximus, præſertim cum vulgares minime ſint, hocq; libentius fecimus, vt hiſce exemplis monerentur ingluuioſi homines, qui maſticationem tantum auerſantur quanto in periculo verſentur, nam præter id quòd cibaria minimè probè conficere queunt (magnam ſiquidem in ore cibos ſuſcipere alteratioñe teſtãtur Auer. 3. coll. c. 16. & Gal. 3. de natural. facult. & Auic. 1. primi doc. 5. c. 2. dicens nutrientem maſticatione aliqualem ſibi cõcoctionis partem vendicare) eo etiam periculò non vocant, in quod incidiſſe alios mox docebimus. Bernardinus de Nigris Vrbis noſtræ nobilis vir, habitu corporis gracili præditus, atq; in ſexageſimo ſeptimo anno ætatis ſuæ conſtitutus, dùm integra frueretur valetudine neruoſæ carnis bolum improbè maſticatum ingluuioſè deuorauit, quæ gulæ orificio inhærens viam deglutiendi ita occupauit, vt aquæ, tenuiſsimique cuiuſq; potus tranſitus omnino interciperetur, ac reſpiratio maximè læderetur, quæ caro viſcida initium gulæ occupans, nunquam nec ferramentis atracta, nec cereis candellis impulſa, alijſq; multis ingenijs tentata indè ammoueri potuit, donec ſeptimo tranſacto die corrupta in ventriculum delapſa hominem ab anguſtia, ſed non à morte liberauit, ex dolore enim, lociq; tractatione frequenti, & vehementi pars inflammata accedente ex longa inedia virtutum omnium proſtratione, decimaquarta die vitam cum morte commutauit. Nicolaus Florentinus 5. 4. c. 8. primi trac. ſui ipſius hiſtoriam recenſet, qui cum famelicus exiſteret, pomum immaturum ori admouit, eiuſq; medietatem vnà cum oſſedentibus prius admotam indidit, ac præ famæ quaſi violenter attraxit, ita vt immaſticata ad meri viam deuenerit, cui hærens ſua magnitune totali obſtructione gulæ viam obturauit, ita vt nil deglutire, nec loqui, vixq; anhelare poſſet. Teſtis eſt Suetonius lib. 5. Claudium Cæſarem Druſum Pompeium filium puberẽ amiſiſſe piro per luſum in ſublime iactato, & hiatu oris excepto ſtrangulatum. Quòd verò anhelitus difficultas taliter affectis ſubſequatur, licèt reſpirationi partes inſeruientes nullo malo detineantur, id ex Ariſt. ſententia 34. par. Probl. 9.

in

in oeſophagi, ac tracheę arterię conſenſum propter vicinitatem, referendum eſt. Nanq; licèt meatus hi inter, ſe ſint diſtincti, atq; per vnum cibus, & potus ingrediatur, per alium verò aer inſpiretur, & expiretur, nihilominus, ita ſunt affines, & contigui, quòd ſi corpore aliquo valide gula obſtruatur, poſsit patiens ſuffocari, re oppilante comprimente arteriam aſperam ea in parte, in qua pelliculoſa, ſeu membranoſa, & non anuloſa exiſtit. vndè multos ita affectos, tanquã mortuos ſepultos, in ſepulcris reuixiſſe teſtatur Petrus de Abano in com. præmemorati problematis. Iacobus Holerius lib. 1. morb. inter. ſcholio 31. cap. ſcribit quòd anno. 1547. iuxta Aedem Sancti Stephani de ſaxis puella aſsiduè ſingultiebat, nihil deglutiebat, dolore facto in oeſophago, antea pulmonibus bubulis largiter vſa fuerat. hinc grauitas in ſtomacho, nauſea, vomitus, fruſtulum enim pulmonis, quem ederat in oeſophago reſtiterat, cucurbitulis, & idoneis remedijs tandẽ reiecto fruſtulo liberata, eſt. Gulæ quoq; tum ores aliquãdo deglutionẽ nõſolũ impedire, ſed & penitus intercipere colligimus ex Gal. 5. de loc. aff. c. 5. & Holerius ibidẽ c. 1. in ſcholio teſtatur quẽdã cũ quadraginta annis laboraſſet emicranea fruſtra alijs auxilijs adhibitis, Medici cõſilio auth. Celſi, qui nihil æquè capiti prodeſſe ſcribit, atq; aquam frigidam, ſæpius frigida lauiſſet frontem indè preſanatum: materia tamen ad oeſophagum deriuata, & illic cõcreſcente prohibuiſſe deglutionem. ſed nec hoc loco reticendum quod Fernelius lib. de morb. par. & ſymp. 6. c. 1. adnotauit, ſe vidiſſe inquam mulierem grauidam, cui tuberculo duro, eoq; ingenti ita os ventriculi obturabatur, vt quicquid indebatur, attacto ventriculi ore mox remearet, atq; redderetur, ſicq; aſtantiũ omnium iudicio nihil cibi, potuſuè, bimeſtri, vel conatu maximo eam voraſſe, tandemq; eo morbo, febreq; confectam deceſsiſſe, ædito partu, quem vitæ ſuperſtitem reliquit. Sic quoq; ex reſolutione muſculorum deglutioni inſeruientium integris alis facultatibus quendam repentè ægrotaſſe, & perijſſe teſtatum reliquit Thomas à Vega in com. cap. 3. 6. lib. de loc. aff. quod & nos in olitore quodam vrbis noſtrę obſeruatum meminimus, & ita affectos ſe vidiſſe affirmat terbus in ſua Anath. c. de anath. Gulæ, cuius morbi abundè meminere Haly Abbas 9. The. c. 24. & Aetius lib. 6. c. 33. ex prænarratis manifeſtum reliquitur non ab re Victorium Trincauellium lib. 5. de cur. par. aff. c. 7. conſulere Angina detentis exhibenda medicamenta in potione, minime in forma bolli, vel pilulæ, ne ſi contingat vomitu reici, ſuffocationem inducant, quod ait aliquando eueniſſe per hæc verba. Vt accidit hic Patauij cuidam mulierculæ laboranti Angina, quæ deuoratis bolis aliquot caſsiæ, & vomitu excitato à moleſtia medicamenti ſtatim ſtrangulata interijt.

Suſpicendę,

Suſpiciendæ Thoracis collectiones. Cap. IX.

VIdimus Mag. Dñi Romani Arſagi amiciſsimi noſtri nepotē annum duodecimum natum poſt diuturnā à capite ad pectus decumbentem fluxionem, ex qua in maciem vniuerſi corporis febri in defficiente aſſociante perductus fuit, de repente in ſæuam pleuritidem delapſum, quæ ſuppurata per tuſsim ſanies plurima excreta, nihilominus eiuſdē effatu digna quātitas collecta in inferiori thoracis cauitate, cuius expurgationem dùm omni ingenio tentaremus, ſubortus in eadem parte inter quintam, & ſextam coſtam tumor inſignis ab internis partibus ad externas protuberans, qui ſuppuratus, & apertus, nonſolum ex tumore ipſo, ſed & ab interna cauitate pus fluere cognouimus. quadere opportunis medicamentis applicitis, & ſyphone iniectis, licinijſq;, & torundis foramine ampliato, & adaperto ſeruato per multos dies, tandem argentea canul la impoſita ſanies quotidie effluxit, quo ceſſante canullam dempſimus, conſolidatum ſponte foramen puer inpinguatus, priſtinam ſanitatem nōſolum recepit, ſed & habitum meliorem corporis adeptus eſt. Quod exemplum omittere noluimus tanquam rarò contingens, atq; etiam vt hinc colligerent Medici, in puris ſanguiniſq; collectionibus ad intra thoracem, quæ alio pacto tolli nequeunt tutò deueniendum eſſe ad ſectionem, omnes nanq; ferè empiematici, plureſq; in pectore vulnere penetrante laborantes interire obſeruamus, dùm loco opportuno apertiones moliri Medici formidant, quod tamen faciendum conſulimus, ſi per expuitionem tuſsi adactam, id minimè ægrotum aſſequi poſſe coniectura aſſecuti fuerimus, ita ſuadente Gal. com. 27. 6. lib. afforiſmorum; ſic Veſalius in conſilio pro Illuſtriſs. Duce Terrænouæ ijs, quibus in ſuperiori Thoracis ſede vulnere inflicto ſanguis in eiuſdem fundo col lectus fuerit, ita vt ſequatur dolor grauis, difficiliſq; reſpiratio, ſæuaq; alia ſymptomata mortem minitantia, ſectionem ſecundum decimæ Thoracis coſtæ inceſſum in ea dorſi ſede, qua illa maximè in poſteriora obli quatur, & prominet faciendam, nonſolum pręcipit, ſed & ſemper adeò proficuam prędicat, vt nullus illius ſymptomatis gratia pereat, exceptis aliquibus, qui ratione vulneris potius quam ſectionis huiuſmodi vitam cum morte commutant, adducitq; nonnulla exempla vulneratorum, in quibus ipſe cum fęliciſsimo ſucceſſu talem ſectionem operatus fuit, Quinimmo & fiſtulam cuiuſdam nobilis ex tumore ex morbo lateris ſuppurato, exteriuſq; ſub mamilla aperto derelictam, cuius gratia per interualla in grauem febrem incidebat, atq; thoracis cruciatus tali ſectione puris euacuatione patrara, ſeruaſſe teſtatur. conſimilem pariter

ter

ter hiſtoriam Valaſcus in ſuo Philonio narrat, ſectioneq; ſanatam teſta‑tur, Quod pariter in Empiematicis faciendum, dùmmodo vires per‑mittant nonſolum Græci, ſed Arabes, & Latini conſentiunt; apertio verò ſectione, vel vſtione ferro ſcilicèt candenti, vel incidenti faciēda eſt, ex Hipp. & Gal. aff. 27. 6. lib. & Braſauolus in com. illius, ſe mos aperiendi thoracem antiquũ, iam ommiſſum renouaſſe, & ſuppuratũ, quem vſsit conualuiſſe recenſet. Sic Amatus Luſ. cent. 1. cur. 60. refert ſe ſectione mulierem nobilem empiemate laborantem curaſſe, ſic & Hip. ipſum ſuppuratum ſecuiſſe 2. de morbis lib. legimus, Quàmuis Gal. in com. aff. ſuperius adducti, vſtionem magis propriam ſuppuratis, ſectionem verò Hydropicis dixerit, Hippocrateſq; ipſe 6. Epid. ſer. 7. teſtatum reliquerit. Per viſtionem autem hic non intelligimus tantum excitanda eſſe vlcera in partibus pectoris externis, quod voluit Cælſus c. 22. 3. lib. & Aetius lib. 8. c. 57. ſed penetrandum eſſe vſq; ad Thoracis cauitatem, vt per apertionem pus intus contentum expurgari poſsit, quo pacto autem vſtio huiuſmodi penetrans mollienda ſit adiſcendum ex Hip. lib. de locis in homine Aegineta lib. 6. c. 44. Albucaſi in chyrurgia, Haly Abbate, & Auic. quę res etiam à Cardano latius lib. contrad. cōtrad. 29. explicatur qui tamē in com. 44. 7. lib. minimè audiēdus, dùm ait in ſuppuratis, vbi pulmo vlceratus fuerit, candente ferro pulmonem inurendum eſſe, quod prȩſidijs genus carnifico magis, quam Medico conuenire cenſeo. cum id vel oculis clauſis faciundum ſit, cū pulmonis pars affecta conſpici nequeat, vel nimis patens foramen efficiendum, ſi intus conſpiciendum ſit. Paulus Aegineta loco citato de ſuppuratis verba faciens ait, ſunt qui ſcalpellum quoq; adhibere audēt inter quintam, & ſextam coſtam tranſuerſa linea, paululum tamen obliqua cutim incidentes, deindè aculeato cultello coſtas ſubcingente mēbrana perforata pus excernunt, verùm & iſti, & qui vſq; ad pus adurũt, vel protinus mortem inferunt, cum vnà cum pure, vitalis & ſpiritus vniuerſus exinaniatur, vel fiſtulas inſanibiles inducunt: hactenus Aegineta, qui auxilij genus à nobis propoſitum damnare videtur, & ſi vſtionis, & ſectionis modum ex Leonidis ſententia non ſua proponat. ſatisfacimus Paulo dicentes ſpiritus cum vitę diſcrimine exinaniri, ſi pus vniuerſim effluere ſinamus, quod Hip. aff. 27. 6. lib. docuit, ſecus verò ſi viribus conſulentes puris euacuationē pro patientis tollerantia partiti fuerimus, ad id verò, quod de fiſtulis tradit, dicimus, ſi rectè tractētur, haud difficile ſanari, vt optimè inter Noetoricos Nicolaus Maſſa lib. 2. Epiſtolarum docuit, at demus fiſtulas inſanabiles derelinqui, nōne ſatius eſt cum fiſtula viuere, quam ſinè in certiſsimam mortem detrudi? Qua verò in parte vrendi, ſeu ſecandi ſint ſuppurati varię ſunt ſententię,

tentiæ. Tutior nobis locus videtur inter tertiam, & quartam coſtam, ſiquidem locus ita decliuis eſt, vt ſanies facilè effluere poſsit, nec vllus ſubeſt timor, vt diaphragma in apertione pungat, ſi enim inferius inter tertiam, & ſecundam apertio fiat, vt voluit Luſ. cent. 1. c. 60. atteſtās ſe id in cadaueribus tuto fieri poſſe expertum fuiſſe, verendum erit, ne diaphragma vulneretur, nàm in viuentibus ſuppuratis, in quibus inſpiratio, eaque magna fit, altius atrhaitur diaphragma, quā in mortuis reſideat. Tutiſsimus aperiendi modus ille mihi videtur, qui ab Hip. lib. de internis affectionibus traditur, per hæc verba; Coſtam tertiam ab vltima vſq; ad os ſecato, deindè cum terebra caua vltra perforato, & vbi perforata fuerit, aquæ parum emittito. Hic certè puris extrahendi modus optimus mihi videtur, ſecurior enim puris paulatina extractio exiſtit, & foramen ad libitum claudi poteſt, nec periculum imminet, quod ob puris indies exeuntis putrefactionem, vel corroſionem nimis dilatetur apertio, in qua parte autem collectum fuerit pus, in ea quoq; ſecandum, quod ſi in vtraq; vtrobiq; quoque apertio molienda. Et ne quis aut. Aeginetę ſuperius adductæ hanc operationem expaueſcat, ac fiſtulam inſanabilem derelinqui, ſi ſeruetur æger, exiſtimet, libet hiſtoriam afferre, quam excerpimus à Nicolo 5. 7. trac. 4. ſum. 2. c. 90. quæ talis eſt. Vidi quændam cum gladio acuto fuiſſe in latere dextro perforatum caſſaliter, & dixerunt Medici gladium tranſiſſe inter coſtam, & coſtam nulla reperta læſione in aliqua earum, & ipſe expuebat ſanguinem, qui non erat ex pulmone, & nunquam cōſolidari potuit per eos vulnus, ſed emittebat per ipſum tantam ſaniei albæ, licèt ſubtilis quantitatem, quod referre eam eſſet incredibile nulla eius parte per ſputum exeunte, & remanſit ſic factus exſiccatus veluti ecthicus annis duobus, & tandem conſolidatum eſt vlcus, & corpus eius impinguatū fuit & vixit in optima ſanitate annis plus triginta: Accidit quandoque non ſine admiratione ingentes collectiones puris in thorace breui expurgari per tuſsim, ſic Nicolus ſe. 4. trac. 2. c. 26. Puellę cuiuſdam nobilis empiematicæ ætatis annorum quatuordecim meminit. quæ per ſex continuos dies quotidie puris libras octo tuſsi excreuit, & ſanitati reſtituta eſt, nupſit, & generauit filios, cuius rei teſtem adhibebit Magiſtrum Nicolaum de Mantua, quod ſcilicèt non parum admiramur, cum ſuppuratorum purgationes exactę per tuſsim difficiles ſint, cum quemadmodum docuit Galenus quinto de locis aff. expirationis tempore, vniuerſo thorace vehementer conſtricto per validam tuſsim, pus, quod inter ipſum, & pulmonem continetur, comprimendo cogatur, atque, ad pulmonem impellatur, & in aſperas ipſius pulmonis arterias, ac deinceps valido conatu

expuatur. At certè nonminus admirandum pleuritides quaſdam per vrinas aliquando integrè iudicatas, ac ſolutas, quod nos in Olitore quodam obſeruauimus, cui ſanguis multus ſeroſus in ſeptima per vrinę vias effluens illum à ſęua pleuritide, quę iam miſerum hominem in orci fauces traxerat, liberauit. Luſitanus cent.3. cur.68. Mercatoris Ariminenſis pleuritici hiſtoriam deſcribit, qui ſanatus eſt, ſanie per vrinā excreta. ſcribit Beniuenius c. 43. Antonium quændam pleuritide laborantem, morbo iam ad maturitatem perueniente, euacuato per vrinam pure, quod rarò contingere ſolet, pęnitus ſanatum fuiſſe. Nonſolum autem Pleuritides, & alios thoracis, vel pulmonum abſceſſus, & inflammationes per vrinas epurgata materia ſanari, ſed & per ſeceſſum teſtatur Gal. 5. de locis aff. c. 4. & Aræteus lib. & c. primo per hæc verba. Porrò ſi nonnunquam morbus ſubſiſtit, & aliquantulum in melius vergit, vehemens de naribus ſanguinis eruptio conſpicitur, aut per aluum cum perturbatione multorum bilioſorum, & ſpumantium ſuccorū deiectio, qui ex pulmone in ventrem depulſi fuiſſe videri poſſunt, ſi multi liquidiores, & facilè deijciuntur. Nonnunquam verò & per vrinarias ſemitas euocantur. Cæterum quibuſcunq; hæc ſimul eueniunt, hi quàmprimum ægritudine ſubleuantur. Quidam vtiq; ſunt, quibus magna vis puris in pulmone procreatur, aut ex pleuritide fit permutatio, ſi maius bonum ſuboritur. quod ſi ad inteſtina, aut veſicam ex lateris morbo ſanies deriuata ſit, tunc quidem continuè pulmonis vomica liberantur, ſed diuturnum vlcus, quod demùm ſaneſcet in latere patiuntur. Et rurſus idem Aræteus eodem libro c. 9. habet. Porrò ſi ad inferiora pus tranſire velit, partes quidem ſuperiores vbi erat abſceſſus, acutus dolor occupat, aluus verò humida eſt, primum aquoſa cum pituitoſis deijciens, deindè cruenta quædam circumfluentia, rurſuſque carnoſa, cum iam effractus abſceſſus eſt. Hæc pus ſequitur, aut per aluum, aut per vrinæ vias elabens, ſed materię ad renes, & veſicam tranſmutationes meliores omnibus ſunt. puris à thorace excreti notatu dignam hiſtoriam deſcripſit Ioannes de vigo lib. 2. de Apoſtematibus trac. 5. c. primo. Homo quidā ruralis Genuēſis dùm vna die ſederet ſuper vno muro, quidam eius filius annorum quatuor, vel circa verſus patrem hilari vultu decurrendo, & eidem patre obuiādo ambo caſu permittente è muro in terram ceciderunt, cum maxima patris iactura, accepit enim in regione coſtarū percuſsionem enormē, qua de cauſa locus ad magnam peruenit apoſtemationem, & circa eius maturationem validiſsima febre vexatus fuit, indè neceſſe fuit locū incidere iuxta coſtarum longitudinem, & feci inciſionem ſatis amplam, quare apoſtema erat magnum, & penetrans, ex qua inciſione in diuer-

ſis

ſis vicibus magna materierum quantitas extracta fuit, demùm vna die hora medicationis ſimul, & ſemel per orificium vlcerationis, per ſeceſſum, & per os natura purgauit ſaniem in magna quantitate, & tandem cum lenitionibus, mũdificationibus, & incarnationibus, ac poculis, (de quibus plenariè loquemur vbi de vulnere penetrãte in pectore) Dei munere eidem viro, licèt in ætate ſenili conſtituto priſtinam ſanitatem reſtitui. Et ſi itaq; Gal. 5. de locis aff. c. 2. per tuſsim tantũ excerni poſſe humores in thoracis regione contentos, & peccantes dicere videatur, nihilominus 6. eiuſdem in calce cap. 4. ait thoracis vomicam per inteſtina, pulmonis per vrinam expurgari, etenim, vt à concaua vena, ita quoq; ex magna árteria rami deſcendunt ad renes, ſiquidem leuis arteria pulmonis, quantum puris ex erupta vomica ſuſcepit, id in ſiniſtrum cordis ſinum deferre poteſt, quod indè in magnam ipſius arteriam incidens per renes tranſit in veſicam. At quod Gal. dicit de excretione puris in thorace contenti, non ita clàrum eſt, ait nanq; concauam venã mediante vaſe quodam στελεχιαίαν vocant Græci, ideſt vena, quæ arboris caudici proportione reſpondet, videri interdum adaptari, proinde nihil mirum, neq; impoſsibile eſt, & ex partibus ſepto tranſuerſo ſuperioribus pus in ventré defluere; hæc Gal. ex quibus pus in thorace cõtentum per inteſtina expurgari poſſe ſtatuit, at quomodo id fiat haud plenè (quantum ipſe ſentio) explicat, niſi per ſtelechię venam, portæ venam intellexerimus, vel ſit ſenſus, quòd pus in thorace contentum per venam cauam ad venam portæ perueniat, ideq; ad iecoris cauam parté, & demùm ad inteſtina, quod & ſi fieri poſſe, Auic. fen. 10. 3. trac. 4. c. 17. & Aetius lib. 8. c. 65. & Paulus lib. 3. cum Gal. confirment, nihilominus omnes rei difficultatem inſimulantes, quomodo id fiat minimè aperire tentarunt: Hinc fit, vt nonnulli recẽtiores, inter quos Matthiolus lib. 1. Epiſt. hoc naturæ opus mirari nõ deſinant. Nanq; ſi per particulares venas, & arterias huic muneri deſtinatas talé natura molitur expurgationem, cur harum nõ meminere antiquiores ſcriptores quòd ſi per venas, vel arterias ad cordis ſiniſtrum ventriculum deriuari dixerimus, quemadmodum Gal. dùm ad renes pulmonis puris deriuationem edocet, id ſanè minus rationi conſonum videbitur, cum in illo ſpiritus, ſanguiſq; tenuiſsimus, qui vitæ fomites ſunt dùntaxat cõtineãtur, quiq; puris contactu, vel miſcella infecti, vitæ quammaximè officere deberet: Hanc difficultatem vidit doctiſsimus Iulius Alexandrinus, illiq; ſic occurrere conatus eſt. Cor ipſum in eo puris tranſitu rectè valens, pus veluti per tranſennam admittere, citiſsimèq; propellere, quod cum ociſsime fiat, nullum detrimentum cor robore cõſtãs, ſpiritibuſq; valens pati, pręſertim cum ſciamus ſanioſam illam materiã

ſeu pus, rem eſſe quandam ſemicoſtam, quæ non prorſus naturæ vires effugiat, illiq; aduerſetur, ita,vt minimè ſit mirandum,ſi in illa tantula temporis mora, cordi nullum nocumentum inſigne inferat. poſſumus, nos id mirabili exemplo confirmare,quod ex Holerio excerpimus c.27. lib. primi in ſcholio. ſcribit ibi mulieri extinctæ, quæ quatuor menſium ſpacio incredibili vrinę cruciatu laborauerat duos calculos in corde repertos cum multis abſceſsibus, integris renibus, & veſica, vnde exiſtimandũ, mordaci materia à corde ad renes protur ſa per vias, quas Gal. recenſuit, vrinæ ſymp. prænarrata excitaſſe. Hæc Alexandrini ſolutio non omnibus ſatisfacit, quando alij non ad cor deriuari pus,ſed mediãte vena, quam Græci ἀζυγον appellant, ideſt ſine pari à natura propelli. Hæc vena ſine pari, ſeu ſine coniuge (quemadmodum Bartolameus Euſtachius in ſuo de renum ſtructura libello clariſsimè demonſtrat) è regione octauæ, aut decimæ thoracis vertebrę in duos ramos, vnum dexterum, ſiniſtrum alterum ſcinditur, deorſumq; repens, ſeptum trãſuerſum præterijt, ſuarumq; propaginum vna, vel pluribus, in poſteriorem venæ cauæ ſedem vario modo iuxta ortum emulgentis, aut in ipſam emulgẽtem, præſertim ſiniſtram infere, ea nimirum in parte,qua venam ſeminariam ipſa procreat, aut etiam quandoq; in proximos venarum ramos, qui è regione ſummitatis ſecundæ lumborum vertebræ ortum ducunt. Hanc ſententiam & ſectatum fuiſſe Gabrielem Falloppium in ſuis Obſeruationibus Anatomicis legimus; docet nanq; & ipſe, extremam ſine pari venæ partem dextram, & ſiniſtram ad latera corporum ipſarum vertebrarum, ſub diaphragmatis imam inſertionem ſerpere. ad inferiora, ſiniſtramq; hanc partem circa tranſuerſos vertebrarũ proceſſus deſcendentem, ac ſub diaphragmatis, & ſexti muſculi mouentis fæmur origine latentem, in emulgentem venam ſiniſtri lateris inſeri, vario tamen modo, aliquando enim in partem ſuperiorem ipſius in aduerſum ſeminariæ venę, aliquando in partem poſteriorem, ita vt huius inſertio non appareat, aliquando verò accidit, vt ab emulgente ipſa, in parte, qua dorſum reſpicit, oriatur quædam vena, quæ ad inferiora corpora nutrienda declinet; in hanc itaq; cum ab emulgẽte exorta eſt inſeritur vena, de qua loquimur, aliquando etiam accidit, vt hęc pars venæ ſine pari tribus, aut quatuor ramulis ſuperioribus, poſterioribus, ac infimis emulgentem adeat, frequentius tamen in ipſam vnico ramo implantatur. Franciſcus Michinus de Sancto Arcãgelo, qui quaſdam anatomicas ſuas obſeruationes typis edidit, in quinta ſcribit, ſe hanc venam ſine pari cum emulgente connexam anno 1554. in binis cadaueribus, quæ ſecuit Falloppius, publice, & priuatim manifeſtè obſeruaſſe, ac vidiſſe inflata vena ſine pari fiſtula circa ipſius ortum, ſta-

tim

tim per ramum prius dictum emulgentem ſiniſtram, & ipſam intimuiſſe, ſimulq; & venam cauam cum ramis ſuis maximis qui ad fæmora veniunt, nec ſolum hæc ſcribit Michinus, ſed & figuram à Moybano Germano condiſcipulo delineatam præ oculis ponit, ampliuſq; teſtatur, ſe geminos pleuriticos obſeruaſſe ante ſeptimã per ſanguinis mictum ſtatim ab ea inflammatione liberatos. Quamobrem mirari ſatis non poſſum Veſalium in ſuo examine obſeruationum Falloppij aperta frõte negaſſe, ſe vnquam adinueniſſe hunc venæ ſine pari cum emulgente ſiniſtra connexum, & ſi ſæpius perquiſiuerit, præſertim cum ibidem Franciſcum Rotam ipſi per literas quaſdã affecti thoracis hiſtorias, in quibus pus per vrinam fuerat excretum ſignificaſſe teſtetur, cuius tamen oppoſitum Falloppium, Euſtachium, & Michinum obſeruaſſe legimus. Horum vaſorum vnionem ſi Gal. nouiſſet, pariterq; obſeruaſſet propaginem venæ portæ interdum vniri cum venis ſepti, veram viam cognouiſſet, per quam thorax, & pulmones per inteſtina, & renes expurgari poſſunt. nec pus per cordis ventres permeare tradidiſſet, nec minus pituitam à capite ad pulmones defluentem, ſpumoſa excrementa in alui ſuperfluuij reddere, per cordis ventriculum tranſeuntem, ad inteſtina deriuatam, quod ſeptimo Aph. lib. com. 3. docuit. Corpus nanque noſtrum innumeris propèmodum venis, & arterijs redundat, vt plurimum ſibi ipſis contiguis, & connexis, vena nanq; magna venarum veluti fons exiſtit à quo plurimi canales, à quibus poſtmodum riuuli infiniti deriuantur in diuerſis, interniſq; partibus pertingentibus, vndè iure meritò Hip. lib. de alimentis dixit humana corpora eſſe tota perſpirabilia, & vijs innumeris ſibi ipſis conuenientibus refecta, adeò vt vnus ſit confluxus, conſpiratio vna, omniaq; conſentiant in corpore noſtro, quod pariter Gal. lib. 3. de natur. facul. & Tralianus lib. 1. c. 17. ſcriptum reliquerunt. Galenuſq; ipſe in com. Aph. 54. 7. lib. naturam aliquando nouas, inuſitataſq; vias in euacuationibus adinuenire demonſtrat, exemplo ſumpto à tranſitu materiæ per oſſa dum abſceſſum contrahunt, ac de exitu ſanguinis ex cuti, & carne ſana redundantis in oſſium fractorum coagmentatione, ſeu ferumination, nec non pituitæ, & puris in thorace contentorum ad vrinæ vias tranſmiſsione, dixerat nanq; Gal. in Aph. quòd pituita inter ventriculum, & ſeptum tranſuerſum repoſita ſi per venas ad veſicam vertatur, ſoluitur morbus. Quo modo autem id fiat Gal. in com. non explicans, connexus iam memorati ignorans, ſed modum inſenſibilem eſſe, videtur fateri. Hunc quoque connexum non animaduertens Luſ. cent. 6. cur. 32. hiſtoriam militis deſcribens, cui ſanguis, quem per reiectationem tuſsi emittebat, poſtea à natura ad inteſtina deriuatus per ſeceſſum excretus fuit, & ſana-

tus

tus ægrotus, ſanguinem illum cor petentem per venam cauam tranſmiſſum ad iecoris ſimas, indéq; ad inteſtina excretum per ſeceſſum, in ſcholio tradit.

Phtiſes admirandę. Cap. X.

QVicunq; ex pulmonis vlcere tabeſcunt, ſanari non poſſe Gal. 4. de locis aff. & 5. Meth. med. c. 11. teſtatum reliquit, omneſq; perire neceſſe eſſe, neminemq; vnquam curatum vidiſſe ita affectum c. 8. eiuſdem 5. Met. clariſsimè tradit, quem omnes de re medica ſcribentes ſequuntur, exulcerationes pulmonis omnes inſanabiles eſſe affirmantes, nãq; cum citra tuſsim expurgari nequeant, & ſi tuſsis excitetur, magis vlcera lacerentur, quaſi per mutuas operas malum in ijs, qui taliter ſunt affecti per orbem redijt, præſertim cum medicamenta, quæ illis ſanandis idonea ſunt, non niſi per medium interuallum longum, in quo vim ſuam amittunt, affectam partem cõtingere poſsint, ad hæc pulmo propter reſpirationem in perpetuo eſt motu, at quę vniri debent, quieſcere eſt neceſſe; addamus quòd medicamẽta, quæ expurgationẽ vlceris per tuſsim faciliorem reddunt lenientia humida ſunt, ſicq; vlceri, quod quatenus vlcus exſiccationem expoſcit, aduerſantur. ex quibus cõcludunt omnes pulmonis vlcera inſanabilia eſſe, vel ſaltem curatu quammaximè difficilia, eaq; duntaxat ad ſanitionem peruenire poſſe, quæ rectius vulnera, quã vlcera pulmonis appellari mæreantur, de quibus Gal. in fronte tex. 8. 5. Met. cum enim ſanguis ob ſolutam pulmonis vnitatem expuitur, ſiquis ſtatim aggreſſus fuerit rectam curationem, coire poteſt, quod ſolutum fuit, at ſi prius phlegmon ſolutam partem occuparit, difficilem, incertamq; curationem recipient, quemadmodum & ea, quæ ab humore corrodente contingunt, quas & pęnitus incurabiles ſtatuit Serapio c. de phtiſi, ſic Auic. lib. 3. fen. 10. trac. 4. c. 18. determinatque vlcera pulmonis, ſi proueniant ex ſolutione ſingularis, dùm permanent vulnera recipere poſſe ſanitatem, ſed ſi fiant ab apoſtemate, vel ab humore corrodẽte, ſintq; ſanioſa pęnitus inſanabilia pronũciat, tùm propter iam dictas cauſas, tùm etiam quia ſi medicinę frigidæ exhibeantur, ſint tardæ penetrationis, ad partemq; affectam non perueniant, ſi calidę, augeant febrem, quæ pulmonis vlcera ſanioſa ſemper concomittatur, ſi exſiccantes, nocent febri hęcticæ, quæ illis aſſociari conſueuit; ſi humectantes, vlceris conſolidationem prohibent. Raſis quoq; & ipſe 4. cont. ait vlcera pulmonis poſſe per initia cõſolidari, ſed diuturna minimè, & quæ accedunt à corroſione pęnitus eſſe inſanabilia.

lia. His itaq; ſic ſe habentibus, nonne erit admirandũ aliquos recenſere, qui vlcere ſanioſo laborantes, phtiſi correpti ſanitati reſtituti ſunt? Auic. lib. 3. fen. 10. trac. 5. c. 5. ita ſcribit. ſi non timerem dici mendax, narrarem in hac intẽtione mirabilia, & referrem ſummam, qua vſa eſt mulier phtiſica, peruenit res eius ad hoc, vt ægritudo cum ea prolõgaretur adeò, donec perueniret ad mortẽ, & vocarẽtur ad ipſam, qui præpararent ea, quæ morti ſunt neceſſaria, tunc quidem frater eius ſurrexit ad eam, & curauit hac cura longo tempore, & reuixit, & ſanata eſt, & impinguata eſt, & non eſt mihi poſsibile, vt dicam ſummam eius, quod comedit de Zuccaro Roſaceo. Raſis 4. cont. hæc habet. Ego vidi huiuſmodi vlcera pulmonis nimis prædominari in peripleumonia, & curata fuerunt perfecta curatione; Et vidi naſcituram in pulmone coadunatam ſpuentem ſanguinem, & deindè ſaniem, & ſanata eſt, tamen in puero quinq; annorum. Et cõfirmatus eſt rumor, quòd quidam ſpuebat ſaniem fætentem poſt ſputum ſanguinis, & curatus eſt per lac Caprinum, quidam verò per Aſininum. Abynzoar lib. 1. Theyſir trac. 11. c. 2. ſcribit. Iam recordatus ſum, quòd pater meus dicebat mihi, quod pater ſuus habuit quẽdam Hiſpanum in cura, qui patiebatur vlcera pulmonis, & extenuatus fuit in tantum, quòd tota caro eius conſumpta fuerat, & Auus meus ipſum taliter curauit, ſcilicèt quia cibabat eum pane bene fermentato cum oleo oliuarum, & taliter reſumptus fuit, & ſuam recuperauit humiditatem, nec ei ſuperuenit aliquod accidens malum, & vixit poſtea tàm longum tempus, quod Medicus, qui curabant eum, ſcilicèt Auus meus obijt antè ipſum, & poſtea diu remanſit in manibus patris mei, & obijt ad vltimum ex alia ægritudine, & non ex iſta; & mihi ſimiliter, quando incępi practicare ſuperuenit ad manus meas quidam, qui patiebatur talem ęgritudinem, & iniunxi ei regimen dictũ, & ſic receſsit tuſsis ab eo, & impinguatus fuit, & redijt ad operandam artem ſuam, & exercendum omnes operationes ſuas, & ſic vixit poſtea longo tempore, ita quòd fuit Epidemia in illa regione; & ipſe mortuus fuit in ipſa ex febre acuta. Cõciliator diffe. 194. ſcribit ſe adoleſcentem quandam phtiſicam cum vſu Zuccari roſacei curaſſe. Philippus Ingraſsia in conſilio pro Duce Terrænouæ ſcribit ſe Panhormi curaſſe mulierẽ quandam nomine Leonoram à Riccio, quæ ex sãguinis copioſo ſputo à pulmone regurgitãte in phtiſim lapſa erat, pluribuſq; inſequentibus menſibus non contabuit modo, ſed continuò pus malè olens expuebat, pręſertimq; per interualla quædam, non maiora quidem duabus hebdomadis maximam puris quãtitatem indè collectam ſępenumero quatuor librarum, pauloq; minus, ac nonnunquã plus expuebat, hanc cum vix per menſem ligni ſancti decoctum abſorbuiſſet,

buiſſet. ita ſanata fuit, vt decimus annus ageretur, dum hæc ſcribebat Ingraſsia ſalua ſuperuixerit, nec amplius recidiuarit. Alteram quoq; ibidem hiſtoriam recenſet cuiuſdam Auguſtini de Vrbino, qui phtiſicus factus non ſolum ſcreatus fętidiſsimos expuebat, ſed & fætidiſsimam expirationem, grauiterq; olentem emittebat. aderatq; febris nonſolum hęctica, quemadmodum in prędicta muliere, ſed & febris putrida omnis ordinis expers, vtiq; coniuncta erat, & lienem maximum habebat hic homo, qui ligni Guaiaci aſſumpto decocto per menſem ſanatus eſt nonſolum, ſed obeſior, & robuſtior effectus. Franciſcus Arcæus lib. 2. de curandis vulneribus c. 2. ſcribit ſe decocto ligni Guaiaci, & alijs præſidis, quæ ibidem deſcribit curaſſe fiſtulas thoracis ex male curatis vulneribus derelictas, cum ægri laborarent etiam phtiſi, & hęctica febre, quorum multi ex Italia, & Gallia, atque ex omnibus Hiſpanię prouincijs ab ipſo curationem petierunt, qui ſani, optimèq; affecti, & obęſiores etiam euaſere, quàmuis diuturna tabe, aut phtiſi conſumpti fuiſſent, omnibus facultatibus membrorum omnium, organorumq; nutritiuorum, ſpiritualium, & animalium rectiſsimè reſtitutis. Hyeronimus Fracaſtorius lib. 3. de contagioſorum morborum cur. c. 8. teſtatur in phtiſicis ferè deploratis plurimum ſpei haberi poſſe ex vſu decocti cuiuſdam, in quo pręter cętera, ſemilibra ligni Guaiaci ingreditur. Hinc videant illi, qui indiſtinctè proferunt in nullo morbo, cui febris iungatur ligni Guaiaci decoctum minimè propinandum, quam rectè ſentiant, nam pręter ennarratas hiſtorias idem Ingraſsias ibidem affirmat ſe quàmplurimos alios febrientes etiam febre cōtinua huiuſmodi ligni decocto liberaſſe, modo febris illa ex craſſis humoribus facta ſit, vel à puris collectione in aliquo viſcerum, pręcipuèq; in thorace, vndè nonſolum qui lue Gallica affecti erunt, ſed & tabidos, hecticos, phtiſicoſq; cum ingenti omnium admiratione nō ad ſalutem modo reduxiſſe, ſed ad pinguiorem craſsioremq; habitum eo, cuius antea quam ęgrotarent fuiſſent, teſtetur. Aloyſius Mundella 3. Dialogo ſcribit ſe curaſſe collicam patientem cum febre, quę ex multitudine craſſorum humorum ortum duxerat huius decocti beneficio, cū nec purgantia medicamenta, nec clyſteria, aliaq; conſueta auxilia nihil per longum tempus profeciſſent, quod non alienum à ratione cognoſcemus, ſi in memoriam reuocauerimus, peculiarem ligni Guaiaci vim eſſe, vt remotis non modò prauis humoribus, ſed mala etiam intemperie; omniq; lue, quę atrophię cauſa eſt, & quę corpus vix nutriri permittit, quamquam eo tempore quo ſumitur, extenuet corpus, præſertim etiam ex vſu victus tenuis ſudoriſq; copia exeunte, nihilominus ob renouatam, & inductam nouam quandam bonam temperaturam, bonumq;

renouatam,& induſtriam nouam quandam bonam temperaturam,bonumque habitum,obeſius,ac robuſtius poſtea corpus reddit; quæ obiter ſint dicta;ad rem noſtram,itaq; reuertentes,qui obſtinatè pulmonis vlcera inſanabilia pronunciant,ita iam deſcriptas hiſtorias gloſſant, illos ſcilicèt minime verè ſanatos,ſed tantum vlceribus illorum in pulmone exiſtentibus calloſam cruſtam obductam, cuius beneficio ſanitati reſtitui exiſtimabantur, quod exemplis comprobari contendunt,quorum primum deſumunt ex Auic.lib.3.fen.10.tract.4.ca.18. vbi hæc habet, & quandoq; accidit phthiſico, vt protēdatur cum eo phthiſis,producens eum ſpacio temporis,& ſimiliter extenditur à iuuētute,vſq; ad ſenectutem. Et ego iam uidi mulierem vixiſſe in phthiſi circiter annos vigintitres,aut plus parum,quod obducta modo cruſta modo ablata factum fuiſſe ſcribit Gentilis in com.addendo ſe uidiſſe mulierem Peruſij, quæ vixit ultra duodecimum annum cum vlcere pulmonis,cui omnis anno reuertebatur ſputum ſanguinis obducta, & ablata per vices calloſa cruſta.Sic Io.Matth.de Grado in prima parte practicæ ca.de Phthiſi,ſcribit.Et ego vidi Mediolani mulierem,quę tamen non vtebatur regimine,niſi communi, quoniam aſsiſtebat igni quaſi cōtinuo,vel in locis ſiccis multum,erat enim Fornaria,fuit phthiſica plus viginti octo annis,& ambulabat per domum,& laborabat,& aſsiſtebat ad panem coquendum, vndè ſiccitas indurando cruſtā multum prolungat.Quod poſſumus confirmare eiuſdem Ingraſsiæ authoritate,qui loco citato ſcribit, ſe in Xenodochijs publicis per anatomē obſeruaſſe in ijs, qui paſsi fuerant vlcera pulmonis in parte affecta quandam ſanioſam duriciem ob pus infarctum, ac veluti in ſcirrhum conuerſionem.Verùm etſi fateamur nonnullos obducta cruſta mendoſam aſſumere,curationem,tamen & alias quandoque integrè curatos obducta cicatrice minimè negandum cenſemus, ſiquidem Cęlſi authritate in 2.de indicijs mortis multi à Medicis deſerti conualeſcunt. Et Auerrois 7.coll.c.31.ſcriptum reliquit, quòd aliquæ ægritudines inſanabiles ſunt,vt vlcera pulmonis,& ſimilia, quæ tamen ſanantur,& hoc fit per accidens,ſicuti in naturalibus, aliquando monſtruoſitates fiunt,quod præter iam adductas hiſtorias ex Aretheo,quoq; comprobare poſſumus,habet enim lib. 1.c.1. quod in Pulmonaria ex abſceſſu, pauci admodum ſenes liberantur,ſicuti,neq; à pulmonaria iuuenes,& florentem ętatem agentes.Et Gal.licèt alibi non ſemel,vt ſuperius adnotauim⁹,dixerit vlcera pulmonis inſanabilia eſſe, idq; ratione,& experimento confirmarit,nihilominus 5.meth.c.8. vlcera,quæ in pulmone hæſerunt,difficilia ad curandum,non impoſsibilia ſcripſit; ſed nec hoc loco prætermittendum tanquàm non vulgare, pulmones aliquan-

do pati vomicam, ideſt abſceſſum exiguum, & puris in quadam pulmonis parte collectionem, quod membranula, propriaq; cyſti arctè adeò concludit, & vix quidquã de ſe tetrium in cor expiret, hęc frequentius eſſe ſolet in tabidis, ſed aliquando ſine tabe fit, cum ſanguis ex aperta, rupta, aut exeſa vena, in paruam quandam pulmonis regionẽ ſecedens illic putreſcit, ſenſimq; mutatur in pus, ac per ſumma ſicceſcens ſibi cyſtim efformat, latet, ita ſæpe hoc vitium, vt nec Medico, nec laboranti notum ſit. Narrat Fernelius lib. 5. da part. morb. & ſymp. adoleſcentem quendam à paulò vehementiore exercitatione, cum acerba tuſsi indefficiente torqueretur, vomicam integram columbini oui magnitudine execraſſe, in qua aperta pus exquiſitè album, & æquale depræhenſum eſt, qui tamen ſanatus fuit; cum tamen cruenta excitatio integrum biduum cum magna febre perſtitiſſet. Nonnullos inopinato è viuis horæ quadrante ereptos pariter ſcribit, in quibus diſſectis nõ alia mortis cauſa comparuit, quę repentina vomicæ diſruptio in pulmonibus, e qua pus in cordis arcem penetrauerat ipſius uim extinguens, atque obruens, ſic peremptos binos Medicos celebres tradit, qui tamen nec febre, nec vllo alio ſymptomate impendentem ſibi diem vitæ ſupremum perſenſerant. Scribit Nicolus Florentinus ſe. 4. trac. 2. c. 27. ſe vidiſſe venæ fruſtum paruum per tuſsim excitatum à pulmone, quod tanquam rarò admodum contingens omittere nolui. Admiratione quoq; dignum videtur à nonnullis literis mãdatum phthiſim eſſe poſſe ſine febre, cuius curationem tradit ſerapio tract. 2. quod tamen non niſi per initia phtiſis, incipientis fieri poſſe cum Meſueo credimus. Niſi diximus Serapionẽ de vera phthiſi minimè loquutum, ſed de alterius generis morbo, de quo Auic. loco toties ſuperius citato per hæc verba meminit. Et nomẽ quidem phthiſis quoq; conceditur aliæ ægritudini, cũ qua non eſt febris, ſed pulmo eſt ſuſcipiens humores groſſos viſcoſos ex catharro, qui effunditur ad ipſum ſemper, & cõſtringit meatus ei*, quare patientes cadunt in conſtrictionem anhelitus, & tuſsim frequentem, & ſunt verè procedentes curſu aſthmatis. Phthiſici pariter quidã vocantur abſq; vlcere pulmonum, quorum meminit Arętęus lib. 1. c. 8. per hæc verba. Quin etiam quibuſcunq; quidem vlceratus pulmo non fuerit, nihilominus tamen diuturnis febribus conſumpti ſunt, ſæpiuſque duriter, & abſq; effectu vllo tuſsientes nihil reijciunt, hos quoque Phthiſicos haud ita multum impropriè nominarunt. Simul verò & his adeſt pectoris grauitas, pulmo enim infirmus eſt, angor, intollerantia, cibi faſtidium 27. horum quoq; meminit Fernelius li. 5. de part. morb. & ſymp. c. 10. quos inquit, nec ſanguinem, nec pus expuentes, ſeu tuſsi reijcientes vitioſam habere conſtitutionem pulmonum, mollem ſcilicet,

cet, tenellam, ac corruptioni paratam pulmonum ſubſtantiam. Quod prętermittere noluimus tanquam non vulgare, & adnotatione dignũ.

Hydrops pulmonum. Cap. XI.

PVlmonis hidropem raro à Medicis viſam, cuius meminere ſcriptores hoc loco, exemplo illuſtrare decreuimus, Frã ciſcus Michinus in ſuis obſeruationibus ſub præceptore Falloppio collectis obſe. 7. ſcribit ſe in cadauere adulti diſſecto vidiſſe hidropem pulmonum, erat enim in ſiniſtra tantum Thoracis cauitate collecta maxima aquæ copia limpidiſsimæ, nec erat imbibita in aliquo membro, ſed continebatur in cauitate Thoracis, eratq; in ea parte pleura admodum craſſa, & calloſa, & ſimiliter pulmones, mediaſtinum ſeptum tranſuerſum, & lien erãt ferè calloſa. De hoc morbo Hip. lib. de internis affectionibus circa medium, & Auic. fen. 10. 3. tract. 4. c. 15. meminere, quinimmo & Gal. in Hydrope detentis morbo increſcente aquam ad pulmonis arterias peruenire poſſe docet in com. Aph. 35. vi. lib. quamuis Cardanus, ſed iniuria me hercle Gal. in re hac contumelioſiſsimis verbis repręhendat, cuius argumẽta, cum nullius ſint firmitatis, pudet refellere, ſcribit Realdus Columbus lib. 15. de ijs, quæ in anath. raro contingunt ſe in Thorace aquæ copiam magnam vidiſſe. Nos binos tractauimus pulmonum hydrope laborantes, in quorum Thoracis cauitate dùm ſe hinc indè mouerentur aqua commota ſonitum edebat quale in vtre agitata fieri quotidie obſeruamus, hæc quoq; in dies ſenſim, & ſenſim per vniuerſum corpus diſſeminata eſt, ac diſperſa ita, vt primò abdomẽ, & facies, mox coxæ, & crura, pedesq; in magnam molem exueuerint. Altera mulier fuit Benedicti Lancini vxor, alter vir Federicus, del Reame appellatus, qui ambo nullis proficientibus auxilijs interiere.

Aſthmatis admirandæ ſpecies. Cap. XII.

ASthmatis ſpecies quædam raro eueniens interdùm obſeruata, cuius cauſa in craſſos humores, & viſcoſes aſperas arterias, vel pulmonis cauitates occupãtes minimè reijcienda, ſed aliam thoracis partem. Refert Holerius de morb. inter. li. 2. c. 23. anno. 1549. Monachum quendam breui aſthmate perijſſe, & corpore diſſecto abſceſſum repertum in vena arterioſa, & ſine pari integris omnino pulmonibus, meminit Nicolus Aſthmatis mirabilis periodici ſer. 4. tract. 2. c. 25. quod Nicolao de Podio omni ſeptimana ſemel tantum, & in die Veneris ſuperueniebat, cuius cauſam, & ſi ipſe haud referat, nos reijciendam putamus in hu-

moris collectionem, quæ paulatim non niſi per ſeptimanam colligebatur, vel eiuſdem craſsitiem ita, vt natura illius expulſionem niſi per iã dictum temporis interuallum aggredi nequiret. Non ſolũm autem ex abſceſſu pulmonis, ſed & alterius præter naturam corporis in ipſo retenti ſuperuenire poſſe aſthma cenſendum, legimus enim apud Colũbum lib. 15. de ijs, quę rarò in antomie contingunt, ſe non ſolum in pulmonibus ſteomata comperijſſe, ſed & vidiſſe in Franciſco Capello in pulmonibus oſſa non parua.

Animi paſsionum miri effectus. Cap. XIII.

ANimi paſsiones corpus noſtrum quàm maximè alterare poſſe vnuſquiſq; quotidiano experimento in ſe ipſo cognoſcere poteſt, ſed quod ex eiſdem repentina mors ſubſequatur, vel ſymptomata praua cõtingant, non ita vulgatum eſt. quare nos operę prætium facturos arbitrati ſumus, ſi miras quaſdam hiſtorias huiuſmodi ſilentio non obuoluerEmus. Scimus enim nonnullos aliquando prę nimio gaudio, dolore, timore, pudoreq; extinctos; Chilonem lacedemonem; cũ filium in olympicis coronatum in complexibus teneret immodica perijſſe lętitia legimus; ſic & Sophoclem, cum uictor in tragico concurſu declaratus eſſet, ſtatim exanimatum tradit Plinius lib. 7. c. 37. cui Valer. Max. Volaterranus, & Pontanus ſubſcribunt; ſic & mulieres binas Romanas filio vtroque viuo conſpecto, quos in pugna cannarum occubuiſſe exiſtimabat, gaudio extinctas, tradidit Liuius lib. 22. hiſt. ab Vrbe condita. Philippidem Comediographum, cum in certamine Poetarum viciſſet, inter gaudium repente mortuus eſt, aut. Gellio. Et Diagoram Rhodiũ cùm duos filios Athletas, vt Cicero primo Thuſculanarũ quæſtionũ, vel tres, vt Gellius 3. Noctium Atticarum teſtantur, publicè victores coronatos cõſpiceret, nimia lætitia expiraſſe apud prædictos Authores legimus. Polycratam nobilem fœminam Nauo inſula cognita repẽte inſperato gaudio animam expiraſſe Plutarchus de claris mulierib' eſt teſtis. Ita, & Marcum Iuuentium Thalnam conſulem cum Dijs Corſycę, quam ſubiecerat, ſacra faceret, acceptis literis decretas ei à ſenatu ſupplicationes nunciantibus antè focum præ gaudio collapſum, atq; extinctum, author eſt Valer. Max. de morte non vulgari. Et noſtris temporibus anno. 1544. Sinamus Ceffutus Iudęus appellatus Pirata inſignis, dùm Arſinoè Maris rubei portu commoraretur aduerſus luſitanos bella inſtruens, accepto nuncio Selecum filium in expugnatione Tuneti ſeruum factum, à Barbaroſſa redemptum, ſeptemque triremibus pręfectum in Alexandriam appuliſſe, iamiamq; aduenturum,

rum, inſperatæ libertatis, ac dignitatis filij lętitia correptus, de repẽte ſenex exanimatus eſt; Plura alia huius generis noſtri temporis exẽpla legi poſſunt in cathalogis ab Hortenſio Lando conſcriptis lib. 1. c. penult. Ex alijs quoq; animi paſsionibus nonnulli extincti ſunt. Ex dolore VVilhelmum Roſchildicẽſem Cadaueri Regis Daniæ Suenoni amicisſimo ipſius illacrimãte ſtatim extinctũ Krãtzius li. 4. hiſtoriæ Danicæ ſcriptũ reliq̃t. Narrant Hiſtorici ferè oẽs anno. 1494. vel vt Sabellicus 1595. Dũ Gallica nobilitas è Neapolitano Regno recederet Dñi Mõpẽſieri filium ſuper patris tumulum plorantẽ dolore extinctũ fuiſſe. Raiſciacus Sueuus cum filium ſtrenuè contra Turcas dimicãtem in Budæ obſidione occubuiſſe ex cadauere ad ſe relator cognouiſſet, repentino dolore ad vitalia profundius peruadente, cum rigentibus oculis ſtetiſſet, paulò poſt nihil effatus interijt, quemadmodum Hiſtorici teſtantur, & inter cœteros Paulus Iouius libr. 39. hiſtoriarum ſui temporis; Vrbis noſtræ lanificus quidam, cum diutius Amaſiam quandam meretriculam (vxoratus cum eſſet,) in delicijs habuiſſet, Reuerendiſsimi Epiſcopi mandato graui indicta pęna vtriq; ne in poſterum inuicem commiſcerentur, ad eam clanculum diuertit, quem Meretrix videns contumelijs recepit, atq; vt quam primum diſcederet, imperauit, quo audito Scorti nomine inuocato crudelem exclamans, manib⁹ arctatis, ac in Cœlum oculis deuolutis repentè mortuus cõcidit, atq; extra locũ ſacrum humatus eſt. Ex amore ſęuiſsimo animi pathemate quoſdam in furorem adactos pluries obſeruatum eſt, alios verò ſibi ipſis manũ conſciuiſſe, & vt interim ceteras huius generis hiſtorias omittam, ſatis erit apud Luſitanum binas recordari cent. 3. cur. 56. & cent. 5. cur. 84. Item, & alios ex amore melancholicos effectos, & eadem de cauſa melancholicos ſanatos Aręteus lib. 1. c. 5. de Melancholicis verba faciens tradit. Fama eſt ex ijs quempiam inſanabiliter ſe habentem, cum puellam deperiret, Medicis nihil proficientibus ab amore fuiſſe ſanatum. Ego uerò ſuſpicor eum ab initio in puellam exarſiſſe, indè triſtem, & languenti animo, quòd ea non potiretur, euaſiſſe, ſuisq; popularibus melancholicum viſum eſſe, at iſte vbi puellæ amatę ſe coniunxit, mœſtitia receſsit, ira, & animi languor diſcuſſus eſt, gaudium triſtitiã deleuit & mens amore Medico prorſus ſanata eſt. Eſt profectò amor animi pathema valde corpori, ſi immoderatus fuerit, officiens, illudq; ita alterans, vt haud difficile ſit Medico amantem deprehendere, dùm aliquo graui corporis morbo detineri ignari exiſtimanti. Sic Eraſiſtratum Gal lib. de præcognitione c. 6. ſcribit Nouercam priuignum amare depræhendiſſe, quam alij ęgrotantem exiſtimabant, ſic idémet Gal. Se iuuenem Pylades amore detentum, & non alio morbo laborare cognouiſſe

gnouiſſe ibidem affirmat: Narrat Antonius Bonfinius rerum Vngaricarum lib.3. Decadis 3. memorabile duorum amantium exemplum. Eurialus equeſtris ordinis iuuenis, & Comes Auguſtalis mira pulchritudine ſpectatiſsimus commorante apud ſenenſes Sigiſmundo Imperatore Bohemiæ, & Vngariæ Rege primo obtutu in Lucretiæ Senenſis amorem exarſit, pari quoq; ardore correpta virgo, quam ob venuſtatem, & formæ pręſtantiam, alteram Venerem appellabant, amoris ęſtus per breui vtrunq; voti compotem fecit, ſed abeunte Romam Imperatore, cum Eurialus amicam deſerere cogeretur, ſecũdum digreſſum altera ſexus imbecillitate parum conſtans præ amantis inopia expirauit, alter amicorum conſilio, & ſolatio aliquantiſper inſtauratus, quãuis vitam diſtulit, nunq; tamen amplius ridere viſus eſt. Miranda quoque ex indignatione eueniſſe memoriæ mandatum eſt. Val. Max. lib. 1. memorabilium c. vltimo tradit uxorem Nauſimentis Athenienſis cum forte fortuna vidiſſet filium, & filiam inuicem Venere commixtos prę ira, & indignatione mutam effectam. E' contra verò Eglo Samio luſtratori accidiſſe, cum enim in ludo luctæ victor fuiſſet, eiq; pręmium, & honorem ſubripere vellent, indignatione commotus loquelam recuperauit; narrat Saxo Gramaticus hiſtoriæ Danicæ lib. 14. Eſkillum Epiſcopum ex animi mœrore linguę debilitate contracta parum vocalem ęuaſiſſe, Gaſpar Bugatus lib. hiſt. 7. ſcribit Mucciũ Sforciam Carauaggij comitem à primo ortu in loquendo vitium habuiſſe, vt non ſine notabili impedimento loqueretur, attamen die quadam dum maxima excandeſcentia detineretur, itaq; animum occupans linguę impedimentum augeret; tanto conatu, impetuq; commotum fuiſſe, vt poſthac ſemper multò expeditus loqueretur, quod de Crœſi Regis Lidiæ filio plerique ex antiquis adnotarunt. De quo Iulius Solinus, lib. Poly. hiſt. c. 5. Cum olympiade octaua, & quinquageſima victor Cyrus intraſſet Aſiæ oppidum Sardas vbi tunc Croeſus latebat At his filius Regis mutus ad id vſq; temporis in vocem erupit vi timoris, exclamaſſe enim dicitur. Parce patri meo Cyre, & te hominem eſſe, vel caſibus diſce noſtris, mira ſanè timoris vis animi noſtri paſsio. Ex timore nãq; pariter nonnullos perijſſe legimus obſeruatum. Scribit Beniuenius c. 63. Puerũ qui dùm in rure paterno degeret, ſingulisq; diebus ad vicinum ſacerdotem ſtudendi cauſa, vt fit, ſummo mane mitteretur à patre accidiſſe ſemel, vt propè iam intranti illi, ſacerdotis ipſius ædes, eſſetq; Cęlum paululum adhuc ſub obſcurum præſto fuerint duo viri nigris veſtibus obuoluti, quibus adeò perterritus eſt puer, vt ex inde in mortẽ inciderit. Pudore quoq; extinctus nonnullos memoriæ proditum eſt Diodorus Cronus teſte Plinio lib. 7. Sapientiæ Dialecticę profeſſor luſoria quęſtione

non

non protinus ad interrogationem Stilibonis diſſoluta pudore expirauit. Idem de Homero ſcribit Val.Max.cum propoſitam à Piſcatoribus quęſtionem ſoluere nequiſſet, nec mirum, nàm pudor timor quidā eſt teſt. Ariſt.probl.53.11.part. vndè & Philoſophi auctore Aulo Gellio lib.19.c.6.pudorem deffiniunt eſſe timorem iuſtæ vituperationis. Nō ſolum verò mortem ex gaudio,timore,dolore, & ſudore ſubſequi, ſed & peſsima quędam ſymp.obſeruatum eſt. Ex timore nanq; prægnantes quandoq; aborſum pati ſcribit Gal.5.lib. affectorum com. 45. & inter recentiores Amatus luſ.cent.3.cur.22.ſcribit hiſtoriam mulieris,quę ex horribili quodam ſpectaculo,& tonitruo audito aborſum fecit. Et Io.Matth.de Grado in com.in 9. Raſis ſcribit eius filium ex timore concepto ex ſono tubarum facto cum quidam doctoraretur epilepticum euaſiſſe,& ex eodem morbo obijſſe. teſtis eſt Procopius lib. 1. de bello Gothorum, quod Beliſſario Neapolim occupante Paſtor q.dam, qui plebem in deſperationem induxerat, vbi captam vrbem Præuidit timore apoplexia correptus ſtatim obijt. Ex metu quoq; fieri inſaniā teſtatur Celſus,& Criſtophorus à Vega de arte med.li.4.c.14. tradit in pueris,& fœminis ex metu inſaniam obſeruaſſe: Ex timore pariter, & gaudio excrementa, puta minam, & ſtercora emitti pręter voluntatem,auctor eſt Gal.2.de ſymp.cau.c.5.quod & Ariſt.4.par.probl.8.affirmat,inquies vrinam,alui excrementa,& ſemen quadoq; in timentibus inuoluntarie excerni, Narrat Amatus luſ.loco citato,puerū exaudito Bombardę ſtrepitoſo boatu apoplexia correptum,& cen.2. c.90. Monachum quendam in Romæ cęnobio ſancti Sixti degentem ex malo nuntio fratris mortui comitiali morbo correptum. Legimus quoq; ex verecūdia,& timore quoſdam dùm publicè dicere aggreſsi fuiſſent, memoria adeò fruſtratos fuiſſe,ut reticere fuerint coacti. Sic Cicero ſcribit Curionem in ſenatu cauſam, quam pertractaturus erat, pęnitus oblitum,ſic de Teophraſto memoriæ mandatum eſt,cum coram populo Athenienſi oraret,repentè memoria deſtitutum cōticuiſſe,quod & Demoſteni coràm Philippo Aminthæ Regi dicenti,& Herodi Attico coràm Marco Antonio oranti, & Licyo ſophiſtæ coràm Principe Seuero accidiſſe ab antiquioribus ſcriptis mandatum eſt. Quod & noſtris temporibns pluribus contigiſſe præclariſsimis viris non ignoramus, & inter cęteros Bartholameo Sozzino,cui Romam profecto, dùm Sęnenſis Reipublicæ nomine Alexandro ſummo Pontifici gratularetur, quod ſe dicturum præmeditarat nunquam fari potuit: Aræteus lib. 1. c.7. hæc ſcribit, Cæterum & animi immodicæ perturbationes, vt repétè incuſsi pauores,timores,animi conſternatio, & mœror, præterea, & in pueris terrores, interdùm inopinatum,atq; ingens gaudium, itē

riſus

riſus vſq; ad mortem implacabilis neruos reſoluere conſueuerunt. Ex timore quoq; nonnullos repentè canos, & depiles effectos ſuperius li. 5. c. 1. docuimus. Ex vehementi ira quoq; nonnulli extincti ſunt. Ita Vinciſlaus Bohemorum Rex anno 1418. cum forti ira percitus pugionem euaginaſſet, vt Prægustatorem occideret, qui Huſitorum tumultum Pragæ Duce Ziſcone excitatum Regi ſciens non aperuiſſet, à circonſtantibuſq; detentus pugionem amiſiſſet ne familiaris cęde Regiam Maieſtatem coinquinaret, in illarum manibus ſtatim apoplexia correptus poſt aliquot dies mortuus eſt, quemadmodum teſtatum reliquit Ioan. Dubrauius lib. 2. hiſtoriæ Boiemicæ. Ex ira pariter interemptum Neruam Imperatorem author eſt ſextus Aurelius Victor in coccei Neruæ uitæ epitome; Verùm quo pacto prænarrata fiant, libet breuibus indagare. Gal. 5. de locis aff. in calce 8. cap. ſcribit, quòd nõ quilibet timor, gaudium, pudor mortem inducere poteſt, ſed inter haſce, paſsiones illę, quæ ſubitæ, maximæ, ac vehementes fuerint, vndè 12. c. 6. ex timore ſubito, vel uehementi quem ἐκπλῆξιν & ex maxima voluptate, quam περιχαρείαν Græci vocant, quoſdam perijſſe teſtatur, qđ ad duas cauſas potiſsimũ reducit 5. de locis Aph. 1. & 2. de ſymp. cau c. 5. quarum alterum eſſe dicit animali naturalem imbecillitatem, quibus enim vitale robur infirmum eſt, ijs ob fortes affectiones, animi eſſentia facilè diſſolui poteſt, alteram uerò ſpirituũ inordinatum motum, quòad primam ſpectat ueritati conſentaneum eſſe uidetur, ex ijs pręſertim quæ 3. de Hip. & Plat. placitis ſcribuntur, ubi timidos uocat ſine corde, & 3. de locis aff. timido, & puſillanimo cor deeſſe tradit, ex quibus colligi poſſe uidetur timidos paruum cor habere, & per conſequens calorem, & ſpiritus imbecillos, audaces uerò, magnum cor, maioremq; calorem poſsidere, quod Auic. fen. 11. 3. tract. & c. 1. clariſsimè docet, per hæc verba. Verùm illa, quę ſunt plurimum audacia, ſunt ea, quæ ſunt magni cordis. Nec ſuperioribus verbis oppoſitum dicit Auic. quemadmodum falsò illi nonnulli imponunt, ſed potius quiſpiã aut. Ariſt. 9. de par. animal. ca. 4. oppoſitum exiſtimare, cum ibi ſcribat pauida eſſe, quibus cor grandius, exemplo leporum, ceruorum, & reliquorum animalium, qui cor magnum proportione obtinent, vidit hãc obiectionem Auic. & eam ſoluens, inquit, id non ratione magnitudinis cordis prouenire, ſed ratione paucitatis caloris, qui in corde amplo diſpergitur, ſicuti etiam, qui cor paruum habens, non ideò audaces ſunt, ſed quia plurimum obtinent calorem, qui in corde paruo coarctatus vigoratur; quis enim ignorat animalia quæq; in ſua ſpecie, quæ grandi ſunt (vt plurimum ſaltem) maiore quoq; robore donari, q̃ parua, à pari, quoq; cor magnum, ſi ſui magnitudini proportione reſpondentem

dentem calorem multum obtinuerit, dubio procul homo ille prædi-
tus audaciſsimus erit,omnibusq; animi paſsionibus fortius reſiſtet.
ſic legimus 5.de Hip.& Plat.placitis c.5.ex hominibus,reliquisq; ani
malibus,quæ lato ſunt corpore,& calidiora,animoſiora eſſe,quæ lati-
clunia,& frigidiora,timidiora eſſe conſueuiſſe; & ſi enim cor caloris
ſit fons, & calor ipſius quãuis minimus, maior ſit quouis alio calore
in corpore reperto Gal.teſt.li.de vſu pul.nihilominus & inter uarios
cordis calores dantur gradus,quibus inuicem diſtant,& vnus ab alio
ſuperatur,vndè qui calidiſsimi ſunt corde,ij quoque facinoroſi,auda
ciſsimiq; homines ſunt,hinc iure meritò Ariſt.2. de part.animalium
c.4.& Gal.ab ipſo mutatus lib. quòd animi mores 27. docent anima-
lia exanguia,timidiora eſſe ſanguine præditis,& ſanguinem dilucidio
rem habentes,timidiores eſſe ijs,qui ſanguinem ſpiſsiorem habẽt, hi
nanque calidius corporis temperamentum habent,illi verò frigidius,
ideſt minus calidũ,nec obſtat,quòd idem Ariſt. 14. particula probl.
8.probl.ſcriptum reliquerit,homines incolentes regiones calidiores
puſilanimes eſſe,frigidiores verò magis audaces,cum potius oppoſi-
tum videatur dicendum;cum loci calor habitantium calorem fouere,
& augere deberet dicente ibidem Ariſt. in calidis à calore incremen
tum ſequi.Hunc ſcrupum tollit idem Ariſt. vlt. probl.eiuſdem parti-
culæ,inquiens qui calida loca colũt refrigerari,cum enim ſolutum, ra
rumq; eorum corpus ſit calor foras perſoluere poteſt, illis verò qui
in frigidis locis habitant,frigore ambiente externo cutis condẽſat,
cuius denſatione calor intus colligi poteſt. patet itaque primam cau
ſam,cur in timore, alijsque huius generis animi paſsionibus nonnulli
moriantur,eſſe animi imbecillitatem à frigidiori cordis temperamen
to prouenientem. Alteram eſſe diximus vitalis facultatis, ſanguinis,
& ſpirituum inordinatum,& ſubitum motum,nàm in gaudio,non vna
cum robore,& feruore mouetur extrorſum animalis facultas,ſed con
tra,ſiquid prius habuit roboris,id nunc remittit, ac reſoluit. Siqui-
dem cum plurimum relaxata, reſolutaq; retroſum fertur, digeritur,
è contra verò in timore,cuius natura in refrigerando conſiſtit, ſuffo
catur calor uitalis,eo quòd totus ſanguis vnà comeet, atq; ad prin-
cipium defferatur, vndè apud Poetam de timore legimus, frigidus
Arcadibus coit in præcordia ſanguis. Alex. proble. 17. cur nonnulli
metu,alij dolore ſint extincti,cauſam per hęc verba memorat.Fugiẽs
ſupramodum naturalis uirtus,ſeq; in corpus intimum vnà cum ſangui
ne recipiens inſitum,viuificumq; calorem, eũ, qui propter cor gigni-
tur confeſtim ſuffocat,atq; extinguit, quare & corruptionem indu-
cit,hac enim,& ipſa ratione,& oleum cum plurimum, ac ſubitò in lu

cernæ flammam inditur,eam extinguit, habet autem ſanguis, qui eſt in corde proportionem ad lucernę flammam, quoſdam & immodicus dolor ratione eadem exanimauit,reſoluitur enim inſiti caloris internus motus,vt operculo obtectus ignis extinguitur,quēadmodum verò in horum altero timore ſcilicèt calor naturalis refugit, in altero in gaudio inq; ſe pandit,ſic certè in pudore utrunq; patitur,ita vt modo ad interna confugiat,modò ſeſe foras diffundat,inæqualesq; in eo motiones excitantur,ita vt aliquando ita contrario motu ſecum collidatur,vt etiam extinguatur,ſicuti ex mutuo ipſius certamine quoq; fit, vt primum ex progreſſu ad interiora eo correpti pallore, mox ad exteriora regreſſu rubore,qui verecundantur ſuffunduntur,vt Cicero perbelle 4.Tuſcul.& Plutarcus de vitioſa verecundia,& Aulus Gellius lib.15.cap.5.& Macrobius lib. 7.cap.11.ex Ariſtotelis ſententia tradidere.

Febres admirandæ. Cap. XIIII.

QVemadmodum vulgatiſsimum eſt hominem à febre corripi, ita nonnunquam febres quędam illum inuadunt, quę rarò eueniunt, vel raris quibuſdam aſsociātur ſymptomatis. Nobilis mulier Eccellētiſsimi Franciſci Burſati Iuriſperiti celeberrimi ſoror habitu corporis melancholico ætate iam conſiſtente quartana febre correpta fuit, cuius paroxiſmi aduenientes delirio concomitabantur, nàm per totum acceſsionis tempus dempta declinatione, ab efferueſcente humore melancholico eleuati uapores, cerebrum petentes,principibus functionibus noxam non læuem inferebant, prę ſertim verò delirium omne circa res triſtes, & horribiles verſabatur, ſed inclinante feruore, & ebullitione vnà cum paroxiſmo ſenſim, & ſenſim delirium ſoluebatur, nanq; deliria, quæ per febrium uigores accidunt, non propria cerebri affectione,ſed per conſenſum fiunt, teſtimonio Gal.3. de locis aff. 3.cur verò huius Aegrotantis delirium verſaretur circa res triſtes, colligi poteſt ex ijs,quę à Gal.3.de locis aff.ſcribuntur. Ibi enim Hip. rectè ſenſiſſe ait, qui melancholica omnia ſymp. in duo hæc coegerit, ſcilicèt metum,& męſtitiam,hosq; terreri ſcribit, vt in tenebris profundis pueri,atq; ex adultis indocti, ſanè quemadmodum externæ tenebræ omnibus ferè hominibus pauorem inducunt, niſi vel audaces, vel docti admodum fuerint,ſic atræ bilis color mētis ſedem tenebris ſimilem reddens timorem incutit, etenim ſummis tùm Medicis, tùm Philoſophis in confeſso eſt,& humores, & omnino temperaturam ani

mę

mæ actiones alterare; Hanc tamen Gal. ſententiam Au. 3. coll. c. 40. cõfutat, inquiens quod in melancholicis timor imprimitur in anima propter complexionem obſcuritatis melancholicæ, ſed nigredo eius non eſt cauſa huius ſicut dicunt Medici, quia color non eſt cauſa ſubſtantialis ad corrumpendas virtutes animæ, ſed hęc cauſa prouenit ab vna ſpecie malæ complexionis; ſicut aliæ ægritudines, & tu ſcis, quia habitus animæ ſequuntur complexionem corpoream hãc, cõiunctione, & qui dicunt, quòd anima terretur propter humorem melancholicum nigrum, ſicut terretur homo in obſcuro, dicunt verba cauſationum, quia aliqua læſio non aduenit animæ in obſcuro, niſi priuatio ſenſati ſenſui viſibili, quia non videt anima in corpore, vt poſsit dici, q̃a ſentiat timorem nigredinis, & magis fædum eſt dicere, quòd videat extra, quia anima non eſt extra, nec intus: ſed eſt ſciendum, quòd de natura iſtius humoris melancholici eſt, vt ipſum ſequantur hęc accidentia, ſicut de natura ſanguinis eſt, vt ipſum ſequatur gaudium, & lætitia, & non dicimus propter hoc, quòd ſanguis det lumen animæ, & hęc res eſt manifeſta illi, qui aliquantulum de natura guſtauit. hęc Au. aduerſus Gal. cuius tamen ſententiam facile tueri poſſumus, dicẽtes temperamenti nomine Gal. complecti ſimilarem quamcunque naturam, quę ex elementorum mixtione ſimilaribus rebus ineſt, non ſolum ex refractione qualitatum primarum; ſed & quicquid ad illas denſitatis, raritatis, ſplendoris, & obſcuritatis conſequitur, ſic enim opacitem corneæ morbum temperamenti appellat, quoniam perſpicuitas ex elementorum mixtione cornee ineſt, pariter & loco citato ait humoris melãcholici colorem mores animi mutare, quaſi color humoris temperamentum ſit, & ſicuti partes quædam ſimilares functioni vsũ præſtant magis qualitate ſecunda, quàm prima, vt cornea magis perſpicuitate viſioni confert, q̃ temperamento, ita humores ſępè animũ afficiunt magis ſplendore, aut obſcuritate, quàm primis qualitatibus, ſicq; melancholia mæſtitiam, ſanguis lętitiam imprimunt, dùmq; animalis ſpiritus ſimul cum cerebri ſubſtãtia nigredine inficitur, fit, vt externas ſpecies cum horrore, & timore recipiat, in quem ſenſum Gal. purgatur, & Au. rationes ſoluuntur. Quartanas nonnullas per plures annos perduraſſe obſeruatum legimus, quàmuis Auic. fen. 1. 4. tract. 2. ca. 6. dixerit quartanam non tranſcendere annum niſi in illa contingat error, & Gal. lib. de Typis vſq; ad biennium perdurare teſtatum reliquerit. Idem tamen Auic. ibidem per duodecim annos aliquando perduraſſe quartanam inquit, quod pariter legimus apud Raſim. 18. cont. ex ſententia Conſtantini. Inter recentiores Fernelius li. 4. de febribus c. 14. ſe uidiſſe tradit quartanam in nouem annos productam,

ductam, & Ferdinandus Mena de feb. li. c. 30. ſcribit Mariam de Caualis per ſeptem annos quartana laboraſſe, & Caterinam eiuſdem ſororem per quinquennium. Non vulgare pariter infantes nonnullos in primo ortu à matre quartanam contraxiſſe, quod Fernelius loco citato, & Laurẽtius Ioubertus lib. de quart. c. 3. ſe obſeruaſſe literis mandarũt. Non ſemel etiam obſeruauimus aliquos non ſolum bis, ſed ter, quaterq; quartana febri correptos, quãuis Aetius ex Hip. ſententia retulerit eundem hominem bis quartana non capi; & Fernelius lib. 2. de abd. rerum ca. c. 13. ſcripſerit hominem bis quartana præhendi rariſsimum eſſe, idq; ſemel de unico tantum homine audiuiſſe, ipſe bis quartana corrept⁹ ſum prior per decem octo mẽſes me puerũ adhuc afflixit, poſterior fermè per annum. Illuſtrem Vrbis noſtræ mulierem Magdalenam Gonzagam Mandellam pluries huiuſmodi febrem inuaſiſſe nos iureiurando affirmare poſſumus. Vidus Thraſimenus Gramaticus, quem audiuiſſe teſtatur Pontanus lib. 8. de rebus cęleſtibus c. vlt. narrare ſolebat, grauiterq; etiam queri ſe ſupra quatuor, & viginti annos quartana continenter laboraſſe, & ſi cõtinentiſsimis erat moribus, ſummaq; ſobrietate. Nec illud tanquam rarò contingens omittendum, quartanarum quandoq; cauſam eſſe aeris certam conditionem, quę quartanas populariter graſſari facit; nàm morbum Epidimicum eſſe poſſe teſtatur Gal. lib. 2. de criſibus c. 4. & lib. 1. ad Glauconem c. 6. quinimmo & peſtilentem teſt. Hip. lib. 3. morb. vulga. tex. 64. & peſtilentis quartanæ, ſeu malignæ meminit Marcus Gatinaria in ſua prac. c. de cur. uaricum, per hæc verba. Recordor ego de quodam ſcholare Alemano pulcherrimo, qui patiebatur varices, & non præcedentibus euacuationibus, & alijs ſe commiſit in manibus vnius Empirici, qui extraxit ſanguinem, & clauſit venas, & quia corpus non erat mundificatum paſſus eſt illinc ad paucos dies febrem quartanam peſtilentem, & mortuus eſt, & hoc fuit, quia natura erat conſueta per illa loca trãſmittere ſuperfluitates; quibus retentis, & putrefactis ſecutus eſt effectus dictus. Teſtis eſt Titus Liuius lib. 41. hiſt. ab Vrbe condita in ſæuiſsima peſtilentia, qui ſeptimum diem illa correpti ſuperabant longinquo maximę quartanæ morbo implicitos. Obſeruauimus quoq; in Petro Antonio Carnago admirãdum quartanę typum. hæc prima vice prima hora diei inuaſit, & ſecundus paroxiſmus ſecunda hora diei, tertius tertia, & ſic ſucceſsiue vſq; ad primam horam noctis, deinde ordine retrogrado à prima hora noctis ad vigeſimã quartam diei, vigeſimam tertiam, vigeſimam ſecundam, & ſic ſucceſsiue vſq; ad primam horam diei, iterumq; reuerſa eodem ordine ad noctem, & à nocte ad principium diei, ſemperq; eodem greſſu, quouſq; pęnitus

extincta

extincta deſijt. Neq; illud prætermittendum, quod tanquam raro accidens adnotauit Nicolus ſer.2.ſum.4.trac.2.diſt.5.c.1.ſenes ſcilicet quartana laborantes non curari propter debilitatem virtutum eorũ; & propterea in declinatione vniuerſali mori, quod comprobat exem plo Pet. Bonacurſij, qui exiſtens decrepitus paſſus eſt quartanam, & tamen poſt apparitionem ſignorum digeſtionis bonorum, & in manife ſta quartanæ declinatione mortuus eſt. Tertianam exquiſitam ſeptenis circuitibus ad ſummum terminari author eſt Hip. 4. affectorum & Gal.lib.de arte cur. ad Glau.c.8.teſtatur. Nihilominus ſcimus Annam Sulamẽſem hebream ſub cane decem & nouem circuitibus excruciatam, quæ febris neq; duodecim horarum ſpacium exceſsit, neque ad infebricitationem rigore incipiens, ſudoreq; deſinẽs non deuenit, ſic quòd proprijs notis deſtituta exquiſita terciana dici non poſſet. Rarũ & illud eſt, quod Gal. loco citato adnotauit, tertianam ſcilicet non exquiſitam incepiſſe in Autumno, & perduraſſe uſq; ad Ver. ſcri bit Beniuenius c.84. de ab.morb.ca. quòd Ioannes Architectus ſingu lis annis ſtato die, hoc eſt, quo natus fuerat, febre implicabatur, quæ ex putreſcenti bile genita, ſuum circuitum ſeruans quartum & decimum non tranſgrediebatur diem, donec ſenio confectus, & eadem ex more complicitus febre natali ſuo die ui morbi proſtratus naturæ conceſsit, refert Valer.Max.lib.1.rerum memorabilium cap.vlt. quod Antipater poeta ſingulo anno in die ſuo natali febre corripiebatur, & cum iam ſenio confectus eſſet, eodem die à febre fuit extinct⁹, qđ & Plinius confirmat.li.7.naturalis hiſtorię c.51. Raſis 16.cont.ſcri bit eſſe febrẽ, q̃ ſemel tm̃ in menſe inuadit, & Gentilis teſtatũ reliquit ſe vidiſſe in Bernarducio de Bonarijs de Peruſio febrẽ, q̃ de decimoquinto in decimumquintum inuadebat eum. Mirari nobis liceat Gal. alioquin oculatiſsimum, ac diligentiſsimum quintanam, ſextanam, ſeptimanam nullam ſe vidiſſe ſcribentem lib.1. de febrium diff.c.7. & li. contra illos, qui de Typis ſcripſerunt, cum interim Auic.fen.5.4.tra cta.2.c.68. de quintana, ſextanã, ſeptimanã, & nonana verba fecerit, earundemq; meminerit, & multotiens accedere experimento compro batum ſit. Alexander lib.2.probl:8.probl. Hip.lib. de morb. vulg. ſec. 3.c.2.& 5. affirmarint febrem quintanam eſſe omniũ peſsimam, quod perimat ſuperueniens tabidis, & antè tabem. hanc bis ſe vidiſſe Bononię in duabus mulieribus teſtatur Antonius Maria Venuſt⁹ in cõſilio pro Ioanne Heluetio. Cornelius Gemma lib.2. Coſmocriticæ c.1. ſcribit anno.1558. regnaſſe in Belgis plurimas febres pręſertim erraticas, ſeq; tunc primum vidiſſe quintanam, & ſeptimanam febrem. Has nos quoq; non ſemel tractaſſe meminimus, ſeptimanæq; febris ſeptẽ

periodos

periodos vidimus. libet etiam hiſtorias nonnullas referre quorundã qui hectica confirmata laborantes ſanitati præter ſpem reſtituti fuere. Gal. 10. met. c. 1. ſic ſcribit de Maraſmo verba faciens. Ego nanque cum iuuenem quendam qui ita laborauerat ſanaſſem, reficiens, deinde ac ſenilem eius imbecillitatem pro ſenum ratione tractans, non ſolum in menſes, ſed etiam in annos viuum ſeruaui. Amatus luſ. cent. 2. cur. 54. ſic ſcriptum reliquit. Ioannes Maria Marcantonius vir opulentus natus annos quinq; ſupra triginta, ita marcore, & tabe confectus erat, vt omnes eum Medici pro hectico confirmato multis iam tentatis pro eius recuperanda valetudine remedijs relinqueretur, qui quũ ad nos perueniſſet, non quidem, vt curaretur (id enim factu impoſsibile videbatur) ſed & ſuæ, & amicorum opinioni ſatisfaceret, is igitur Dei gratia paucis machinamentis intra ſex menſium ſpacium ſanitati fuit reſtitutus. Sic Onofrium Tedaldum ab hectica febre cum ſumma macie, & tabe, lepraq; ſanatum recenſet Beniuenius c. 21. cuius hiſtoriam nos deſcribemus inferius quare nunc eam exarare omittimus. Mirum illud, quod Mundella dialogo 3. recenſet in quodam, ſæuiente calore febrili, & putredinali carnem ita conſumptam, triduoque colliquatam, vt vniuerſo corpore arefacto tantum oſſa derelicta fuerint. Vidimus nos in quodam tertiana febre laborante maculas illas vt plurimum lethales peſticulas vulgo vocatas erupiſſe nullo ſæuo ſymptomate ſuperueniente, cum alioquin mortem inferre ſæpe ſæpius conſueuerint, has etiam copioſiores nulla febre correptis bis ſuperueniſſe vidimus.

FINIS LIBER TERTIVS.

MAR-

MARCELLI DONATI DE MEDICA HISTORIA MIRABILI.

Liber Quartus. Caput Primum.

PICAE MODI INFREQVENTES.

MIrùm ſanè, quòd Pica vitio laborantes nonnulla auidiſsimè appetant, quæ alij ſano guſtu, & ventriculo exiſtentes aſpernari ſolent, immo ita abhorrere, vt ne tantillũ quàmuis magno prætio pollicito deguſtarent. Vidimus nos puellam ita lacertorum deſiderio detentã, vt quoties illi liceret arrepta frõde oblonga per hortum currendo venaretur, innoxieq; deuoraret. Scribit Nicolus ſe.5.tract.4.ca.36.ſe quandam quinquagenariam vidiſſe, quę tantum comedit Tartari, quòd ei⁹ quantitas eſſet incredibilis, Ibidemq; etiam meminit alterius, quæ lutum vehementiſsimè appetebat. Fernelius lib.6.de par.morb. & ſymp. c.3.hæc habet. Tanta malaciæ vis eſt, vt vir quidam nobilis edẽdæ calcis viuę deſiderio iamdiu præſſus illam tandem pugni magnitudine vorauerit, ſitq; omnino recreatus nulla ventriculi, nulla viſcerum offenſione. Legimus apud Victorium Trincauellium lib.7.cur.part. aff. c.4.hæc. Mater mea Cambaros fluuiatiles crudos comedit, dùm in vtero haberet, meminiq; me viſitaſſe puellam nobilem, quæ fila ex veſtibus, quibus erant cõſutæ extrahebat, & comedebat, Noui aliam, quæ calcem à parietibus deradebat, & comedebat. Meminit Braſauolus in com.Aph.24.5.lib. pregnantis cuiuſdam, quæ ob hunc vitium maximam glacies copiam comedens multis malis correpta fuit. Leuinius Lemnius de occul.nat.mirac.c.5.lib.1.ſic ſcribit de Malacĩa uerba faciens. Prægnantes autem, quę hoc vitio tentantur, tam inexplebili tenentur rei alicuius deſiderio, vt ſi denegetur, aut potiri nequeant, quum ſe, tùm fætum in præſentaneum vitæ diſcrimen adducãt. Id ma

lum Belgicæ nationis matronas magna ex parte corripit, quod ſint humentis, frigidęq; naturæ, ac prauo alimẽto alantur: Non defuerũt noſtra memoria, quæ cõſpecto viro quodam Thoroſo, ac corpore ſucculento, morſu huius appeterent armos, quod ipſum cuidam grauidæ, quo illius deſiderium expleret, & nequid incommodi accideret, haud grauatè admiſit, itaq; illa dentibus partem auulſam, crudamq;, paululam modò mandibulis confectam deuorauit, illa verò nec dùm ſatiata iterato id tentauit, at vir illam repulit, nec denuò in corpore ſuo pati laniena m ſuſtinuit, quæ confeſtim mærore, tædioque affecta parturire occipit, ac quum geminos geſtaret, alterum viuum, alterũ, quòd eodem pulpamento fruſtrari contigerat, mortuum edidit. Huius non alia mihi ratio excogitari poſſe videtur, quam quod contracto mærore, mulieris animo ſpiritus vitales imminui, atque humores fætui alendu deſtinatos aliò auerti, nec ad vterum deferri contingat, ſicut infans alimento, quo illum mater explere voluit deſtitutus, vel elangueſcat, uel emoriatur. ſed illud propemodum omnem ſuperat fidem quod Gaſpar Bugatus hiſtoriarum ſuarum lib. 6. ſcribit, anno ſcilicèt. 1519. Mediolani artificem mulierem quandam nomine Eliſabet rotæ atq; ignis tormento peremptam, ita à iuſtitiæ iudicibus damnatam, quòd blanditijs pueros alliciens inq; domum introducens enecaret, & ſale condiret, indieſq; comederet, cuius ferina, beſtialiſq; immanitas ita detecta fuit. Cum enim parentes puellam amiſsã nomine Caterinam Seronã diligenter perquirerent, fortè felis puellæ manum ſubreptam in vicinorum domum aſportauit, quo ſpectaculo commoti, Catum uenari cæpere, qui ad domum Eliſabet confugiens, qui illam inſequebantur, eò traxit, hiq; introgreſsi integrum adhuc Caterinæ corpus interfectũ inuenere, quod iuxta ſanctæ Mariæ ſecretæ ianuam humatum, epitaphioq; mortis hiſtoriam exprimente donatum. Hanc nos mulierem profectò pica morbo laboraſſe arbitramur, non enim ita crudelem exiſtimandum ipſam fuiſſe, quod niſi humanæ carnis comedendæ ingenti deſiderio percita fuiſſet, in puerorum mortem conſpiraſſet, fruſtra in illos ſęuiens per quorum interitu vitæ iacturę pęnas ſe daturam certò ſciebat. Conſimilem hiſtoriam tradit Hector Boethius Scotorum hiſtoriæ lib. 18. vbi hæc legimus. Sub idem propè tempus latro quidam ad Tynnani antrum (Fe niſden vernaculè) in Anguſia vbi cum ſcelerata familia ab hominum ſodalitio ſecretus agebat, infando ſcelere præhenſus eſt, atq; cum tota domo in vincula coniectus. Mos erat homini truculento adoleſcẽtes, quos aut furto ſuſtulerat, aut abſq; arbitris iugularat domum ad lactos eſitare. Et quibus tenerior erat ętas, meliorq; corporis habitudo

tudo maioribus habere in delitijs, ob quod deteſtandum ſcelus cum coniuge, omniq; familia, vnica ſexus fœminei probe vix dùm annum vnum nata dùntaxat excepta viuus flammis traditus eſt, atq; conſumptus. Sed hęc Diodoni educata priuſquam duodecimum ſuperauerat annum in paterno ſcelere deprælienſa, vt viua terra defoderetur ſententiam accepit. Quumq; duceretur ad ſupplicium, & ingens mortalium vis, mulierem præſertim effuſa, quòd tàm immane facinus auſa fuiſſet, eam execraretur, conuerſa adſequentes, vultu crudelitatem præſeferente, quid inquit me obiurgamini veluti ſcelus homine indignum admiſiſſem? mihi credite vbi experti eſſetis, quam palatum delectet humana caro, quià liberorum eſu abſtineret, inueniret nemo, ita perpetrati criminis impœnitens deſtinatum ſupplicium multis cō ſpicientibus, deteſtantibuſq; tantam in fęminam impudentiam contumaci animo obiuit Iacobo ſecundo ſcotis imperante, Meminit & Procopius lib. 2. belli Gothorum in annonæ caritate, quæ obſidente Beliſſario Vrbeuetanum oppidum Tuſcos Picentes vexauit, & in Aemilia graſſata eſt, non defuiſſe, qui fame cogente alternos ſe eſitarent & fęminas binas fuiſſe, quæ diuertentibus ad ſe peregrinis, noctuq; dormitantibus interfectis diueſcebantur, ſeptemq; ac decem diuerſis temporum ſpatijs in cibum, aſſumptis octauus, ac decimus, qui ad has fortè diuerterat ſomno ſubitò experrectus cū illas ipſi necem moliri cognouiſſet, vtraſq; obtruncauit. An verò id ex fame facinus patrarint coactæ mulieres, an potius vt palato ſatisfacerent ex Procopio non licet apertè dignoſcere, qui tamen lib. 3. eiuſdem tradit Romanos in Placentię Vrbe obſeſſos omnibus neceſſarijs deficientibus fame coactos ſe inuicem eſitaſſe. Paulus Aemilius Francorum hiſtoriæ ſcriptor in vita Regis Philippi primi ſcriptum reliquit. Anno ſeptimo Regni illius omnium animis nouo ſemper bello occupatis intermiſſo cultu agrorum tanta fames, in Anglia, Scotiaq; exorta, ut apud eas gentes reuocata ſit memoria carnis humanę guſtādę, & paulò infra ſcribit Gotthofredo Duce chriſtianis Antiochiam vrbē obſidentibus ob Annonæ caritatem repertos, qui corporibus hoſtium comeſtis vitam ſuſtinerent, Martinus Cromerus de rebus Polonorū lib. 11. tradidit Anno Chriſti. 1315. ac deinde anno vno interiecto iterum duobus annis fames tàm acerbè Poloniam omnem afflixit, vt nullo quamuis fœdo ædulij genere, ac ne cadaueribus quidem humanis vulgò abſtineretur, ac ſi D. Iugloſſo credēdum eſt, vt parentes in liberos, & hi uicisſim in illos ſęuirēt. Ita & Chartaginēſes à Scipione obſceſſos cadauera guſtaſſe teſtis eſt Ioannes Zonara Annalium tomo 2. & Platina de vita Pōtificum in vita Pelagij primi tradit Roma-

nos obſidente Totila vrbe inopia rerum humana carne quoſdam veſci coactos. Et Apianus Alexandrinus lib. de bellis Mithridaticis ſcriptum reliquit Sylla oppugnante Piræo in vrbe ipſa ita fame laboratũ non defuiſſe qui non abſtinuerit à cadaueribus. Idem Author in Philippi Auguſti vita habet ab illo Galliardum obſeſſum ſex continuos menſes, ex quo eò fames clauſorum processit, vt cum à præſidio imbellis multitudo ex oppido eiecta à Francis nec reciperetur, nec cibo iuuaretur mulier grauida in conſpectu omnium ennixa ſit, fætus ſtatim abſumptus à fameſcentibus. Narrat Egeſippus hiſtoriæ de excidio Hieroſolymitano lib. 5. cap. 18. quòd pariter confirmat Ioannes Zonaria Annalium tomo 1. Iudæos obſeſſos in ea annonæ penuria deueniſſe, vt pleriſque aliorum vomitus eſca eſſet, marceſcentiaque deguſtarent ſine vlla verecundia, & horrore detrahebant caria ſcutis, vt pro cibo illis uterentur, mandebant calciamenta, paleasq; vetuſtas, quæ olim proiectę fuerant, ſed quod magis mirandum eſt eiuſdẽ lib. c. 41. ſcribit idem author, Mariam Pereę in eadem Hieroſolymitana obſidione fame percitam infantulum, quem genuerat iugulaſſe, inſtruſtaq; ſecaſſe, ac igni impoſitum, atque excoctum eſitaſſe; Refert Datius Antiſtes Mediolanenſis Domaldri Longobardorum Regis temporibus annonę caritate ita in ſua diæceſi laboratum, vt mulier fame adacta à filij carnibus non abſtinuerit. Agathias Smyrneus libr. 2. hiſtoriæ Gothorum, peregrinarumque hiſtoriarum ſcriptum reliquit Leutharem Barbarorum Ducem eò amentiæ deueniſſe, vt propria membra dentibus carne lacerata voraret. defluentemque cingeret cruorem, quod & ſi non ex pica vitio illi contigerit, tamen cum ex ueſaniæ morbo id illi contigerit, minimè omittẽdum duximus, Apud Indos familiariſsimum fuiſſe, vt humana carne permulti ueſcerentur, teſtes ſunt omnes Indicæ hiſtorię ſcriptores, à quo vitio Chriſti Domini noſtri. religione recepta abſtinuere, Vt interim omittamus Melanchęnas, & Antropophagos, & Scordiſcos, quorum meminit Ammianus Marcellinus lib. 31. & 27. hiſt. humanas carnes eſitantes, ſanguinemque bibentes oſsibus capitum crateræ loco vtentibus. Et qđ Liuius teſtatur lib. hiſt. ab Vrbe condita 23. Annibalem ſcilicet Poenum Romanorum hoſtem milites quoſdam ſuos efferaſſe veſci humanis corporibus docendo. Meminit Luſitanus cent. 2. cur. 69. ſe quendam vidiſſe apud Ferrarienſes, Heluonem, potius quàm hominem dicendum, qui coria, teſtas, & fracta uitrea uaſa comedebat, concoquebat, & digerebat, vt eum omnes Struthio Camelũ appellauerint, hũc tamen minimè Pica uitio dicto laboraſſe, ſed potius alio genere mali conicere poſſumus ex ijs, quæ Realdus Columbus de ijs, quæ in Ana-

Anatome raro contingunt lib. 10. ſic ſcribit. Quod maximè me admiratione affecit, fuit inſpectio Lazari vitri voracis vulgo dicti, quem Patricij omnes Veneti, immo Veneti omnes, omnes Ferrarienſes de facie nouerant. Hic nullo prorſus guſtu, dùm uiueret præditus erat, nullam in edendo voluptatem nihil iniucundum perſentiebat, inſipida, amara, dulcia, pinguia, ſalſa, acria non diſtinguebat, vitrum, ſaxa, lapides, ligna: viua animalia, carbones, piſces è uiuario extractos adhuc ſalientes vorabat, vorabat lutum, lincos, laneosq; pannos, fęnum, ſtipulam, & vt breui omnia complectar, quicquid homines, quicquid animantia vorant, quicquid illi edendum, ſiuè deglutiendum potius offerebatur mercede propoſita, dictum, ac factum ingurgitabat, teſtis eſt inter reliquos Martinus Aromatarius Patauij ad Angeli inſigne, cui ſaccum carbone refertum, & ſaccum inſuper deuorauit, quo viſo perſoluit, quod pollicitus fuerat. cōminatus ut apud Pharmacopolium amplius accederet, ueritus ne ſe cum taberna, & vaſis eſitaret. Cum igitur hoc naturæ monſtrum mihi diſſecandum eſſet Patauij, cœpi huiuſce rei diligenter quo ad eius fieri potuit cauſam venari, quam me tandèm Deo duce ex particulari eius ſtructura aſſecutū eſſe confido. Nam quarta neruorum coniugatio, quę guſtus gratia in alijs hominibus à natura producta eſt, in hoc Lazaro vitri vorace, neque ad palatum, neque ad linguam reptabat, ſed ad occipitium reflectebatur. Silendam haud cenſeo hiſtoriam hoc loco, cuius meminit Veſalius lib. 5. hum. fabr. c. 3. per hæc uerba, Calidus Hiſpanus ſuperiori anno climanæ cuidam Bacchidi quadraginta uniones ex illis, quas hic nobiles Matronæ collo geſtant; unà cum aurea cruce quinq; gemmis inſtructiſsima & fide pariter, qua hæc continebantur, ſuffuratus eſt. Illa nanque cum huic noctem ſe daturam, niſi prius numeratis quinquaginta auris, negaret, atque is lætè annuiſſet, ipſa à Patricio Veneto Pathico ſuo, ut comptior, ornatiorq;, & magis placida eſſet, elegantiſsimum uxoris ſuæ monile obtinuit. Cui Hiſpanus, quo meretriculę uices reponeret, inhians, eam quam potuit ſalaciſsime, vt ſuauius. tandèm obdormiret, exercuit, ac poſtmodum ſoluto monili ſingulos uniones, & crucem, ac poſtmodum fidem (ne quid furto ſuo obſtaret) deuorauit. Hæc ſilentio inuoluere poteramus, cum non ex vitio, ſed ex neceſsitate contigerint, uerùm appoſuimus non iniucundam enarrationem futuram exiſtimantes.

Eſuritiones mirabiles. Cap. II.

IMmoderatæ quædam eſuritiones quandoq; obſeruãtur, quę plurimam admirationem pręſe ferant, quas hoc loco recenſere congruum eſſe cenſui. Scribit Alexander Tralianus lib. 7. c. 6. Noui mulierem quandam, quę cum multa, & immodica aſſumeret, omniaq; concoqueret, & nunquam ſaturari capite doleret, medicamentum purgans accepit, erat autem id hiera, facta igitur euacuatione vermem proiecit, qui lõgitudinem duodecim cubitorum & plurium habere putaretur, atque tunc immoderata, & furioſa appetentia conquieuit. Innotuit autem, non Bulimum, ſed beſtiam fuiſſe, quæ ad cibum ſumẽdum compelleret, omniaq; conſumeret, ſcribit Nicolus c. de Bulimia, quod nouit Florẽtię mulierem, quæ propter vermes plures, quos habebat congregatos in ventre, non ſtabat una hora inter comeſtionem, & comeſtionem, quæ ſi aliquando propter aliquam cauſam dimittebat cibum, vehementer cruciabatur, Iccirco pluribus uicibus ſurgebat ad ſumẽdum, & finaliter ſumptis pilulis de coloquintida, multa phlegmata emiſit, & vermes vltra centum longos ſatis in pluribus diebus, & ceſſauit ab ea appetitus ille. Cornelius Gemma Coſmocrit. lib. 1. c. 6. talem recẽſet hiſtoriam: Certè & noſtra ætate grandeuam fęminam vidit parẽs, quæ ne ad momentum quidem abſq; ingeſtione ciborum, & potuum viuere potuit, quin ilįcet anxia ſupra modum ex ilicet, & tanquam iniecto laqueo ſtrangulanda quàm primum videretur. Hoc illi vitium ferè à pueris cũ ætate habuit incrementum creditum eſt multis aut arguem, aut ſimile quidquã in corpore latere, tẽtatis uarijs nihil oẽs Medici profecere, ſed vna duntaxat ratio fuit referenda in hepatis molem, vel ut uerba dicam (quod prius natura fuit) ἰδιοσυγκρασίαν nã aucta pinguedine ſupramodum, & calore ſuffocato, apertus eſt uenter, detractæq; adipis librę propemodum viginti inuentum hepar integrius turgidum ſanguine, ſpirituq;, ſed impenſius rubeus, ac mole ineffabili, vt ſola ſcilicèt magnitudine membra ſpiritalia, & contermi nas partes oppreſſerit. Non admiratione caret, quòd Alexander Benedictus de ſe ipſo memoriæ manducauit lib. 12. morb. par. ca. 20. ait nanque, & nos quoque peſtilentiali morbo polluti, incredibilem auiditatem ſuſtinuimus quater in die cibum aſſumendo, in quo periculo triginta dies ſine ſomno duximus. Hoc tamen manifeſtè Hip. ex Gal. aduerſari patet in lib. Epid. dicentibus peſte correptos vt plurimum cibum faſtidire conſueuiſſe, ita ut pleriq; prorſus aſſumere denegẽt,

quos ad cibariorum aſſumptionem cogendos prædicti Authores do cuere; Et nos in peſtilentia, quę annis 1576. & 1577. Vrbem noſtram depopulata eſt, omnes ferè ea correptos cibum faſtidiſſe obſeruaui- mus, quod ſi qui minus illos auerſabantur, horum ſalus minimè erat pœnitus deſperanda, ex ijs nanque qui valenter ad oblata ſe habebāt, erant ferè omnes, qui peſtilentes morbos euaſere; Vtero gerentes ſin gulæ propèmodum cibos faſtidire, ac euomere conſueuere. Aliquibus tamen prægnantibus ſęuior, Buliſmus increſcit: ſicuti Franciſcæ Cal uæ ex Patricia gente euenire ſolere, Alexander Benedictus loco ſupe rius adducto teſtatum reliquit. Legimus in commentarijs rerum in or be geſtarum à F. Laurentio Surio Cartuſiano conſcriptis anno 1511. Maximiliano Cæſari comitia apud Auguſtanos agēti oblatum fuiſſe virum prodigioſæ quidem uaſtitatis, & magnitudinis, at magis prodi gioſę, incredibilisq; ingluuiei, ita vt integrum vitulum crudum, vel ouem inconcoctam vna vice deuoraret, & tamen nec dùm famem ex- pletam diceret ortus erat Borealibus regionibus vbi homines eda- ciores eſſe ſolent. Vndè Thatari ferum hominum genus etiam noſtris temporibus teſtimonio Io. Dubrauij hiſtoriæ Boemicę lib. 16. non co ctis carnibus ueſci, cruoremq; ex equorum venis inciſis haurire non eſt dubium, ſed quod Flauius Vopiſcus Syracuſius in Aureliani uita tradit, omnem propemodum ſuperat fidem. Scribit nanq; Aurelianū mirum in modum delectatum fuiſſe Phagone, qui vſq; eò multum co- medit, vt uno die ante menſam eius aprum integrum, centum panes, veruecem, & porcellum comederet, biberet autem in fundibulo appo ſito plus orca. Scribit Olaus Magnus lib. 13. c. 11. quod iuſſu cuiuſdam Regis ſeptentrionalis quidam uorator illico ſuſpenſus eſt, cum dice- ret ſe Principibus gratum fore, quod ſingulo die decem hominū eſcā deuorare poſſet. Et lib. 15. c. 15. ſubdit teſte Alberto Krantzio, quod Hiſtrio præpinguis iuſſu alterius Danorum Regis eſt ſuſpēſus, ne vti lium laboratorum eſcas conſumeret, cum ſingulo die decem hominū cibos deuorare ſoleret.

Vomitus admirandi. Cap. III.

SIcuti familiariſsimum homini eſt vomere, ita quoq; ali- quando vomitiones quędam à Medicis obſeruatæ ſunt, quæ illos in maximam admirationem traxere, omittim᷒ illas, in quibus variæ, & minimè ad intra corpus genitæ res reiectæ fuere, quarum ſuperius cap. 12. lib. 11. memi nimus cum humanum captum ſuperent, naturæq; ordinem prętergre diantur,

diantur, & tantum de ijs uomitionibus verba faciemus, quæ tamen naturalibus principijs minimè pugnant, ac aduerſantur. Io. Matth. de Grado parte 2. practicæ c. 5. de uomitu uerba faciens, cum illius cauſas nonnullas recenſuiſſet, hæc ſubdit. Et præter has cauſas communes ſunt, & quædam latentes cauſę non communiter Medicis notę, de quibus ſunt euaporationes, ori ſtomachi communicatę, immediatè cibo aſſumpto, coniuncta tamen debilitate, quæ euaporationes niſi diuertantur cum phlebotomia etiam poſt euacuationem cibi factam per uomitum, remanent nocumenta de tremore ſtomachi, & ſyncopi, quæ euenerant poſt cibum ſumptum, & de hoc vidi caſum unum mirabilem hic Papiæ in una Moniali obſeruantiæ. D. Auguſtini, qui adeò mirabilis eſt caſus, ut uix audeam eum ennarrare, propter quaſi impoſsibilitatem communis credulitatis, ſed quare ego ſolus non uidi, immo pars maior Collegij Papiæ ſępius uidit, breuibus narrabo hiſtoriam; Durauit iſta mulier tribus annis, & adhuc uiuit, quæ ſemper cum ſumebat cibum, & ſi delicatiſſimum, cuiuſcunque ordinis cibi, infra octauam unius horæ cum maxima anxietate ſtomachi euomebat cibum cum modica portione humorum aquoſorum, & totum, ita quod maior multo erat quantitas eius, quod euomebat ſemper, quàm quod ſumebatur, poſtea ſtabat anxiata cum dolore clamoſo, & ęſtuoſo circa ſtomachum ita, vt eſſet expediens eam impetuoſe ſe mouere, quaſi ut furioſa, vel phrenetica eſſet, & aliquotiens ſyncopizabat iacens, ut mortua, per mediam horam, & vltra, neque aliundè diuerſiones factæ iuuabant ſufficienter, tandem poſt quatuor, uel quinque horas ultra alleuiabatur, ſed ordinata ſibi phlebotomia, & facta de on. 6. ſanguinis de communi dextri lateris, alleuiabatur quoad hæc accidentia ita ſcilicèt quòd quantumcunque vomitus fieret ſemper poſt cibum, vt dictum eſt, accidentia tamen de diſtortionibus ſtomachi, & reliqua minuebantur, & quo ad intenſionem eorum; & quo ad tempus durationis, vndè fuit expediens, quòd ſingula hebdomada, phlebotomaretur, & non ſufficiebat phlebotomia duarum, uel trium unicarum ad iuuamentum inducendum, immo expediebat extrahi, ut dictum eſt, vſque ad ſex, vel ſeptem unicas, poſtea in tantum inualuit ægritudo, quòd fuit expediens iudicio infirmæ, & cuiuſdam Medici conſentientis (licèt ego non ſenſerim) vt bis in hebdomada phlebotomaretur, & ita continuauit per ſex, uel octo menſes, ſemper tantam quantitatem ſanguinis extrahendo pro uice, & continuo euomendo aliter uidebatur ſtare in continuis accidentibus poſt cibum, de quibus dictum eſt, tandem quod amplius mihi narrauit. D. Prio-

riſſa præſente infirma, & ita Barbitonſor ſacramento mihi fidem fecit, quod etiam per duos menſes continuos phlebotomauit eam tribus diebus in hebdomada, & alternatis ſingulis diebus ſemper extrahendo ad quantitatem ſanguinis ſeptem, uel octo unciarum pro ſingula unice, & quod amplius eſt uixit decemſeptem diebus abſque omni cibo, & potu, præterquam ſumendo modicum uini vernacini ſingula die, poſtea ſtetit per futuros decem dies uſque ad vigeſimumſeptimum ſimpliciter ſine cibo aliquo, uerum eſt, quod nunc, vt dixit Barbitonſor, phlebotomatur de octo diebus in octo diebus, & tardando procedit, uerum hoc uidetur de mirabilibus naturę, & de extraneationibus, quę contingunt natura, de quibus dixit Au.7.de coll.cap.de cura caneri, quòd ſicuti in natura fiunt monſtra, ita & in medicina monſtruoſitates apparent, ſed mirabiliſſimum mihi uidetur, quòd iſta Domina Monialis ſemper uiſa fuerit eiuſdem bonæ habitudinis & læta, & iucunda; cum tamen nihil de cibo retineret ſaltem ſenſibile, & timuiſſem dici mendacem, neque hiſtoriam narraſſem, niſi interueniſſet authoritas, & præſentia multorum præſtantiſsimorum Doctorum, qui hunc caſum frequentiſsimè uiderunt, & ex iuuamento huius phlebotomiæ in caſu non poſſum arguere, niſi cauſam uomitus pro parte, & nocumentorum pro maxima parte habuiſſe dependentiam, ab euaporatione facta à toto ad os ſtomachi propter commotionem contingentem in maſſa humorali ex nocumento primum concitato ſtomacho ex uomitu, Hactenus Gradenſis: Camillus Facinus, temperamento bilioſo præditus ætatis ſuæ anno quinquageſimonono tertiana febre laborauit, qua extincta, malè coloratus, cum manifeſto lienis tumore, atque hepatis obſtructione remanſit, & ita valetudinarius inordinato regimine vita uſus, rurſus in febrem incidit ad malum habitum corporis deductus, in cuius inuaſione paraxiſmi euomere cœpit; ſicque tertia die poſt cibi aſſumptionem per horas tres, vel quatuor cibum, & potum maxima pituitę copia permixtum euomuit, quod & ſingula quaque die poſtea fecit donec occubuit, nec minus ad trium librarũ pondus pituitæ euomebat qualibet uice, multotiens ad quinque aſcẽdebat librarum pondus, quo tempore nunquam per inferiora quicquam excreuit, & ſi clyſteres acres, & mites quoque ingeſti fuerint, ac per ſuperiora ſoluentia medicamenta ſorpſerit; quæ tamen euomuit, interim de dolore circa fundum uentriculi conquerebatur, ſicque ad quartam vſque diem bis quotidie euomendo perſeuerans vitam cum morte commutauit. Cadauer à nobis diſſectum annuentibus filio, & vxore hęredibus, atque in ima ventriculi

regione

regione iuxta os infernum piloron dicunt tunicam interiorem exeſam adinuenimus, quod mali cauſam fuiſſe non dubitauimus: Cum verò in ægro iſto plurima pituita in vniuerſi corporis uenis reperiretur, cumque corpus ex cibis ingeſtis nutriri nequiret, factum puto, quod natura quæ ſemper de animatis conſeruatione ſolicita eſt, huius pituitæ partem ſingulis diebus à uenis ad hepar ipſum, & uentriculum deriuarit uti probè confecta, & in ſanguinem conuerſa alimentum animali ſuppeditaret, quod fieri cum nequiret, vnà cum cibo tanquam onus aggrauans extrudebatur cum cibarijs per uomitum, quod verò ita ſe res habuerit mira breui tempore corporeę molis conſumptio arguit. Abraſionem uerò illam in ventriculo repertam ex veneno propinato proueniſſe contendebat filius id argumentis ēt non leuibus externis conijciens, nos ab humoribus erodentibus, & acribus factum fuiſſe credebamus, memineramus enim apud Gal. legiſſe lib. de atra bile c.3. quibus corporis partibus pura, impermixtaque adhęſerit atra bilis eas prorſus exedendo ulcerare, quod & ſalſam acremq; pituitam efficere poſſe teſtatur idem Gal. 6, Epid. com. 3. particula 18. quod pariter ex bile prouenire poſſe teſtis eſt Hip. 3. Epid. com. 3. Quinimo humores iſtos omnes mala qualitate uenenata, atque maligna præditi ad partem aliquam delati, non ſolum exedere, & ulcerare, ſed etiam breuiſsimo tēpore mortificare poſſe ſuadet ratio, & experimenta plurima commoſtrant, ſic Hip. in Epid. in peſtilentia illa ab igne ſacro correptis integra membra computruiſſe teſtatur. Scribit Albucaſis lib. 2. c. 89. Et ego narro tibi quod accidit viro in pede ſuo nigredo cum aductione, quæ aſsimilatur combuſtioni ignis, & corruptio illa in primis accidit in digito ſuo donec cœpit pedem totum, properauit ergò vir ex ſe ipſo poſtquam uidit corruptionem incedere in membro cum vehementia eius, quod inuenit ex dolore, & aductione eius, & incidit ipſum apud inuncturam, & ſanatus eſt, & poſtquam præterijt ei tempus lōgum accidit ei illa eadem corruptio in digito manus ſuę indice, uenit ergò ad me, & conatus ſum ſuperare illam ſuperfluitatem cum eo, quod poſui ſuper manum ex medicinis poſt mundificationem corporis eius, & non repercuſſa eſt ſuperfluitas, & cœpit incedere in digitum alium, donec cœpit corruptio in manum, vocauit ergò me ad incidendum manum eius, & nolui illud, ſperans ex me ſuper repercuſsionem illius ſuperfluitatis, & timui etiam ſuper ipſum apud inciſionē manus eius mortem, quoniam uirtus uiri erat ſuper caſum, poſtquam ergo deſperauit de me reuerſus eſt ad terram ſuam, & peruenit ad me de eo, quod properauit, & incidit manum ſuam totum, & ſanatus eſt. Fernelius

cap.

cap. 15. lib. 2. de abditis rerum cauſis talem hiſtoriam recenſet, extremum pedem aliquando repentè ſphacelatum uidimus ſine cauſa externa, ſine tumore, aut rubore conſpicuo oborto primum dolore immaniſsimo, mox ſenſum, ac motum in eo perijſſe, partem totam liuore cōtabuiſſe exulcerationem fœdam inſequutam, quæ accerrima, cauſticaque medicamenta ſine ſenſu admitteret, non multum poſt arteriam brachij dextri, deindè etiã ſiniſtri pulſare deſijſſe, item ſenſim vniuerſo corpore obſeſſo miſerum extingui ſine febre, ſine ſymptomatis admodum grauibus. Decimoquarto cap. eiuſdem lib. ſcribit obſtetricis manum qua mulieri infectæ gallica lue parturienti operam tuliſſet ita mala qualitate humoris coinquinatam, vt tandem exciderit: in hac noſtra peſtilentia, quæ per annos. 1576. & 1577. nō ſolum Mantuam, ſed & alias plures ciuitates depopulata eſt obſeruauimus ex uenenata qualitate humoris modo hanc, modo illam externam partem inuadētis carbones excitatos exuſta carne nullo inſigni cum dolore, quod & in internis quoque partibus eo deriuata eadem materia in ijs factum puto qui cito nullo extrinſeco ſigno derelicto decedebant. Ex quibus omnibus iam ſatis abundè patere exiſtimo, ex alicuius errodētis humoris acrimonia ventriculi imam partem exeſam fuiſſe Camillo prædicto. Ventriculum exterius ab omni parte ſuperficietenus exulceratum obſeruauit Rembertus Dodoneus c. 25. exemplorum medicinaliū. & c. 27. meminit Ventriculi nō modo exterius ſed & interius exulcerati in quodã in quo & cætera uiſcera citra dolens ſensū corrupta erant. ſed ad rē noſtrã reuertamur hiſtoriam afferentes Mulieris Vrbis noſtræ nobilis Deo dicatę, hæc in quinquageſimo & ultra ſuæ ætatis anno conſtituta, dùm rectè valeret, & Monaſticæ obſeruantiæ ritè incumberete, derepētè à cibo quotidiè horis ſex, vel ſeptem ſine moleſtia vomitu corripiebatur, & alui adſtrictione ingēti pariter detinebatur, erant uerò quæ per ſuperna excernebantur veluti corrupta, lenia, & ſeroſa dupla quantitate potus, & cibi antea ingeſti, nec vehementia, nec leuia medicamenta alui adſtrictionem adimere, uel tantillum ſucci, aut ſtercoris educere poterant, nec epota aut deuorata medicamenta tormina, aut noxam aliquam viſceribus ſenſibilem inferebant, verùm ſponte ſua aluus nonnunquam, vel clyſtere aliquando exſiccatas, & orbiculares feces egerebat, & quatuor annis continuis, & ultra, cum hac inſolita, & verenda indiſpoſitiōe perſeuerauit. Illius curę incubuit Antonius Capriana, alijq; Vrbis noſtræ ſeniores Medici, qui incaſſum varijs excogitatis præſidijs affectione illam tollere tentarunt, ex quo tādem cum febre corpore emaciato ex hoc ſeculo migrauit, verùm cum nos illam non tractauerim', nec à Medicis,

 qui

qui illam inuiſere nihil de cauſis acceperimus, quid dicamus non habemus. Per Illuſtris mulier Victoria Gonzaga Martinenga, cum diſrupto peritoneo ſupra vmbelicum in uiolēto partu enixa, & per multos annos nulla deligatione, aliouè pſidio adhibito rupturam tuliſſet, in dies ita dilatata fuit, vt indè inteſtina pſertim gracilia laberent, ita & cibariorum in uentriculo confectorū deſtributio per illa minimè fieri poſſet, ſed natura grauata, ſingulo tertio, vel quarto, vel quīto die, prout magis, uel minus cibū ingerebat, per uomitum eſculenta, & poculenta ſemicocta plurimæ pituitæ permixta reiiceret, nactu tamen cum cubaret vt plurimum ex ſitu adiuta inteſtina retrocedebāt, obęſo erat corpore, ſed cum per ſex menſes huiuſmodi uomitionibus vexaretur, quotidie magis ac magis emaciebatur corpus, tandem ſubortis doloribus, & materia plurima, flatibusq; tumentibus inteſtinis per rupturam elapſis, ſuborta inflammatione, diſruptaq; tunica inteſtinali, nec non & uentris cute, prolabente pure biduo vitam cū morte commutauit, ſui uniuerſali deſiderio totę Ciuitati derelicto; ſed omnem fidem ſuperat hiſtoria, quam Io. Matth. de Grado loco citato ſubnectit huiuſmodi: Volo etiam narrare aliam hiſtoriam, quam ego vidi dum eſſem Iuuenis in una Iuuene duodecim annorum etiam Papiæ patiente vomitem, non tantum cibi, ſed etiam fecū, paſſa erat à principio dolorem Iliacum cum retentione naturę deorſum in totum, & ſi poſita fuiſſent multa clyſteria, quæ emittebantur ſine materia humorali, uel fecali, & mihi narratum eſt p famoſiſsimū tunc Doctorem Dominum Magiſtrum Ioannem de Concorregio quoniam eā viſitauit à principio ægritudinis, tandem in proceſſu cum iàm deuentum eſſet ad vomitum fecum, & ita continuaſſet duobus, vel tribus diebus clyſteria deinde ſubmiſſa ſecundum partem inferiorem inceperunt emitti per ſuperius, & in proceſſu tandem deuentum eſt quod de tota materia clyſteris, ſiue mollificatiui, ſiue acuti nihil deorſum mittebatur ſed per reuolutionem inteſtinorum ad ſtomachum etiam in breui ſatis tēpore emittebatur per os, & poſtquàm ita factū erat duobus, vel tribus diebus, vt quicquid ex cibo de fecibus aggregabatur, & id totum quod ſubmittebatur de liquido per clyſteria per uomitum emittebatur, ſeu euomebatur, fui ego tūc uocatus ad curam, & vnà cum Magiſtro Ioanne huic malæ diſpoſitioni occurreremus, tādem ordinatum eſt, ut fierent mollificantia ſupra uentrem de emplaſtris, fomentationibus, & inunctionibus, deinde fierent ſuppoſitoria ſatis acuta longa, & ſupponerentur ad diuertendā materiam in deorſum, & ecce mirabile, quod ſuppoſitorium longum miſſum, infrà ſpatium temporis, quo diceretur Pater noſter, cum Aue Maria, per inte-
ſtina

ſtina aſcendit ad ſtomachum, & uomitu fuit eductum parum incuruatum; iuſsi ego poſtea, ut ſimile fieret ſuppoſitorium longum, & cum filo longo appenſum, & impoſito ſuppoſitario, ligaretur ſuppoſitoriũ ad coxam Iuuenis, & ita ſuo ſtimulo excitaret expulſiuã in deorſum, & nota mirabilius, quod incontinenti quaſi rupto filo aſcendit ſuppoſitorium ſurſum ad ſtomachum, & iterum euomit illud cum parte fili ſibi appenſi, & 3. ordinari feci aliud ſuppoſitorium, & ligari feci cum quatuor filis fortibus ad coxam ut ſupra, & idem poſt modicum temporis ruptis filis eductum eſt ſuppoſitorium per os cum appenſis filis ruptis, tandem dixi, quod Mater eius, quæ mihi poſtea fuit comater, haberet aliud ſuppoſitorium magnum, & ſuppoſitorio impoſito in inteſtinum rectum teneret, ipſa fortiter manu propria ſuppoſitorium prohibendo, ut nequaquam aſcenderet, & ecce mirabiliſsimũ narrauit mihi ipſa, quę eſt multum fide digna, quòd apparebat ei multam fieri violentiam in trahendo ſurſum, & niſi prohibuiſſet extrahendo quod ad tempus etiam aſcendiſſet ut reliqua. Non apparente igitur aliquo ingenio ad curam huiuſmodi, conſului præfatum Magiſtrũ Ioannem, qualis eſſet cauſa huius nocumenti, & quo ingenio medicinali eſſet occurrendum, reſpondit ad primum neſcio cauſam aliam, niſi quòd in ſtomacho, & membris uerſus ſtomachum eſt una uirtus attractiua ſurſum, ad ſecundum reſpondit ego feci quod potui, facias modo ſecundum quòd tibi uidetur melius, & ita ex quadam probabili coniectura ordinaui per ſuperius dandum eſſe brodiũ pingue pulli ad debilitandam, & relaxandam uirtutem cõtentiuam, & attractiuam ipſorum membrorum, & datis dictis brodijs pinguibus multotiens tamen euomitis, tãdem ſecunda die rupit natura per deorſum, & eductæ ſunt feces deorſum, & remiſsi ſunt dolores omnes, & ita cũ laude Altiſsimi fuit ſanata, neq; poſtea incidit in ſimilem morbum aliter, quæ uſque hodie ſana eſt uincta coniugio clariſsimo artium & medicinæ Doctori Magiſtro Hieronymo de Gluſsiano philoſopho non vulgari, mihi ſocio dilectiſsimo. Suſcipiẽda quoque maximè hiſtoria, quam Beniuenius c.36. deſcribit hoc pacto. Antonius Brunus affinis meus, cum emanducatum cibum, breuiori quam par fuerat temporis ſpatio contineret, & ita ut erat in coctum reijceret omnibus medicamentis, quæ ſtomachi uitijs adhiberi poſſunt diligentiſsimè fotus eſt: Verum cum ea nihil omnino proficerent, & corpori ob inopiã alimentiũ iam abſumpto uix pellis, & oſſa ſupereſſent gradatim tãdem ad mortem deductus eſt, quare defuncti cadauere (publicè utilitatis gratia) inciſo, inuentum eſt hominis uentriculum ita iũnctis oris ad imam eius partem obcalluiſſe, ut cum nihil inde ad inferiora tranſmit

tere potuerit neceſſario mors ſubſequuta eſt. Nec minori admiratione caret quam ſequenti capite narrat. Petrus Aldimarius filium habuit, qui cum octauum iam ageret annum in corruptum incidit appetitum, quo calculos ruderaq; comedens in lentam tandem febriculã deuenit, indeq; procedente tempore, & uentriculus non continere, & uenter fluere cœpit, adeoq; duobus his malis uexatus eſt puer, ut paucis etiam diebus e uita deceſſerit, huius Nos cum annuente patre emortuum corpus incidiſſemus repertus eſt callus inter uenas quas meſeraicas appellant, a quo cum uenæ ipſæ adeò obſtruerentur omnes, vt ferri inde ſanguis vltra non poſſet, neceſſe fuit puerum e vita migrare. libet & aliam ex eodem authore c. 32. ſubſcribere. Stomacho lõga, & plura vitia cum ex alijs membris tum humoribus ſibi innatis accidere conſueuerunt. Vnde, & Nos uirum nouimus quinquagenarium, qui ex præterita ægritudine quam χολέραν Græci vocant, in qua ſimul, & deiectio, & uomitus accidunt, inteſtinaq; torquẽtur & bilis atra ſupra infraq; erumpit, in perpetuum &, ut experientia docuit, penitus inſanabilem inciderat uomitum, unde & ſtomachus paucis admodum horis cibũ continebat; & aluus præterea nihil omninò reddebat, ſiue hæc leuibus, ſiue etiam acribus medicamentis vrgeretur, aſſumebat enim cibos leuiores, & ad coquendũ faciles, quos vbi aliquot horas continuerat, quicquid ex his ſupererat euomebat, alebatur autem parte tenuiori quam venæ à ventriculo attrahebãt, ſicq; miſeram quidem ſed tamen longiuſculam uitam duxit; Huius vero nos morbi cauſam indagantes putauimus eam inteſtino tenuiori figi, eoq; adeò obcalluiſſe, vt cum incoctus cibus ad iecur totus penetrare non poſſet retrocederet, & uomitu tandem expelleretur, id quod mortuo eo experimento comprobare volentes corpus incidere tentauimus, ſed neſcio qua ſuperſtitione negantibus cognatis voti compotes fieri nequiuimus. hactenus Beniuenius. Hic viderint illi qui huiuſmodi cadauerum ſectiones non admittunt quanto in errore verſentur, cum enim de morbi cauſa minimè conſtat ſectiones Medicis interdicentes cadaueri proximè vermium eſca futuro nihil proficiunt at mortalium generi plurimum abſunt, cum medicis obſtent, (qui alioquin prudenti coniectura, quę interius latitant nonnũquam minimè aſſequi poſſunt) quominus in eam rerum ſcientiam deueniant, quæ in poſterum conſimili morbo laborãti maximo ex vſu ſit futura. Nec minus medici quidam reprehenſione vacant, qui laboris impatientes, fœtoremq; diſſecti cadaueris (vt aiunt) auerſantes, delicatuli ſanè in cæcis ignorantiæ latebris quotidie verſari malunt, q̃ veritatis curioſo ſtudio teneri. Deum interim ſe ipſos, humanumque

genus

genus uniuerſum non contemnenda iniuria, damnoque afficientes.

Ventriculi affectio rarò eueniens. Cap. IIII.

ADmirandę cuiuſdam ventriculi affectionis raroq; contingentis meminit Petrus Bayrus lib. 11. practicæ c. 9. cuius inſcriptio eſt. De attritione ſtomachi ex conuerſione cibi in phlegma. Libet auctoris formalia verba adnotare. Gal. ponit hunc caſum in lib. ſuarum prognoſticationum, qui contingit filio Regis dicentibus alijs Medicis eſſe principium febris, incurrebat enim ſtatim ab aſſumpto cibo in lentiſsimū frigus, cū maxima cōtractione pulſus, & coarctatione anhelitus Gal. non eſſe principium febris aſſeruit, rogante autem patiente, quid eſſet reſpondit, conſueuit ſtomachus tuus conterri à cibo aſſumpto cō uerſo in phlegma ante excretionem petijt patiens quid agendum eſſet; reſpondit ſi eſſet alius exhiberem uinum cum pipere, ſed in vobis Principibus, & Regibus ſecuriſsimis auxilijs conſueuerunt vti Medici, ſufficit ergo nardino unguento lanam intingere, & ori ventris applicare pedibus calefactis, recedentibus Medicis Pitholaus vinū ſabinū attulit, piper immiſit, pedibus calefactis appoſita lana in oleo Nardino infuſa calida ſuper os uentris bibit æger, & ſtatim ſanatus eſt. Mihi, licet nunc ſenio confectus, ſolum bis in vita mea caſus iſte innotuit. Primum fui vocatus ad Caſtrum Burgari Maſini pro Domino Stephano ex Nobilibus eiuſdem Caſtri, qui ſtatim cum acceſsi dixit mihi, Ego non vos vocaui, vt ſperem ſanitatem recuperare, ſed ne videar omninò vitam negligere; Vnus enim Auunculus meus ex tali ægritudine dies clauſit extremos, Ego dans ei bonam ſpem ſalutis volui ſuę cenæ intereſſe, vt omnia accidentia poſſem perpendere, ſtatim cum cenaſſet totus frigidus, vt glacies factus eſt, pulſus omnino contractus, ita vt vix ſentiretur, cum tanta anguſtia, frequentia, & compreſsione anhelitus ut ſtatim ſuffocari videretur, perſeuerauit in eiſdem ſymptomatibus ſpatio trium, vel quatuor horarum, deinde paulatim remiſſa ſunt omnia. Ego vero memor loci allegati Gal. dixi eſto te bono animo, ſpero enim, Deo fauente, uos liberare ab hoc morbo, mane ſequenti feci pedes cum pannis calidis fricare, & fricationibus fortibus calefacere, deinde lanam ſuccidam carminatam decenter in oleo Nardino calido infundere, & ſuper ſtomachum applicare ſuperponendo pannos calidos deinde dedi ei ℥. 1. piperis pulueri zati inuoluti in hoſtia, vel nebula madefacta in vino, poſtea dedi eidem circa

tres

tres vncias vini boni calidi, feci voluere piper in hoſtiam, vt euitaret ardorem eius, quem feciſſet in gutture, & illinc ad horam feci eum cibare, teſtis ſit mihi Deus, quod nunquam poſtea minimam partē ſenſit illius paſsionis, cū iàm pluſquam per menſem ea ordinariè poſt omnem cibationē infeſtaretur. Secūdo cum eſſem uocatus pro Mag. Domina Collaterla ex Comitiſsis Plozalchi, habebat pediſequam ſimili paſsione laborantem, quæ eiſdem remedijs fuit ſtatim ſanata hactenus Bayrus. Quicunque uero præcitatam Gal. hiſtoriam exactius legere cupit (nam non exacte à uiro illo enarratur) adeat Gal. librum de præcognitione ad Poſthumum quo loco c. 2. eam exactiſsime exaratam inueniet.

Singultus infrequentes. Cap. V.

QVemadmodum Iuris doctorē Papienſem per duodecim dies ſingultu laboraſſe ſcriptum reliquit Marcus Gatinaria li. de curis ęgritudinū particulariū c. de ſingultu hoc Nos tamq; rarò contingens adnotare voluimus nā que hominem à ſingultu capi familiariſsimum ſicuti ita mehercle rariſsimum per plures dies eodem ſymptomate infeſtari, præmemorati effectus cauſam & ſi Gatinaria omiſerit, nos tamen ne rem ita indiſcuſſam derelinquamus quantum coniectura aſſequi licebit in medium afferre minime pigebit, ſingultum illegitimum eſſe motum expultricis Ventriculi facultatis cum eiuſdem noxa minime ambigendum, quo ventriculus quę ſunt in ipſius ore penitiore, atque in ipſo uentris corpore infarcta expellere tentat, quæ fuit Gal. doctiſsima ſententia 3. de ſymp. cauſis, & com. aphoriſmi. 39. 6. lib. quo loco Hip. ſingultum ob geminam potiſsimum cauſam fieri decretum reliquit, inanitionem inquam, & repletionem, quamquam magna ex parte à plenitudine, rarò autem exinanitione Gal. teſtimonio com. aph. 13. eiuſdem 6. libri. Tertiam inſuper addunt cauſam humores acres, & medicatos ſtomachum mordentes, quin etiam ex deuorato pharmaco ex tribus piperibus, uel ipſomet pipere tenuiter cribrato ſi vinum pręſertim aqua calida temperatum ſtatim ſuperlibatur ſingultꝰ excitatur, quod ipſimet Gal. contingere conſueuiſſe ipſe tum loco citato tum. 8. de comp. med ſecūdum locos teſtatur, ita & ex cauſis immodicè ventriculum ipſum infrigidantibus ex Gal ſententia com. 11. aph. 5. lib. Hiſce itaq; ſeſe habentibus crediderim in p. Iuriſperito diuturnum ſingultum perſeueraſſe eo quod ortum duceret ab humorum craſſorum frigidorum copia in ventriculi tunicis, & ore infarctorum.

rum, & inbibitorum, quos calor naturalis ſuperare non niſi longo tẽporis interuallo nequiret, nec educi vomitu, uel deiectione poſſent, tum ratione ſuæ uiſcidi tatis, & craſsitiei, tum etiam ob imbibitionẽ, & infarctionem in parietibus ſtomachi. Sed profectò mirandum de Ariſtotele, qui 33. particula probl. 1. probl. ſingultum pulmonum paſſionem fecerit, cum Ventriculi eſſe omnes alij unanimi conſenſu decretum reliquerint; poſſumus tamen pro Ariſtotelis deffenſione dicere per conſenſum à pulmonibus, non per ſe prouenire poſſe ſingultũ, quemadmodum Gal. 2. de ſymp. cauſis c. 2. aliquos ſcripſiſſe tradit, prouenire ſingultum ex cõuulſione muſculorum, qui inſpiratum faciunt, ſic ſingultum ex hepate inflammato ſuperuenire propter neruorum communicatem docuit Gal. com. 58. 5. lib. aff & 7. aff. 17. com. quin & oriri ex gulæ affectu, ſingultum legimus de frac. com. 2. & de ſymp. cau. 2. c. 6. Et niſi in hoc ſenſu ſcripſiſſe Ariſtotelem dixerimus nullo pacto illum à manifeſto errore uindicari poterimus. Dominum Traianum Delfinum legum Doctorẽ per plures dies ſingultu laboraſſe, & interijſſe ſcimus; Vrbis verò noſtræ comitem quatuor aſsiduis diebus pariter affectum ſanatum vel nullo negotio.

Ex frigido potu extincti. Cap. VI.

Nonnullos æſtuantes ex frigidiori potu ſtatim perẽptos, vel ſaltem in grauiſsima mala prolapſos multoties obſeruatum legimus, cuius rei hiſtorias aliquot in mediũ afferre extra propoſitum minime fore exiſtimamus. Beniuenius c. 16. ſic ſcribit. Antonius Parmenſis Iuuenis admodum robuſtus cum ſub feruentiſsimo Sole, & magni æſtus tempeſtate pluribus diebus in itinere fuiſſet, ardẽtiſsima tandem febri correptus eſt, quare cum vehemens illum ſatis vrgeret frigidiſsima aqua epota, intra paucas horas mortuus eſt. Scribit Froſſardus Comitem Armigniacum Carolo ſexto in Galijs regnante Florentinis aduerſus Galeatium Mediolanenſium Ducem ſuppetias laturum, ab Alexandrinis adorſum, ſudore inter præliandum æſtuantem in alueum proximũ ſeceſsiſſe, vbi, dum profluentem ex riuo aquam largius bibit, voce ſtatim defeciſſe, vt reffert Gaguinus in hiſtoria Francorum libr 9. quod & olim Alexandro Magno contigiſſe author eſt Quintus Curtius de illius geſtis. Iulius Cæſar Scaliger aduerſus Cardanum exercit. 33. c. 2. narrat de quodam meſſore, qui à meridiana tritura ſitibundus primo frigidæ ad fundum hauſtu extinctus eſt & c. 17. Blaſij Senenſis hiſtoriam recitat, qui dum ſub ardentiſsimo Sole pilæ ludo incaluiſſet,

ex calicis frigidiſsimi vini hauſtui ſtatim defecit,atq; non ſine graui noxa agrè conualuit. Amatus Luſitanus Cent.2.cur.62. Iuuenis Romani meminit,qui totus ſudore madidus ob laborem in luſu pilæ ſitis arcende gratia ad puteum deueniens,extractaq; aqua frigida, ac epota illicò in terram extinctus eccidit,ibidemq;,& alterius ſcribit, qui defatigatione excalefactus ex cyathi aquæ frigidiſsimæ potu extinctus eſt;nec non & cuiuſdam alij, qui calice frigidiſsimi uini in magno æſtu epoto uitam cum morte commutauit. Aloyſius Mundella in dialogo 7. Iuuenis hiſtoriam narrat,qui cum media ęſtate pilę paruæ ludo ſe plurimum exercitaſſet,ac multum indè aquæ frigidę potaſſet, adeò graui animo deliquio correptus fuit, vt niſi multis auxilijs adiutus eſſet,mortuus quidem fuiſſet. Author eſt Quintus Curtius li. 7. Alexandri Magni exercitum Suſcitanorum loca deſerta & inaquoſa ex ſolis ardore æſtuantem cum tandem ad flumen Oxum perueniſſet, plures ex frigide intemperato hauſtu intercluſo ſpiritu extinctos, q̃ vllo prælio amiſiſſet Alex. ita & Gulielmus Tyrius lib.3.c.16. ſcribit Chriſtianum agmen Piſidiam ingreſſum regionem arentem,& inaquoſam,tandem inuento Fluuio quod quidam qui largius aquam frigidã ingurgitauerunt ſitis diſcrimen euadentes mortem in aquarum opulentia reperiere. Et Appianus Alexandrinus de bellis Ciuilibus li.5. tradidit Cornificianos milites à Põpeianis pugna fatigatos,& æſtuãtes Fontanam aquam auide bibentes ex ijs plurimos emortuos. Cuius rei cauſam Doctores præmemorati in id referunt, quod frigida qualitas cor petat atq; calorem, ac per cõſequens uitam extinguat, hanc & ſi nos non improbamus cauſam, arbitramur tamen excalefacto corpore ſanguinem quã maximè fluxioni aptum eſſe,unde cum ad uenas frigida potio peruenit,excalefactus ſanguis frigidam qualitatem ſibi aduerſantem fugiendo impetuosè ad cor tanquam caloris arcem ita confugit vt calorem ſuffocet, & vnà animal extinguat, quã ſententiam Fernelius c.de pleuritide, huius morbi cauſas recenſens probare videtur. apertę nanque ex motu & calore vię facilius aditum frigidæ qualitati præbent, quod non fit corpore quieſcente. Ex his minimè mirãdum ſi qui nimio niuis, & glaciei vſu ad potus refrigerationem abutuntur in graues morbos ſeſe miſerè præcipitant, frigidum enim vitæ quæ in calore fundatur quam maximè aduerſari prę-ſertim immodicum luce meridiana clarius exiſtit. Sique ex frigido emplaſtro ventriculo admoto cuidam mors ſubſequuta fuit atteſtante Beniuenio c.15. cur non ſęquiſs. ſympt. ex frigidiſsimo quotidiano potu ſubſequutura timemus. Vnde auream habemus ſententiam à Gal. deſcriptam in Com.3. in lib. Hip. de his quę in Medicat. fiunt huiuſmo

di

di. Quis enim ignorat. quiſque eſt ex ijs qui de frigidæ aquæ potione ſcripſerunt qui non dicat eam duo efficere conſueuiſſe, vel damnū ex refrigeratione, vel caloris maioris ab imis partibus reuocationem? Nam ſi validè calidum corpus ſit efficitur vt eius calor à frigiditate minimè ſuperetur, ſed potius denſata cute, atq; iccircò prohibita pſpiratione augeatur, ſi vero exiguo calore ſit præditum corpus vt oc currente frigiditate minime reſiſtere valeat, cum vſq; ad imas partes vis frigoris penetret, fit vt in morbos ex refrigeratione cōtractos incidant homines, quæ certe incōmoda longe facilius illis accidere poſſe non eſt ambigendum, qui nimio labore excalefacti frigidam potionem ingurgitant. Dicebant nanque Celſus lib. 1. c. 3. à labore ſudanti aduerſiſsima frigida potio, & Dioſcorides lib. 6. c. 33. ex Ruelij partitione aqua frigida abunde pota, aut meracum uinum liberalius epotum præſertim à balneo aut curſu, aut vehementi exercitatione ſtrangulatus & dolores infert, & Gal. in comentario de ſalubri dieta com. 12. hæc ſcribit. Non tamen frigida poſt exercitationes potio niſi calidam præbibas noxa vacat. & Auic. parte 2. canticorum ait non eſſe ſumendam aquam frigidam poſt fortem exercitationem, quod pariter confirmat lib. de remouendis nocumentis in regimine ſanitatis per hæc verba, aqua frigida non bibatur poſt motum laborioſum, neque poſt cauſam rarefacientem corpus & fen. 7. p. cap. 8. idem confirmat. quare non poſſum me ipſum temperare quin in illos maxime inuehat, qui æſtiuo tempore quanto magis æſtuant corpora frigidiſsimas potiones glacie, & niue paratas ſummis laudibus indiſtinctè extollunt, proficuaſq; hominibus prædicant. Audiant quæſo iſti Galenum ſcribētem lib. de venæ ſec. aduerſus Eraſiſtrateos c. 3. Romæ ſua tempeſtate contigiſſe cum vulgo mulieres aquam frigidiſsimam ex niue potarent, ut aut nullo pacto, aut diminutè purgarentur, quæ uenæ ſectione à medicis ſeruatæ fuerunt, quominus neq; ſanguinem ſpuerent, neque laterali inflamatione aut pulmonis, aut ſynanche caperentur. Idē Gal. lib. de ſuccorum bonitate, & uitio c. 13. de niuis uſu in refrigerando uino ſic ſcriptum reliquit & ſi ipſa ſtatim nix noxa ſenſibili non videatur iuuenum corporibus officere increſcente tamen tēporis proceſſu occulto paulatimq; noxa vergente nempè ætate articuli his, nec uiq; ac viſcera morbis corripiuntur uix aut nunquam ſanandis, ac veriſimile certe ſit, vt vnicuiq; ea potiſsimum corporis pars afficiatur, quæ natura omnium maxime infirma fuerit, quod & pariter in lib. de renum affec. c. 7. affirmat, & Auic. in Canticis parte 2. inquit, Non eſt autem aquę potus frigidę nimium, aut potus niuis frequentandus eo quod nimis obſit, & fen. 3. 1. doct. 2. c. 8. aquam multum frigidam bibe

re malum eſſe ſtatuit, præterea frigidum extremè quam maximè corpora noſtra lædere poſſe Hipp. Aphor. 24. 5. lib. teſtatum reliquit, dixitq; Auicena fen. 4. lib. 1. c. 2. verè frigiditatem ſuperfluam eſſe ipſam mortem caloris innati, aut ei propinquam & fen. 1. lib. 1. doct. 6. c. 3. frigiditati eſſentialiter ineſſe tradit vt omnibus virtutibus corporis noſtri ſit contraria quod Gal. etiam 3. lib. de ſymp. c. 3. affirmat inquiēs frigiditatem nulli functioni utilem eſſe, & lib. 2 de morborum diff. ca. 3. inquit frigidi cibi, & potus vicinitate frigidos morbos generare, ſicut enim nix vel glacies prunę adhibita eam extinguit, & aer ſummo frigore affectus qualem potiſsimum apud Iſtrum brumalibus horis graſſari ſolet, non ſolum lucernam ſub dio expoſitam verum etiam omnem ignem exiguum protinus extinguit, ſic etiam frigidi extremi uicinitas externa, & interna non ſolum lædere, ſed & perimere hominem poteſt. Vnde habemus à comentatore 4. Meteororum in ſumma, frigiditatis operationem primam, & per ſe eſſe priuationem operationis caloris naturalis, & eſſe inconcoctionem, & corruptionem, quod etiā. 3. Coll. c. 2. repetit ſcribens frigiditatem eſſe contrariam calori naturali & impedire ipſum in omnibus ſuis operationibus propter ſuam qualitatem. Non itaq; audiendus Doctor Nicolaus Monardes qui Hiſpanico idiomate libellum conſcripſit, quo niue, aut glacie potandum poculenta refrigerata ſuadet; Nam auctoritates ab ipſo ad id probādum allatę facile reijciuntur ſi recte intelliguntur, nam non de frigidiſsimi, ſummè ve refrigerati potus vſu minimę loquuntur, ſed de moderate frigido potu æſtiuo tempore in regione calida temperaturis ſanguineis habitibus carnoſis negotijs ac curis detentis, prę ſertim potationi frigidæ aſſuetis ſunt intelligendæ, aliæ verò auctoritates à Monardo adducta potius de ægrotantibus, quàm de ſanis uerba faciunt, quibus, & immoderatè frigidum potum nocuum eſſe demōſtrabimus; qua de re concludamus in ſanis frigidiſsimum potum minimè probandum, nec etiam frigidum admodum indiſtinctè. ſed maxima cū præmeditttione in ægrotantibus quoq; & idem obſeruandum. Nam ſic Gal. frigidam potionem, quę mediocris eſt conferre quę immodica eſt maximam aſſere læſionem teſtis eſt. 3. de temp. c. 3. quod ſi ſecus factum fuerit ſanis iam prędicta mala ſubſequentur, ſic enim ſcribit Gal. 5. de locis affec c. 3. & 6. eiuſdem c. 1. ex frigidiſsimi potus vſu refrigerato hepate hydropem ſubſequutam, & 4. lib. eiuſdem de mente. Hip. ait frigidam aquam frigiditate ſua venarum tunicas extendendo duras, & contumaces reddere, & vt rumpantur paratiores, & Braſauolus in com. aph. 24. 5. libri ſcribit mulierem utero genentem cum ob Malaciam frequenter glaciem comediſſet intentiſsima tuſsi corre-

ptam

ptam, ac ventriculi dolore, & primam concoctionem ægerrimè confe ciſſe. In ęgrotãtibus quoq; frigidi potus moderatus uſus eſſe debet, nam ſi ſecùs fiat plurima incomoda, & morte accidiſſe obſeruatũ eſt ſic Gal. 7. lib. Meth. c. 2. hiſtoriam deſcribit cuiuſdam, cui ex frigido [illegible] ſolus potu perſanata eſt, calida, & ſicca ventriculi intẽperies, nimio [illegible] iuſtò refrigerata gula deglutiendi poteſtate adempta mortuus eſt, & lib. de ſymp. c. 1. c. 7. ſcribit. Vidimus quendam ardenti febre laborantem, cum morbus inualeſceret frigidam impudenter bibiſſe, atq; mortuum eſſe. ita, & Nicolus ſer. 6. c. 35. 4. tract. hæc habet. Ego cognoui uirum cui accidit febris arbua, & dum eſſet in augmento febris bibebat multam aquam frigidam, quæ inflamata in ſtomacho eius perduxit eum ad ſitim ita intenſam vt non fuerit, ſatiatus libère donec mortuus fuit. frigidus itaq; potus non niſi exacta præmeditatione ægris, nec etiam ſanis præſcribendus à Medicis. Nec obſtat quod Hip. in lib. de aere, aquis, & locis ſcripſerit Scythas aquam ex niue, & gelu bibere, & tamen craſſos eſſe, quod nullam in nutritioni inſeruientibus facultatibus noxam inde accidere arguit, nam cum à teneris huiuſmodi potui aſueſcant minus longe detrimentum indè percipiunt, attamen nec ipſis penitus inoxius vſus hìc frigidiſsimi potus dicendus cum ibidem ſcriptum reliqueret omnes Scythas iuncturas habere humectas, & ineficaces, & ventriculos humidos, maximè verò omniũ Inferiorem aluum. Ita quoq; & Hiſpani ob aſſuetudinem minus malè afficiunt frigido potu, quinimo referunt omnes, quod ſi forte fortuna hyems ita proceſſerit vt niues adſeruari nequeant, tunc vulgares præſertim ardentiſsimis, acutiſsimiſq; morbis per ęſtatis ardores corripi, qui peſtis inſtar in populum graſſentur. Bartholomeus Batalionus qui per multos annos Biſantij, gemmarum mercaturam agens commoratus eſt, narrabat ſe quotannis obſeruaſſe æſtiuo tempore Turchas plurimos fluxu alui vexatos decedere, quod non niſi ex imodicè niue, & glacie refrigerato potu illis accidiſſe aſſerebant Medici Vrbis illius. moderatè itaq;, & non indiſtinctim frigido potu utetur ille, qui rationi magis minus verò palato inſeruiet; Teophilum enim Imperatorem Conſtantinopolitanum ex aquæ frigidiſsimæ, frequentiq; potu cuiuſmodi eſt niualis læſis interioribus in dyſenteriam incidiſſe, ex qua deceſsit, teſtatur Ioannes Zonara Annalium tomo 3. Nõ admiratione caret inteſtinorum dolores nonnunquam potu frigido curatos cum tamen calidis in illorum curatione uti auxilijs ferè ſem per medicos videamus, quod tamen minime rationi alienum eſt ſi materia peccans billioſa acris, & errodens fuerit, ſic Paulus lib. 3. ca. 43. Medici cuiuſdam Itali meminit, qui frigidis remedijs præter omniũ

opinionem colicas fere omnes affectiones curabat; ſic frigido potu poſt multa alia incaſſum tentata præſidia uxorem Gaſparis Centurionis Genuenſis à colico dolore conualuiſſe teſtatur Luſitanus Amatus cent. 1. cur. 1. Ita & Alex. Benedictus lib. 20. c. 13. Iliacum destitutum gelido potu ſeruatum teſtatum reliquit.

Meſenterij miræ affectiones. Cap. VII.

MEſenterium non ſolum intemperie ſimplici, ſed & cum materia coniuncta, nec non & tumoribus aliquãdo affici præter naturã, quiq; etiam ad exitum deueniãt Gal. vt interim Arabes omittam circa calcem lib. 5. de loc. aff. clariſsimè docet; Verum, quia tumores, ſeu apoſtemata huius partis rarò, accidunt rariſsimè dignoſcuntur, & non niſi ab experto Medico, quiq; aliàs huius generis affectionem tractarit, atq; tum partem læſam, tũ læſiones ſpetiem per cadauerum diſſectionem optimè didicerit. nonnullas hiſtorias, earumdemq; diſcuſsionẽ in medium afferre decreuimus in ſtudioſorum gratiam, vt ſi quando in huiuſmodi affectionem præternaturalem inciderint facile morbi naturam, partemq; affectam intelligere queant. Illuſtr. atque Reuerendiſsimus. F. R. Dominus febri ualida correptus cum vomitu 14. tranſacta in alui cruentam excretionem deuenit ità, ut ſanguinem nigerrimum corruptum peſsimè olentem ad 15. librarum pondus excreuit unde animi deliquio correptus omnes eum proxime moriturũ exiſtimauimus, nihilominus cibis per interualla optimis refectus, ui res reſumpſit, ita ut & ſi febri continua, licet non ita intenſa, & vniformi continuò uexaretur nihilominus ſuæ ſalutis ſpem nobis præberet, ſed tamen cum quotidiè faces conſperſas ſanguinolenta, ſanioſaque materia excerneret, in dieſq; magis, ac magis emaciaretur infinitis propemodum præſidijs adhibitis, nam ſeptem Medici illius curæ incum bebamns. 63. die a decubitus die (proh dolor) occubuit, cum tamen poſtremis diebus ingens urinæ profluuium ſuperueniſſet, ita ut quinque libras urinæ & amplius quotidiè per plures dies ex tramitteret; Cadauer diſſectum fuit, ut tanti mali cauſa innoteſceret, atque in meſenterio, ea in Parte ſuperiori, qua inteſtino recto annectitur, vlcus ſordidum ad ſpitamæ lõgitudinem adinuentum, vnde ea in parte collectum abſceſſum coniecimus, illoq; diſrupto putridum ſanguinem ea in copia profluxiſſe non dubitauimus, ſed quod mirum eſt nũquàm antea per totum ægritudinis tractum, præter quàm extrema die, qua illi uenter intumuit, de illius partis dolore conqueſtus eſt.

Mo-

Monialis etiam quædam die 6. Ianuarij anno 1558. febri ardenti correpta fuit, atq; in 40. fluxus ſanguinis per aluum coloris atri, ac copioſi, cum ventris indolencia, ac fœtore intolerabili ſuperuenit cum ſitim clamoſa, & viruim imbecillitate, & linguę ariditate, & triſti quadam ventriculi ſenſatione, & præter hæc ſymptomata, in ſingula alui cruentoſa excretione in animi deliquium incurrebat, tãdem criſi ſed mala per vrinam adueniente aluus à fluxione cruentoſa ſuppreſſa, perſeuerante tamen febre continuò affligente ſine typo extincta eſtu Monialis. Hanc nos eodem morbo peremptam proculdubiò cenſemus, & ſi diſſectione negata præ oculis rem ponere nequiuerimus: ex ijs duobus exemplis facile erit in eiuſdem affectionis dignotionem perenarrata ſigna percurrendo deuenire, ſi quando alicui medicinam facienti conſimilis caſus occurrerit. Rembertus Dodonęus in ſcholio capitis 33. Beniuenij hæc habet. Nouimus & nos quidam cui inflammata, in meſenterio orta fuit & initio malè habuit ſed eaq; inflammatio ſu ſpeſata, & in abſciſſum conuerſa melius abens ſana ſibi viſa eſt, inirim ſingulis diebus iã agit. 4. annus per aluũ bis torue tumulenta de modum poſitio ſyncera nulliſq; excrementis permixta redduntur. Verum duo à nobis ſunt ponderanda, quorum primum eſt, cur huiuſmodi morbo laborantes in imo ventre dolorem minimè percipiant, ſecundum verò, qua de cauſa in vltimis diebus vrinę fluxus illi copioſi, minimèq; ſalutaris ſuperueniant. Quo ad primum ſpectat dicimus, meſenterium eſſe partem inſtrumentalem ex ſimilaribus conſtructam venis ſcilicet arterijs, membranis, glandulis, & adipe, quæ omnes partes membranis dumtaxat exceptis ſenſu canent, quæ etiam membranę cum plurima pinguedine circumueſtiantur, rationi haud eliſsonũ eſt, nullo, vel ſaltem hebeti ſenſu donari, & per conſequens dolore nullo effatu digno minime tentari meſenterium ipſum. quod verò uenæ, arteriæq; non ſentiant, nec doleant, ſiue illas frangas, ſiue vras, ſiue incidas teſtis eſt Gal. 6 de vſu partium, nec obſtat, quod ipſe alibi ſcriptum reliquerit humores malos in febribus intermittentibus ad intra uenas exiſtentes illas ad expulſionem prorritent, quod utiq; non facerent niſi ſentirent, ſatisfacere namq; poſſumus cũ ipſomet Gal. lib. de natural. facult. vbi legitur, quod cum calor naturalis continuè humido radicali pabuletur, atq; nutriatur ipſum quoq; abſumere, atque exſiccare iure exiſtimandum eſt ob idq; natura, quæ non deficit in neceſſarijs, dedit unicuiq; corporis parti quamuis ſenſus experti virtutem attractricem, vt alimentum loco deperditi humidi repararet, & retentricem, vt attractum alimentum per debitum tempus retineret concoctricem verò, vt retentum alimentum concoqueret, ſimileque

mileque membro nutriendo efficeret; At quoniam in vnaquaq; conco ctione excrementa inutilia, ac expellenda generantur, hinc quoq; expultrix facultas indita fuit, quæ non operatur, quoniam ſentiat, ſed p propriam ſui naturam ut excrementa expurget, ſuperfluumq; quodcunq; expellat. Quod vero glandulæ quę reperiuntur in meſenterio, & ipſæ ſenſu deſtituantur ex Gal. lib. 11. de vſu partium colligere poſſumus quo loco duplex glandularum genus in corpore reperiri tradit; quarum altere, cum ad ſuccos animanti utiles parandos ſint comparatę, minime ſenſu carent, quales ſunt mamæ, alterius vero generis glandulæ, cum ſint dumtaxat ueluti vaſorum diuiſionis ſtabilimentũ, nullis ſanè ad id neruis indigent, cum nec ſenſum, nec motum uoluntarium ad id deſiderent, tales autem ſunt quę in meſenterio reperiuntur, quod uerò adeps ſenſu careat, adeò manifeſtum eſt, ut nulla indigeat comprobatione; cum itaque nulla pars meſenterij ſenſum effatu dignum obtineat ergo, nec meſenterium ipſum ſenſum, niſi hebetem, obtinere dicendum; Nec obſtat quod ad illum duo pertingant nerui, vtrinq; ſinguli ab illis pronati propaginibus, quæ à ſexto neruorum cerebri pari coſtarum radicibus ex porriguntur, atq; una cum uenarum, ac arteriarum numeroſa ſobole à uenæ portę trunco, atq; arteria magna ortum ducente in meſenterij centro inter duas membranas mutuo coherentes ingrediuntur, atq; per uniuerſam meſenterij ſedem ad inteſtina procurrunt; namque cum horum neruorum propagines non multum inſignes ſint, copioſoq; adipe, quemadmodum, & membranæ circumtegantur, & veſtiantur, haud mirum eſt, quod meſentorio malè affecto dolor nullus notatũ dignus excitetur, quod experimento quoq; probari ex pręnarratis hiſtorijs patere poteſt idque etiam ſe experimento comprobaſſe doctiſsimus Fernelius teſtatur li. 6. de part. morb. & ſymp. & ſi rei cauſam minime aſsignet; quod pariter colligere poſſumus ex altera hiſtoria, cuius meminit Beniuenius c 37. in hunc modum. Petrus Aldimarius filium habuit, qui cũ octauum iam ageret annum in corruptum incidit appetitum, quo cal culos ruderaq; comedens in lentam tandem febriculam deuenit, indeq; procedente tempore, & uentriculus non continere, & vẽter fluere cœpit, adeoq; duobus his malis uexatus eſt puer, vt paucis etiam diebus e vita deceſſerit. Huius nos cũ annuente patre emortuum cor pus incidiſſemus, repertus eſt callus inter uenas quas meſeraicas ap pellant, à quo cum uenæ ipſæ adeò obſtruerentur omnes, ut ferri inde ſanguis ultra non poſſet neceſſe fuit puerum e uita migrare. Ecce quod nullius meminit doloris in hoc callo meſetenterii Beniuenius, Philippus Ingraſsia li. de tumoribus p̃ter naturã, ubi de ſtrumis agit

ſcribit

ſcribit ſe apud Iulium Pollucem legiſſe ſtrumas circa meſenterium fieri, quod experimento uerisſimum eſſe cognouiſſe ſcribit. Cũ enim nigrum quendam ſeruum natum, liberum tamen poſtea factum ob furta laqueo ſuſpenſum publicè diſſecaret in illius meſenterio (quemadmodum ab omnibus qui diſſectioni aſsiſterunt uiſum fuit) ſtrumas circiter ſeptuaginta offendiſſe, præter quas in glandulis exitentes totidem ferè externe inteſtitiorum craſſorum tunicę adherentes tumores propria ſingulos membranula cuiuſdam ueſiculæ inſtar contentos inueniſſe, utriuſq; autem generis tumores, uaria quantitate, & magni, & parui erant, atq; inter extremos qui ad oui Gallinacei magnitudinem perueniebant; & minimi ciceris paruitatem quam plurimi intermediæ quantitatis gradatim uiſi ſunt, qui ſinguli tumores diſſecti, nonnulli lapideum gipſum, nonnulli uero glutinoſam mucoſamq; materiam, & interim liquidam quandam ſubſtantiam cõtinebant, ut poſtremo ac nouisſimè genitus tumor liquidiorem, antiquor uero ſolidiorem ſubſtantiam præſeferet; in reliquis uerò corporis partibus præſertim in iocinore, & ſplene ſanus uidebatur, atque ab ijs, qui antea hunc hominem uiuum cognouerant relatum cõformiter fuit ſanìſsimum donec ſuſpenderetur extitiſſe; Quare & ex hac quoq; hiſtoria coniectari licet meſenteriũ nullo inſigni ſenſu præditum eſſe, ſed contra quipiam forte alteram à Beniuenio deſcriptã hiſtoriam c. 33. obijciet quæ eſt huiuſmodi Julianus quidam iuuenis, aliquin optimus, alui torminibus uexabatur, inq; dies magis, magisq; dolor uim capiebat, tantumq; aberat ut huiuſcemodi doloris abditæ cauſæ depræhendi poſſent, ut nullis unquam præſidiis tolli, aut ſaltem leuari hoc malum potuerit; omnia enim uiſcera ſana videbantur, Iecur, lien inteſtina omnia nullam doloris notam oſtendebãt, ſed ille nihilominus magis magiſque in dies quam ut tolerari poſſet urgente dolore ipſo tandem e uita diſceſsit, quare mortui corpore inciſo, ut ſcilicet tanti mali cauſas dignoſceremus, & ſanis omnibus, ut putabamus, inuentis uiſceribus, iubeo inteſtina amoueri, quæ dum gladio diſcindit miniſter in obſceſſum magnum incurrit, quo præciſo materia multa nigrior, fretenſq; profluxit encauſto ſutorio ſimilis ex quo manifeſtam eius mortis cauſam deprehẽdimus; Atra enim bilis eò cõfluens huiuſmodi abſceſſum paulatim effecerat; Ex hac Beniuenii hiſtoria collegimus in meſenterii abſceſsibus non ſolum dolorem excitari, ſed & clamoſum, quod nos ſuperius negauimus, Huic difficultati ſic nos ſatisfaciendum putamus, dolorem illum non in meſénterio ſed in inteſtinis per conſenſum excitatum ea potisſimum in parte, cui meſenterii, pars abſceſſu laborans iungebatur,

tur, quiquidem cum multa materia repletus exiſteret ſuo pondere inteſtina comprimendo, uel deorſum trahendo dolorem in illis excitare potuit, quinimo, & ab atrabilari materia contenta acri, & mordaci potuerunt extolli uapores eadem qualitate præditi, qui inteſtinorum tunicas inſigni ſenſu donatas uelicando dolorem genere potuere. Alterum ſymptoma in propoſitis hiſtoriis conſiderandum ſeſe offert, cur ſcilicet ceſſante iam ſanguinis copioſo fluxu, copioſus adeò urinæ fluxus ſubſequatur. Crediderim ego ex copioſa ſanguinis e corpore manatione corpus exangue reddi, ſpirituſq; labefactari, ex quo fit quòd uirtutum omnium præſertim naturalium notabilis ſubſequatur imbecillitas, ſicq; coctiones omnes diminutæ fiant, ac uis ſanguinis effectiua hepatis diſripetur unde plurimum aquoſum, ſeu ſeorſum ſanguinem generari contingit, quod & in malo corporis habitu affectis euenire quotidie experimur, hoc uenæ iam ſanguine multum innanitæ replentur, in diesq; magis ac magis ſeroſo humore excreſcente ita opplentur ut illis oneroſum iam ſit naturaque utilioris auida quod ſanguinis boni ſupereſt contineat, propellat uerò ſerum qui profluens per conſuetas uias excernitur. Ne uero quis decipiatur animaduertat in maculę fundo ſedimentum conſpiciens, quòd laudabile uidetur id enim liquamentum corporis tubeſcetis quodam extitit, quod unà cum urina extruſum poſtmodum reſidet, unde nullam ob id ſalutis ſpem concipere debet, quod aliàs Eccellentiſsimum Medicum in Illuſtriſsimo uiro feciſſe ſcimus, ſed potius certiſsimam mortem præſagire, nam meſenterij ulceris inſanabili nullum inde leuamen accidere poteſt, quinimo potius corpus ex ea copioſa urinæ excretione magis attenuatur, citiuſq; ad interitum patientem perducit; Nec eſt quod quis obijciat meſenterij ulcera inſanabilia minimè cenſenda, cum maiori ex parte uenis conflatum ſit, Galenuſq; non ſolum diſſectas uenas, ſed & in magnis ulceribus amputatas ac rurſus generatas ſe uidiſſe ſcripſerit lib. de ſemine. & 14. Meth. nam id fieri ſtatuit conſpirante in unum robuſtiſsima facultate, cum materia ſeminaria copioſa, quas conditiones quis ſanæ mentis in ulcere meſenterij detentis reperiri dixerit, in quibus pręter copioſum ſanguinis fluxum, ea pars læditur, cuius ope potiſſimum coctiones & nutritiones celebrantur? quandoque tamen huiuſmodi tumores ad exitum non perueniunt, nec ſanguinis fluxus conſpicitur nihilominus febris ſi acceſſerit ac alit. pręnarrata ſymp. moritur æger quod nos in illuſtri Scipioni Guerrierio obſeruauimus.

Mirachialis

Mirachialis affectionis dilucidatio. Cap. VIII.

ET ſi frequentiſsima illa affectio præternaturalis ſit quam hypocondriacam, ſeu Mirachialem vocāt Medici, nihilominus illius eſſentię, nec non, & ſymptomatum cauſæ a paucis cognitionem haberi exiſtimamus; qua de re de eadem verba facere in præſentiarum decreuimus, ſapit namq; raritatem quādam, ac mirabilis non nihil, ſi illius eſſentiam ac ſymptomatum naturam ſpectemus, ita ut ex illius diſcuſsione non cōtemnendam vtilitatem medicinæ ſtudioſos percepturos arbitremur, & ſi enim quotidie medicos nonnullos, ac vulgares etiam illius uerba facere audias parum tamen vel nihil propemodum recte intelligere illius naturam comperies, quinimo & ſcriptores ſicco admodum pede eius pertractionem pertranſire manifeſtum eſt. Cum itaq; quiſpiā rugitibus quibuſdam, flatibuſq;, rutibus acidis, fluctuationibuſq; in hypocondrijs vexatur, memoreq; detinetur, ac pręter cauſam timet, ac tactu circa medium ventrem pulſatio quędam præſentitur iam dubio procul hunc Myrachialem, ſeu Hypocondriacum appellant Medici, quod ſi non omnia, ſed maior pars prædictorum ſymptomatum adſit, nihilominus eundem quoque eadem affectione laborare dicunt, ita ut nonnullos etiam nullis melancholicis ſymptomatibus vexatos hypocondriacos ſeu myrachyales appellent; meminit Gal. 3. de locis affectis melancolię; hypocondriacæ c. 7. de mente Dioclis; ſcribitq; hanc affectionem ob alteram cauſam ortum ducere, uel quod ſit plus calo- ris quam decet habere in ijs venis quæ alimentum à ventriculo excipiunt, vnde ſanguinem in ipſis craſsiorem fieri contingit, vel quod vētriculi os quod inteſtinis continuatur inflammetur. Huius quoq; affectus meminit idem Gal. in com. in lib. 6. Hip. de morb. vulg. com. 3. per hæc verba. ſed quibuſdam potius rarò iàm inclinante ætate, & affectu fluctuoſo uocato præcordiali, & melancholico vexatis cum venere|vtuntur inflari magis uentrem contingit Ijſdem quoq; ipſis ut aſsiduè coitum appetant euenit, Cur vero non omnes hoc morbo detenti melancolia corripiantur, & ſi omnibus ab affecta parte uapores melancholici eleuettur cerebrum impetentes ea eſt cauſa iudicio meo, quod fortes animales facultates principes internas obtineant, quæ ualidæ cum ſint cauſis reſiſtere poſſunt, vaporeſq; iam dictos diſsipare quod ex verbis Gal. colligere poſſumus, dū ait pueros, & indoctos in tenebris profundis terreri, minimè verò audaces, & doctos, agens enim in paſſo bene diſpoſito facilius agit, & dicebat Au. 2. met. cap. 2.

agentem debilem poſſe efficere actionem maiorem actione agenti fortis, & hoc propter diuerſitatem ſubiecti in diſpoſitione, ſeu præparatione, & 2. de gener. animal. c. 1. agens debile quando agit in materiã poſsibilem videtur eſſe maius, & manifeſtius quam ſit agens fortius, quod agit in materiam difficilis poſsibilitatis, à pari, & nos dicimus vapores melancolicos ab infernis partibus eleuatos, ſurſumq; petentes nonnulli melancolica excitare ſymptomata, aliquibus vero minimè, pro diuerſitate ſubiectorum, quę minus, vel magis apta ſunt ad ſuſcipiendam, vel arcẽdam noxam ab illis illatam. ex quibus patet perperam Medicos Mantuanos à Monardo epiſt. 1. lib. 17. redargui, eo quod ſcripſiſſent D. Aurelium Recordatum hypocondriaca affectione ſeu mirachiali laboraſſe, cum mente ſana conſtaret, rectius enim in illos animaduertiſſet, inquiens illum non laboraſſe melancholia hypocondriaca; cum affectionem hypocundriacam ſimpliciter dictam nonnullos uexare quotidie obſeruemus, quibus nulla vel ſaltem leuia admodum melancholica ſymptomata eueniunt. Hoſce ut diximus flatus plurimi infeſtant; vnde non immeritò Gal. tum 3. tum 5. de loc: affect. nec non & 2. de ſymp. cauſ. hunc morbum hypocondriacum flatum appellauit. Arabum verò ſectatores Mirachialem morbum, ſeu mirachiã dicunt, eo quod Abdomẽ Arabibus Myrach vocatur, in quo loco plurimi flatus percipiũtur, qui hinc indè commoti rugitus illos excitãt, qui frequentiſsime nedum ab ęgrotantibus, ſed & ab aſsidentibus audiuntur; Nec tamen hoc à ratione alienum putandum, vt quidam falsò imaginati fuere, & ſi enim flatus ab imbecillo, diminutoque calore fieri manifeſtum ſit, & partes illæ affectæ, quę flatibus redundant, calida in temperiè ęſtuent, non tamen ob id cenſendum flatuoſitatum generationi obſtare, quinimo potuis maximè fauere; Nam ut inquit Au. & ſi in is non reperiatur ſitis, & adſint ructus, & ventoſitates frigiditatem præ ſe ferentes, non tamen ſequitur quin cauſa huius affectionis poſsint eſſe calida, eo quod calor extraneus, qualis eſt in taliter affectis, facit exhalare calidum innatum, & ipſum debilitat, hincq; fit vt calore naturali coctionum opifice labefactato, ſequantur cruditates, ructus; & flatus copioſi, eo quod calor pręter naturalis lædit formam naturalem caloris intrinſeci, & corrumpit ipſum. Pulſatio illa tactui quam maximè manifeſta, quæ ſubter pręcordia præſentitur ab eadem in temperie calida ortum trahit, ut multi exiſtimarunt. nam temporũ arterias per febres vrentes, & ſi à potu meri largiore, & in capitis doloribus à ſolis ardore excitatis ob pręter naturalem caliditatem maximè pulſare docet Gal. 4. de diff. pul. c. 1. & com. 9. 3. com: in 1. Prorr. Hip. quæ ratio & ſi veritati conſentanea ſit, nihilominus, & aliam cauſam

ſam huius pulſationis à nobis excogitatam ſubnectere placet ad quã excogitandam ex lectione Mundini, & Carpi Anatomes excitati ſumus,& eſt huiuſmodi. In meſenterio plurimas glandulas reperiri omnes conſentiunt; quas Veſſalius, unà cum alijs Anatomicis in hunc vsũ fabrefactas à natura ſcribunt, ut ſcilicet uaſis, quæ per meſenterium copioſa diſſeminantur fulcimentum quoddam, ac firmamẽtum eſſent, ne ſcilicet in magnis, atq; uiolentis motibus diſrumperentur, lacerarentur uè. Faloppius verò hunc alium ipſis uſum aſcribit, ut ſcilicet obſtent quo minus uaſorum ductus comprimantur, vel à ræpletis inteſtinis, vel à prono decumbente animali, vel compreſſo abdomine aliquo alio modo. Nos utrunq; vſum præſtare poſſe contendimus, ſi naturaliter ſint conſtitutæ cum ſpongioſiora rara, & leuia corpora ſint at ſi humore aliquo craſſo, terreſtriq́; qualis melancolicus eſt, repleantur, earum cauitates fit ut potius comprimant uaſa; atq; diſtributioni ſuccorum impedimento ſint; replentur itaq; in hypocondriaca affectione, ut teſtatur Mundinus in Anatome c. 13. cui adſtipulatur etiã Corpus huiuſmodi glandoſa corpora humore craſſo, atro, & melancolico, aſſato ſcilicet ſanguine, qui in uaſis multiplicibus quibus abũdat Meſenterium continetur ob calidam eius partis intemperiem, verum cum in centro Meſenterij grande glandoſum corpus reperiatur inſigniores, ac primas uaſorum diſſectiones ſuffulciens, hinc fit ut ibidẽ arteria magna, quæ iuxta venam cauſam per dorſi medium verſus ſiniſtram partem perrepuit craſſo humore glandoſo hoc corpore oppleto, ac reliquis etiam glandulis circumiacentibus eodem modo ex humore melancholico vrgentibus comprimatus, ſicq́; non ſolum ratione calidæ intemperies, ſed etiam ratione compreſsionis vehemẽtius pulſare in ſiniſtro hypocondrio perſentiatur; quæ trinam pulſatio maior, faciliuſq́; ſe ſe offert tangenti, eo quod hac affectione detenti ex carnes euadant, atq; circa eam pręcipuè regionem extenuentur ſiquidẽ Gal. per initia lib. de introduct. act. pul. ſcriptum reliquit arteriarum quæ partibus ex carnibus inſunt pulſationem claucis percipi, earum vero quæ in carnoſis ſunt obſcurius; niſi forte extabuerit animal, nã ſic motus arterię, quæ ſpinæ incumbit, tangentibus epigaſtrium, plerunq; deprehendi ſolet, quòd pariter lib. 1. de dig. pul. per hæc uerba repetit. Iam uero maximæ arterię, quæ ſecundum dorſum eſt ſita, cuius fugit pridem motus, ſimulatq; contabuit animal ad abdomen motus percipitur. Atque quis compreſsionem arteriæ à corpore glandoſo grauiori ex repletionem humoris terreſtris affecto minimè (qd̃ nos facimus) inter cauſas pulſationis maioris illius reponendum contendet auctoritati Gal. inixus; ait namque, Gal. loco paulo antea cita

 to;

tò; Arteriæ quippe leuiora corpora ubi diſtendantur facilè ſecum attollunt grauiora ægrius, prægrauia autem ne mouent quidem; ſi ergo grauiora ægrius attollunt arteriæ, ergo tanto ſegnior erit motus arteriæ magnæ quanto grauius à glandoſo corpore comprimetur. Cui ſic ſatisfaciēdum putamus, verum quidem eſſe arterias grauiora corpora ægrius attollere, ideſt maiori cum conatu, undè fit uehementior motus earum, per grauiora enim corpora intelligenda ſunt, quæ licet arteriæ vim inferant, nihilominus à motu arteriæ ſuperari, & abigi poſſunt; quod experimēto patet; ſi enim digitis arteriam brachij leuiter comprimamus motum naturalem percipimus, at arctius cōprimentes aliquantulum uehementiore pulſatione digitos percuti manifeſtè cognoſcimus, maiore conatu ſcilicet natura arteriam mouente, ut onus ſibi graue propulſet: at ſi aretiſsimè arteriam compreſſerimus uix motus percipietur, ut potè ſuccumbente natura oneri grauiſsimo, & cuius propulſationem aſſequi non poteſt; ſic in inflammata particula nō ſolum ratione caliditatis excedentis ſed etiam compreſsionis oritur pulſatio; dicebat namq; Gal. 2. de loc. aff. c. 3. non ſolum dolorem inflammatis partibus oriri, eo quòd dum attolluntur arteriæ; ab adiacēte carne comprimuntur, & ipſam comprimunt, ſed eadem de cauſa, & inflammatas partes pulſare, & quantò maiores fuerint tumores, atq; inflammatorij affectus, tanto magis, & pulſatio, & dolor aderit, quod etiam c. 1. lib. 14. met. med. confirmare uidetur dum ait pulſationem magnæ phlegmones proprium eſſe ſymptoma; ſtatuamus itaq; contētum in glandibus meſenterij humorem craſſum melancholicum non ſolum arteriæ magnæ pulſationem grauius comprimendo uehementiorem reddere, ſed & obſtructiones uaſorum, quę ſuffulciuntur, augere, ſicq; calidam intemperiem partis intendere, ex quo fit ut aſſato magis ſanguine, humor melancolicus in corpore redundet, atque iam enarrata ſymptomata excitet. Reliquum modo eſt vt declaremus undè ortum trahant multæ ſeroſitates, aquoſeq; materiæ quę in hypocōdriaca affectione dicta multiplicantur, atque cum patiens altieus ſpiritum trahit fluctuationem in hypocōdrio prẹſertim ſiniſtro excitat, quæ & ſi uiolentius corpus dimoueatur facile perſentitur; fecinore phlegmone obſeſſo, prẹſertim caua ipſius parte, protinus etiā venas, quæ in meſenterio ſunt unà phlegmone laborare, neceſſe eſſe tradidit Gal. lib. 13. Met. in calce c. 14. & e contra etiam male affectis meſaraicis, hepar quoq; malè affici non eſt dubitandum, quinimo Gal. 5. de locis aff. c. 7. ſcribit meſentericas uenas habituali intemperie affectas facile poſſe hepati, præcipuè partibus ſimis, eandem intemperiem communicare, quamobrem cum ſuperius ſtatuerimus, intemperiem calidā

præ-

præternaturalem in hac affectione in meſenterio reperiri, ex qua naturalis eiuſdem calor debilitatur, haud à ratione alienum erit ſi eadē hepati comunicetur, vnde etiam ſequatur eiuſdem temperamenti vitium, ſicq; eius operatiões quę eiuſdem caloris naturalis medio perficiuntur, vitientur, ita ut ſanguificatio recta minimè ſequatur, ſed aquoſior ſanguis plus iuſto progignatur: præterquam quod & offenſa uentriculo quoque comunicari poteſt, unde cruditates multæ generentur, maléq; complectente ventriculo in illo fluctuent, & in inteſtinis etiam, in quibus quoq; concoqui alimentum in tranſitu per ea facto teſtis eſt Gal. 4. de vſu partium, quorum etiam facultates quatuor miniſtrantes, cum omnia meſenterio hęreant, ex eiuſdem læſione, offenſionem pati non eſt ambigendum, vnde nec ipſa recte continē do cruditatibus ad fluctuoſum motum gignendum occaſionem præbent. Verum quia ſemper nos obſeruauimus nullis euacuationibus quamuis repetitis licet cætera ſymptomata conquieſcant nunquam tamen fluctuationem tolli, nec etiam imminui ob id cogimur affirmare aquoſitates huiuſmodi aliquo loco contineri à quo nullo pacto poſſint vel ſaltem admodum difficile ammoueri cumque hanc eſſe ventris magnam cauitatem exiſtimare nequeamus, ſi quidem hoc dato, qui hoc morbo detinentur tandem hydropici fierent, quod non fieri uſu probatum eſt, in hanc deuenimus ſententiam inter binas tunicas, ſeu membranas meſenterij corpus cōſtituentes aliquam ſeroſi humoris portionē cōtineri, nāq; binæ hæ membranæ multa intercedēte pinguedine inuicem diſtant, ut enim homo copioſa vndecunq; abundat pinguedine, ſic meſenterium quoq; prępinguæ adipiſcitur ſanguine ibi ex uenis reſudante, membranarumque ui in adipem mutato; At cum prętemnaturalem calorem membrum iſtud in hac affectione occupaſſe dixerimus, fit ut pinguedo hæc paulatinè procedente morbo liqueſcat, ac cōſumatur, ſicuti enim calor feruētiſsimus teſtimonio Gal. in com. 72. comentarij. 3. in 3. lib. Hip. de morbis vulgaribus carnem fundit ita moderatior, minuſq; feruens pinguedinem liquare ac conſumere poteſt, liquata itaq;, & conſumpta pinguedine inter membranas meſenterij binas mediante, fit ut locus intermedius vacuus derelinquatur, qui poſtmodum paulatinè icoroſo humore à venis meſenterij reſudante repletur, verum quia hæ membranę inteſtinis annectuntur, fit ut illis compreſsis, uel retroactis moueatur quoq;, & unà meſenteriū uniuerſum, ſicq; icor in illo contentus fluctuans motū illum undoſum, ac ſtrepitum edat. Non enim Rhondelitio aſſentimur, qui in Mirachiali affectione intemperiem ſiccam cum aliqua caliditate, ſine humoris affluxu in meſenterio reperiri literis mandauit. Vtinam aliquando mi-

hi

hi liceat hominem aliquem hoc morbo peremptum diſſectum conſpicere ut certiores effici ualeamus an res ita ſe habeat, quemadmodum opinamur nec ne. Sed fortaſſe quis aduerſ⁹ dicta noſtra inſtabit; quod vno & eodem tempore in Meſenterio intemperiem calidam & frigidã quæ contrariæ ſunt, nec in eodem ſubiecto eodem tempore ſe compati queunt, ineſſe uoluerimus in hac affectione, Cui ſit ſatisfaciendum putamus. medicis mos eſſe in temperiem frigidam vocare cum calidi naturalis temperies vel à frigido, uel a calido imminuit, modo calor naturalis idem ſubiecto eſt cum calore præternaturali quinimo præternaturalis calor ipſe naturalis eſt mutatus ad igneam qualitatem; Naturalis namq; animati corporis calor nunque naturalitatis nomẽ ammittit niſi extra primos ſuę temperiei gradus erumpat, quibus trãſactis extra propriam temperiẽ ignea caliditate defertur, atq; igneus tunc præternaturaliſq; efficitur, at non uniuerſaliter per totam ipſi⁹ caloris eſſentiam, calor naturalis præternaturalis euadit, neq; enim latitudo ſubito aquiritur, deperditurue, ſed paulatinè naturalis innaturalis euadit, atq; ſicuti dũ naturalis erat, ſalubres edebat actiones ita quamprimum prolabitur in gradum caloris extraneum, ſtatim lęſio actionum ſequitur, uerum cum inchoata præternaturalitate caloris naturalis multæ quoque ſuper ſint gradus caloris differentiæ quę naturalitatis adhuc naturam obtinent, & nondum permutatę, igneæq; effectę ſunt, & naturaliter agunt, & ſimul etiam exiſtunt cum gradu caloris præternaturalis præter naturam excalefaciente & operante, ſicq; calor naturalis alicuius partis lapſus à ſuę naturalitatis temperamento, cum totus nõ ſit præternaturam effectus, lęſas tantum, & nõ deperditas ſuas obtinet actiones ſicq; duo caloris gradus quorum vnus præternaturam, alter naturalis exiſtit in uno, & eodem ſubiecto ineſſe poſſunt. atq; vnus ſecundum naturam, alter præternaturam agere poteſt, non tamen ſeuinctim agere dicimus, ſed dum una vincti reperiuntur, idem enim in radice, & fundamento exiſtunt calor naturalis, & præternaturam, & ſolum ſecundum gradus metaſq; quaſdam diſtincti. eum itaq; in meſenterio intemperies calida, & ignea introducitur, læditur calor naturalis, ac minuit vnde deprauatè ac diminutè operatur, hincq; fit quod frigida etiam illi dicatur ineſſe intemperies, quæ tamen re uera frigida non eſt, ſed calida, at quia imminutus eſt calor naturalis hinc fit ut priori naturali ſuo temperamento comparata frigida dicatur, ex dictis itaq; iam ſatis patere exiſtimo qualis ſit hypocondriacæ, ſeu myrachialis affectionis dictæ, ac illius ſymptomatum eſſentia. ſed antea quàm huic capiti vltimam manũ imponamus mirabilem hypocondriacæ mulieris nobiliſsimæ Vrbis,

noſtræ

noſtræ libet ſubſcribere hiſtoriam: Hęc cui nomen Laura Grignana ualetudinariam fermè continuò vitam ducit quemadmodum, & qui hac affectione laborant ducere cõſueuerunt;ac cum utero gerit, tũc longe melius multum ſe habet,cum tamen prægnantes propemodum omnes malè ſe habere obſeruatum ſit, pręſertim vero tùnc melius ſe habere ſolet cum grandiuſculum fœtum utero gererit.Cuius rei cauſam nos eam eſſe cenſuimus quam Ariſt.aſsignat.4. de gen. animal. 6. dum ait quod quibuſdam mulieribus euenit ut prægnantes melius ſe habeant in quarum corpore exigua continentur excrementa quę abſumi poſſunt cum alimento quod fœtui adminiſtratus,licet enim mulier hæc multo excremento redundaret tamen illlius portio cum modo dicto abſumeretur melius ſe habebat,addamus quoq; fœtũ calore proprio utero contentum fouendo meſenterium flatuum generationem prohibuiſſe, rectiores coctiones proceſiſſe, unde & minus ingratum tunc temporis uitam traducere conſueuit.

Sanguinis miri fluxus in lienoſis. Cap. IX.

IN lienoſis quibuſdam obſeruauimus repẽtinos ſanguinis fluxus non ſolum per inteſtina,ſed & per vomitum, ſemelq́; etiam vnà per vrinam profluẽte copioſo ſanguine;cuius non vulgaris euentus uerba facere hoc loco decreuimus anno. 1570. Nicolaus Gherardutius uir, cuius lien ualdè intumuerat ſanguinis nigricantis, & grumoſi libras amplius decem per ſeceſſum,& uomitum excreuit, vnde lienis tumor lõge minor quam antea fuerat,redditus eſt, nihilominus cum intemperantiſsimus eſſet rurſus intumuit,& poſtmodum per annum à prima ſanguinis excretione in alteram conſimilem incidit,ex qua in hydropem deuenit,& obijt. Patritio Cizzolio in vrbe noſtra idem ferè contingit;lienoſus uir hic erat, incidit in ſanguinis fluxum per annũ & vomitum detumuit lien,ſanatus eſt, ſed tertio poſt anno rurſus eadem ſanguinis reiectione tentatus vitam cum morte commutauit conſimili morbo Reuerendiſsimus Marcus fidelis Gonz. Epiſcopus Mantuanus anno. 1583. deceſsit,Monacus quidam Carmelitanus cũ lienis tumore diù laboraſſet repente in ſanguinis reiectionem copioſi,craſsi,& fœculenti per uomitum extramiſsi incidit, eadem die, & per aluum eiuſdem generis ſanguinem extramiſit, & die ſequenti ſanguis quoque per uias loſii exiuit; cumq́ue interim nullius doloris vlla in parte conquireretur animam unà cum ſanguine fudit. Sanguinem ab hepate,uel liene profluentem per ventriculum uacuari poſſe

teſtis

teſtis eſt Gal.5.de loc.aff.capite 5. & 6. eiuſdem capite 1. quod pariter confirmat Hip. lib. 5. morborum popularium hiſtoriam recenſens illius qui iuxta curriculum habitabat qui ſanguinem noctu uomuit à liene profluentem, per ſeceſſum uero eundem ſanguinem excerni poſſe non eſt ambigendum, quod uerò hepatis pręſertim gibæ partes per urinam expurgari poſsint omnibus compertum eſt. At de liene non ita manifeſtum, quandoquidem in re hac Gal. ſibi ipſi contrariari uidetur, cum lib. 13. Met. Med. hæc habeat. In liene uerò conſtat alteram dumtaxat eſſe ſuperflui vacuationem, cumq; per renes agatur, nulla huic uiſceri euacuando uia pateat. 2. uero lib. de arte curatiua ad Glauconem ita ſcribit. Quod uero in gibis Iecoris per urinas ſimis uero partibus per aluum excrementa ducere oporteat, uiſceris ipſius ſitus indicat, quodque pulmonem, & thoracem per tuſsim repurgare conueniat, uentrem, ac ſtomachum vomitum inteſtina alui deiectione, quemadmodum lienem quoque & renes per urinam. Vidit hanc contradictionem in Gal. dictis Amatus Luſitanus & cent. 6. cur. 39. in ſcholio conatur ſaluare Gal. legẽdo illius dicta diſiunctiuè quẽadmodum Leonicenus interpretatus eſt in ſua uerſione, ita ut ſenſus ſit; Inteſtina expurgari per inferiores excretiones, quemadmodum & ſplenem, ibiq; ſit finis ſententię, & pũctus & poſtea ſequatur; & renes per vrinas. Sicq; concludit Amatus ſplenem ipſum per vrinas nequaquam expurgari poſſe, inuehiturq; in Andream Lacunam, atq; Achachiam uirôs de re medica optimè meritos, illis imponens quod male Gal. dicta interpr-ætati fuerint, minimeq; græcum exemplar curauerint in quo tamen ipſe potius repreheudendus; nam in Græco exemplari Baſileæ impreſſo, quod apud me eſt, atq; à linguę græce peritioribus emendatiſsimus cenſetur ita legitur tex. qui difficultatem facit *ἔντερα δὲ ταῖς κάτω διαχωρήσεσιν ὥσπ·ρ οὖν καὶ σπλῆνα καὶ νεφροὺς ἐμεταῖς δι' οὔρων.* quæ latinè ſonant; Inteſtina autem per inferiores excretiones, (& hic punctus) quemadmodum & ſplenem, & renes per vrinã. quod uero per urinam ſplen expurgari poſsit, ratione, aut. & experimento comprobare libet aduerſus Amati ſententiam, quam pariter inſecutus eſt Aloyſius Mundella in 3. dialogo, & primam rationem ex anatome deducimus. Nulli dubium eſſe debet ab epate ad lien deriuari uenarum propagines plures per quas ſanguinis pars fęcalis ad lienem deducitur, minor enim ſiniſtræ uenæ portæ trũcus inferiori omẽti membrana ſuffultus, tranſuerſim ad lienem tendit, ac multiplici ramorum ſerie cauæ lienis ſedis medio implatatur, cum itaq; per huiuſmodi uias humor melancolicus ad lienem deriuetur, quid prohibet per eaſdem, quod ſuperuacaneum eſt, in ipſo liene ad epar quoque deriuari,

riuari, & inde ad venas emulgentes renes, & ueſicam ſero permixtũ delabi. Certe nihil, quod ipſe videam, nam ſi quis obiecerit venas illas ab epate in lienem deriuatas in cauā hepatis partē implantari minimè uero in gibbā, & per cōſequēs quod per illas fertur per ſeceſsũ, & non per vrinā excerni. Rñdendũ erit oēs anatomicos indubiè aſſerere ab extremis Iecoris partibus ex ipſius concaua ſede exiguas uenularũ propagines ad mediũ Iecoris tendentes inuicē coire, maioreſque uenas cōſtituere, atq; ex maiorib' illis rurſus grādiores tātis per effici quouſq; in uenæ cauæ caudicē finiant, pari etiā ratione ad cauæ ipſius venę generationē ex ſummis Iecoris finib' in gibba ipſius ſede innumeræ venularũ propagines oriuntur, q̄ verſus iecoris mediũ ꝓrepentes, in inſigniores venas coeũt, atq; hę rurſus in ampliores eo vſque colligunt donec venā cauā dictā cōſtituunt, à qua venæ emulgentes ad renes deriuantur, vtrarũq; harũ venarũ cōcauæ ſcilicet & portæ rami per iecoris corpus exporecti extremis oſculis inter ſe conniuent, atq; multis locis congredi, atq; cōtinuari manifeſtè cōſpiciunt, ita ut oculis iſtis ita iter ſe cũiunctis, qđ ex oībus ſimarũ partiũ venis exierit ad gibbas partes per dictas partes tranſumat & è cōtra à gibbis ad ſimas ut Gal. 5. de loc. aff. c. 6. clariſsimè docet. manifeſtũ itaq; à uena portæ ad uenā cauā patere uiā, & tranſitũ 2. propoſitũ argumento ſic probamus. Humor unuſquiſq; in corpore noſtro propriam habet ſeroſitatē Gal. teſtimonio 2. de facul. natural. c. vlt. & Claruis in com. 38. vbi id non ſolũ ex propria, ſed & Platonis & Hip. ſententia aſtruit. Vſus harũ humorũ ſeroſitatum ex eodē Gal. 4. de vſu par. c. 5. eſt, vt facilius per corpus ducantur, at cũ id munus expleuerint ſunt corpori oneroſæ, ac excrementa, q̄ propriæ per renes, & veſicā excernere ſolet natura, vt Gal. citato c. vlt. lib. 2. natural. facult. docet, cum itaq; humor melancolicus unà cũ propria ſeroſitate ad ſplenē deuenerit ſeroſitas illa excrementitia fit, atq; à ſplene tanq̄ quid oneroſum expelli debet, qđ nulla alia uia magis decenti à natura expleri poteſt, quā per uenas ſuperius dictas ad epar, inde ad uenā cauā, & per emulgentes venas ad renes, & ueſicā qđ pariter experimento ſenſato comprobari poteſt, vidimus aliquando (& ipſe id bis adnotaui, in tumoribus lienis urinas nigricantes, & fuſcas emanare, quod vtique indicat illas decedere ab humore atrabilari, ſi Gal. credimus 2. de diff. feb. ubi de pleuſide uerba faciens inquit, ſi ſputum excreatum nigrum erit, ſignificat in apoſtemate computruiſſe humorem melancolicum, & iure optimo Auic. fen. 15. 3. cap. de ſignis apoſtemate lienis inquit, quòd cum ſplenitici ſe multum exercent deriuatur humor melancolicus ad uias vrinæ, & vrinæ fiunt nigræ, & Galen. in 6. de

morb.vulg.cóm.5.tradit quod vrinę nigræ colliquati lienis ſunt notę, Addamus Hip. aut. lib. de affectionibus quo loco tradit lienoſos curauit perdiù reticorum uſum, & inter recentiores Holerius c.de ſplenitiçis in ſcholio inquit Neq; tamen negamus induſtria naturæ aliqñ humorem melancolicum per renes,& ueſicam expurgari,ſed ut conciliemus Gal.dicta ad ipſius aut.6.cap.13.lib. Met.Med.dicimus minimè ibi Gal.uoluiſſe lienem nullo pacto per urinam uacuari poſſe, & ſi id uerba illius prima facie ſignificare uideantur, ſed ſenſus genuinus illius loci eſt, quod non brinæ viæ pro lienis phlegmonis euacuādis manifeſtæ,& propriæ inſunt ut ſcilicet ſimæ eius partes per inteſtina gibbę vero per renes,quēadmodum cernimus in epate,quia nullum vas lieni à natura inſitũ fuit,qđ recto tramite illius excremēta ad vrinæ vias deducat,vti fuit ipſi hepati,& ob id quoties euacuandũ eſt viſcus iſtud debet euacuari per inteſtina,quia natura illi uias pro hac euacuatione moliēda manifeſtas recto eo ducētes inceſſu excremēta donauit,nō tñ negaret Gal.quin,& aliquādo per uias urinæ expurgari poſſet lien cũ ſanguis ob vno viſcere ad aliud,& particulariter à liene fluēs migrare poſſe clariſsimè docuerit ĩ 3.com.1.li.Prornet. Hip. tex.33.& Aræteus li.1.c.2.ſic ſcriptũ reliquerit.ſi gula, aut ventriculus ſanguinem vomũt nō ita terribile eſt, & ſi valdè copioſi ſanguinis vomitus eſt,neq; longa curatio eſt,neq; vacua,ſi à iecore aut liene ꝓdeat non facile id fit,neq; cōtinenter,namq; in ventriculũ & inteſtina expeditus hæc uiſcera ſanguinē propellũt,haud ita tñ quin credēdũ ſit hæc eadē ad ſuperiora uidelicet pulmonē,& arteriā poſſe retrudere;ex quibus Aratei verbis facile colligere poſſumꝰ, qđ ſicuti ſanguis à liene exiens deriuari poteſt ad pulmones,& arteriā,multo certè facilius ad locij uias detrudi poterit. Quāobrē cōcludimus in ægroto noſtro ſanguinē à liene manātē ꝑ ſeceſſum vomitu, & ꝑ vrinā excretũ fuiſſe,& ſi fortaſſe qſpiā quoq; ambigere poſſet ad ventriculũ minimè regurgitare potuiſſe Veſſalij auctoritati inixus,q aduersꝰ oĩum ꝓpè modũ recētiorũ,& antiquorũ placitũ tradit,nō dari meatũ in ventriculo;cuius medio lien in vētriculũ ſuccũ melancolicę eructet;nā data huius ſententiæ ueritate,inſtantia tñ nulla eſt,nā idem Veſſalius fatetur à uenis in liene implātatis nōnullas venas oriri,q̃ in ſiniſtro vētriculi latere pertingũt,quibus medijs ſanguinē melancolicum à liene ad ventriculũ deriuari potuiſſe nō eſt ambigendũ, præſertim cũ Gal. lib.3.de nat.facult.cap.13. fateatur lienē mediantibus uenis quibus cum alijs membris ſocietatum habet diuerſis temporibus trahere ac in vnum quodq; mittere poſſe,& alio tpē excremētũ effundere, alio rurſus aliquid proprij nutrimēti attrahere,atq; non ſolũ, à iecinore,

& lie-

& liene aliquid in uẽtriculũ per ea per q̃ ex hoc in illa prius ſubijt deferri, ſed etiã ab ultimo, & ſummo corpore aliq̃d intrò reuerti, quare dato & nõ conceſſo verã eſſe Veſſalij ſententiã nihilo ĩus ſententiæ noſtrę minimè aduerſabit, quãto magis ſi falſa fuerit, q̃d cõmuniter ſentiunt Anatomici ferè oẽs; & Realdus Colũbus exẽplo nobis ſatis aptũ facit, nã li. 15. de ijs, q̃ raro in Anatome contingunt ſic ſcribit. In Cardinali Cibò vena quę a liene ad os uentriculi tendit inſignis erat magnitudinis, quæ quãplurimũ ob anaſtomoſim, uel fracturã reſerata eſt, illico ventriculus ſanguine repletus fuit, & non modo uentricul᷒, ſed inteſtina omnia, licet dũ adhuc uiueret in morbo ipſo tum per uomitũ reieciſſet, tũ per ſeceſſum deieciſſet, quã ſectionẽ dũ ego diligenter peragerem ob ſubiecti dignitatẽ, ac morbi raritatẽ aderat Ex. Anton. Muſa Braſauolus Ferrarienſis. Verum cum ſanguinis profluuia alterum trium modorum fieri teſtetur Gal. lib. de diff. ſymp. & 4. de locis aff. reſerato ſcilicet aliquo uaſis oſculo, aut rupto, uel eroſo uaſo, aut rarefactis uaſorum tunicis, quem tamen ſanguinis fluorem. 3. modo dictum ad oſculorum apertionem reduci poſſe ipſe met. 3. de cauſis ſymp. fatetur, videndũ eſt quo modo in pręnarrato ægroto extrà fluxerit. Non utiq; dicendum quod rupto aliquo uaſe id euenerit præſertim efatu digno in liene exiſtente, nam ſi ſic accidiſſet, ſanguis potius in vẽtris inferioris cauitate collectus fuiſſet, quod & ſi ex mẽbris ipſius ſicu clariſsimæ pateat, libet tamen, & experimento id confirmare quod à vulneratis in ea parte deſumi poteſt, hi namq; in hypocondrijs grauitatẽ ſentiunt ob ſanguinis in cauitate transfuſi copiã, & doctiſſ. Veſſalius in lib. de corp. hum. fabr. 5. c. 9. hiſtoriã recenſet Bello armati inſignis Iuriſcõſulti mortui ex paruo venę portę caudicis abſceſſu erupto, unde vniuerſus illius corporis ſanguis in Peritonei cauitate traſmiſſus fuit Mirandũ ſanè q̃d Aræteus uoluerit li. 1. c. 8. diſrupta caua vena ventriculũ, & inteſtina repleri, niſi dixerim᷒ illius fuiſſe ſententiã non ſolũ imum uentrẽ, ſed & uentriculum, & inteſtina ob copiam repentè fluentis ſanguinis repleri, quod illius uerba uidentur ſonare. meminit Amatus Luſit. cent. ca. cuiuſdam qui ex frequenti vxoris ſuper ſe in re uenerea decubitu, quæ corpulenta, & uaſti corporis erat in uenæ cauæ rupturã incidit, & de repente omni ſanguine extrauenato mortuus fuit. Nec tamen Nos ab hac ſentẽtia auertere debet Gilberti ſententia, qui referente Nicolo dixit, quod non ſemper ſanguis qui exit propter rupturam venę chylis in concauitatem uentris effunditur, ſed infra pinguedinem quam chylis & renis circumueniunt retinetur, & rurſus per venæ rapturam per quam exiuit intra venam fertur, & ſubintrat, & per concauitatem eius cum

vrina emittit,hoc enim ita imaginariũ eſt quẽadmodũ , & aliud eiuſdem aſſertũ,ſanguinẽ ſcilicet in cauitate Peritonei extrauenatum reſidẽtem,rurſus carne epatis ſpongioſa, & cauernoſa imbibi,& poſtea exiſtente epate forti per uenas capillares ad renes tranſmitti concludamus itaq; ad rem noſtrã,conuerſi ſanguinẽ in lienoſis iam memoratis potius per apertionẽ oſculorũ uenarũ lienis profluxiſſe,quam alia de cauſa,ſanguine melancolico,ſua acrimonia ſtimulãte uenarũ oſtia, illarũq; apertionem multã ſanguinis ſeroſitatem, quam in lienoſis ob deprauatum ſanguificationis munus redũdare manifeſtiſsimum eſt, & experimento conſtat,quod vero nimia ſanguinis humiditas ſeroſa, fluxionem eiuſdem reſeratis uenarũ oſculis quã maxime excitare poſſit dimiſſa ratione experimento comprobatum habemus quod ex Io. Matthæo de grado collegimus,& eſt huiuſmodi in prima parte practicę c.25.Fluxus ſanguinis plerunq; pendet ex ſuperfluitate humiditatis,& iſtum caſum uidi ego in una Moniali in qua non ex abundantia humorum,nec aliqua cauſa primitiua vt a caſu, vel percuſsione,emanabat undequaq; ſanguis,& per ſputum , & per nares , & per urinam, unde in prima prȩſentatione quaſi per omnia euacuatoria uidi eductionem ſanguinis notabilis quantitatis, ita ut aſcenderet ultra 18. libras,& tamen erat exilis naturæ & macilenta,& phlegmatica, tentaui;pro cura propter debilitatem ſolum uentoſas ſiccas in ſpatulis, & immediate facta cutis eruptione impletæ ſunt ventoſæ (ſanguine) nolui ullo modo tentare phlebotomiam propter debilitatem ſed non habens aliud ingenium ad curam deditandem. ℥. 1. Philonij Perſici cum timore , tamẽ per Dei gratiam de caſu quaſi deſperato ſanata eſt infrà duas horas . Addamus nos quotidie obſeruari in lienoſis fluxũ ſanguinis narium frequentem,& ipſe recordor dum primis annis medicinam facerem me uiſitaſſe fabrum quendam ferrarium lienoſum hominem,cui ſcoroſi ſanguinis ex uenula gingiuȩ libræ amplius octo per totum diem,ac noctem extra fluxerunt . Concludamus itaque ex membris naturalibus atq; ex ipſo liene aliquando excerni ſanguinem qui nonnunquam per ſeceſſum,& uomitum aliquando etiam per vrinȩ uias extramittitur,quod & ſi ſatis ex p. hiſtorijs colligere poſsimus libet tamen,& haſce ſubnectere. Io. Langius epiſt. 40. hiſtoriam ſcribit cuiuſdam Abbatiſſæ in monaſterio Nori corũ propè oppidum Houum forum cui nomen ſebigepfort quæ 58. annum exceſſerat, hæc cũ circa hypocondria quotannis dolore citrà febrem corriperetur,ſpõtaneo copioſi ſanguinis uomitu a morbo liberabatur,& Heydelbergẽſis pyrobolarũ magiſter ferè ſeptuagenari' cũ magnis circa pcordia terminibus diuelleret repẽte noctu sãguinis pluſq; librã euomuit,&

conualuit. Ita ut dubio procul à nobis ſtatuendum ſit naturam aliquã-do naturalia membra ſanguine excreto criticè ab illis deonerate. Sic legimus apud Holerium in ſcholio 48. quod Archembault Aduocatus per aluum vomitum, & urinam, interuallis ſanguinem reddebat ætate virili. Sed hæc ſint ſatis pro præſenti capite.

Inteſtinorum obturatio mira. Cap. X.

NObiliſsimus eques Carolus Nuuolonus iã in ſenio cõſti-tutus alui ſuppreſsionẽ incurrit anno 1559. 11. Februa-rij, quã arcere tẽtarũt Medici medicamẽtis & clyſterijs, q̃ nihil per inferius educebant, exhibitum quoq; oleum amigdalinũ ad on. 6. pondus qđ tamen nec ipſum quicquã eduxit per inferius, ultimo loco ceream candellã per anum indidere, cuius portio ad cubitalẽ longitudinẽ intromiſſa, nitida, nulliſq; fecib⁹ deturpata extracta fuit, nulla tamen nec proinde excretione ſubſecu-ta; Aquæ thermales quoq; ex Aquario ꝓpinatæ, q̃ & ipſe ad intrà cor-pus detentę nihil profecerunt, quare ab undecimo decubitus die ex-tinctus, tũ febris ualida, & indeficiẽs ſuperueniſſet, unde Medici mor-bi cauſam indagaturi, eũ aſſentientibus propinquis iuſſu Principum diſſecare decreuerũt, quo facto inteſtinũ rectũ in parte ſuperiori, ita per digiti tranſuerſi longitudinẽ coiuiſſe, ac coaluiſſe inuenerunt, ut uix tenuioris funiculi craſsitudinẽ ęquaret, utrinq; in cõfinio inteſti-ni partibus in tumorẽ quendã veluti glanduloſum eleuatis, ex quo fa-ctũ, quominus fœces in ſuperiorib⁹ inteſtinis genitæ per cõſuetã, fa-miliaremq; regionẽ naturæ detruderent, quinimo nec thermalis aqua coanguſtatã partẽ potuit pertrãſire, ſed in monoculo cõgregata, re-perta; Inteſtina quidẽ nõ ſolũ ex flatuũ repletione, ſed etiã ex acrium humorũ frigidęq; ac uitreæ pituitæ redundantia, atq; etiã ex intẽpe-rie ſola dolere poſſe oĩbus receptũ eſt, quin imo & ulcera frequẽter pa-tiunt̃, & apoſthemate corripiunt̃, atq; etiã ſuppurant̃, quemadmodũ Gal. com. 8. 7. libri aff. docet. At quod aliqua in parte ita areſcant, ut tranſitus per illa intercipiatur rarum admodum eſt nec antiquiores ſcriptores, qđ meminerim docuerunt; & ſi Gal. lib. de loc. aff. ca. 2. id olfeciſſe uideatur, per hæc uerba. Atq; interdũ alij quoq; dolores & quidem vehementiſsimi in ſublimioribus inteſtinorum partibus eue-niunt, grauiter uomitionibus cruciantes, adeò ut nonnulli, ſub finem ſtercus quoque euomere conſpiciantur, à quo affectu uix un-quam aliquis ſanus potuit euadere; Nunc Ileon (ideſt Voluutum) uocant nonnulli etiam Chordapſon, cũ ſcilicet tumor aliquis eminet

in

in tenuuium inteſtinorum parte, ut uideatur inteſtinum ad cordæ ſimilitudinem conuolutum; hactenus Gal. ſicuti itaq; animalium inteſtina arte intorqueri ſcimus, fidibus parandis in liræ, teſtitudinis, ſimiliumq; muſicalium inſtrumentorum uſum; ita & aliquando exiguæ humoris alicuius caliditate ita areſieri in corpore humano inteſtinū contingit, ut in cordæ ſeu funiculi formam redigatur, ut nec ſpiritus quidem tranſitum admittat, quod uerò in corporæ noſtro humores ignei generari poſsint & adurentes nulla profectò indiget probatione, qui in inteſtinum aliquod prolabentes, iſtud areſacere poſſunt, quemadmodum ex igne materiali lora, & membraneam paginam areſieri, atq; ad minimum redigi conſpicimus, quod in prænarato bene factum cenſeo, qui cum ex ætate ad ueneteos congreſſus minus aptus eſſet, frequenter ad excitandum ueneris ſtimulum pharmacis quibuſdam calidiſsimis utebatur, ut audiuimus à familiaribus ipſius: Quod uero in ipſo toto ægritudinis tractu nullus uomitus excitatus fuerit, quod euenire conſueuiſſe teſtatur Gal. loco allegato id fuit in cauſa, quod non inteſtina tenuuia, & ſuperiora laborabant, ſed dumtaxat inferiora, craſsioraq; unde quæ per os ingerebantur liberum e uentriculo ad inteſtina, ad eam uſq; affectam partem tranſitum haberent ita ut meſeraicarum uenarum medio ad hæpar delatum alimentū corporis nutritioni diſtributum inſeruire poſſet, foeces uero ex calida ualida intemperie multum exſiccabantur, atq; in uarijs inteſtinorum anfractibus collocabantur, in quibus non ſolum per dies, ſed & per menſem nulla inſigni noxa ſuborieute retineri poſſe non ſemel obſeruatum eſt. Quod Raſis 9. cont. teſtatur per hæc uerba. Vidi quandam mulierem paraliticam, cuius uenter conſtipatus eſt per menſem unū, & Nicolus ſer. 5. c. 37. tractatus 8. habet; Vidi filiam Magiſtri Gucci de ſcarparia, quæ ab ipſa die qua concepit, uſq; ad 45. diem nullum habuit beneficium uentris, cum omnibus etiam medicinis lenitiuis, & uiolentis, & clyſteribus lenibus, & acutis, & emplaſtris, & unctionibus ſolutius, & tamen multum comedebat, & bibebat, & uelut ſana permanſit, & tandem tempore debito peperit filium. Fernelius de par. morb. & ſymp. quendam nouiſſe, ſcribit, qui non niſi duodecimo quoq; die excrementa foeceſq; deijciebat, & aliquando citrà manifeſtum corporis functionumq; detrimētum dies totos quadraginta nihil prorſus ab aluo reddebat. Noui ego nobilem urbis noſtræ D. Dioniſium de Pretis, qui cum ſcabie laboraret, aſſumpſit pilulas, quas Medicus pro purgando corpore præſcripſerat & non niſi poſt quadrageſimum diem excreuit, nulla interim effatu digna noxa percepta. Retinentur aliquando foeces debilitata uirtute expaltrice inteſtinorum

frigida

frigida intemperie. Et Abijezoar deſcribit exemplum huiuſmodi. Et recordor cum eſſem Iuuenis, quod hæc ægritudo accidit cuidam ruſtico, qui poſt multum laborem in tempore calido biberat multã aquã frigidam in magna quantitate, quare deuenit ad hoc, quod non poterat foeces eicere ab inteſtinis, & quæ ſequuntur. Conſimilem hiſtoriam illi quam de Carolo Nuuolono per capitis initia retulimus, leginius apud Iacobum Holerium de morbis internis lib. c. 4. ſcribit, namq; in ſcholio ſe obſeruaſſe in D. Zolin Medico, & Aduocato Gelot cui colon, qua parte uicinum eſt rei ſiniſtrò collecta ueluti cartelagine dura in ſcirrhum obduruerat interiore cauitate eo tumore intercoepta, & nihil transcurreret, ita quod neq; clyſteribus, neque medicamentis iuuabatur etiam fortibus, parte dextera ad inſtar magnæ ueſicæ dilatatum, & extenſum medicamentis datis, & potionibus plenum ſexto à quo decubuit die mortuus eſt, ſine febre, niſi quo die mortuus eſt; nimirum 5. Martij. 1555. Huius generis hiſtoriam talem recenſet Beniuenius de Abditis morb. cauſ. c. 34. In Coenobio Diui Donati qđ in agro Pulueroſæ, eſt religioſa mulier, & eius Coenobij profeſſa fuit, quæ inteſtinorum doloribus multis iam menſibus urgebatur, & aluus nihil niſi ægrè, & durum, idque tantum decimo quoque die reddebat, cumq; nullis conferentibus auxilijs diu multumq; hoc malo uexata tandem naturæ conceſsiſſet mortuæ corpus incidendum curauimus, & inuenta ſunt inteſtina altiori callo conſtricta adeoque de iter anguſtum relinquebatur, ut deiectiones ægrè tranſmitti poſsent; Hoc tamen nos malum propterea quod aluũ præmenti neſcio quod durum renitebatur etiam ea uiuente præſenſeramus. Non ſolum autem ex callo inteſtinorum prohibere foecum decurſum, ſed etiam multo craſſo humore in illis collecto retardare obſeruatum eſt. Scribit Fernelius lib. 6. de part. morb. & ſymp. c. 8. hiſtoriam cuiuſdã legati Caroli Quinti qui dolore, ac tumore à dextro hypocondrio per ima uentriculi in ſiniſtrum exporrecto torquebatur. Huic cum ſexennio toto remedij, genus omne tanquàm emolliendo ſcirrho adhibitum fuiſſet, iniecto tandem acriori clyſteri durum; ac firmum quippiam medio ductu pertuſum pedis longitudine detractum eſt, quod illi inteſtini portionem eſſe metuebant, ſed cum repentè leuatus uideretur adhibito conſilio iterum, ac tertio clyſteri prolutus eſt, rurſusq; ſimili euulſa materia continuò eſt priſtinæ ualetudini reſtitutus, quod excrementi genus expituita lenta caloris ui magis craſſeſcente, ſicque obſtinente inteſtinæ quibus adhæreret genitũ fuiſſe exiſtimamus. Eodem loco alterius meminit Fernelius, cui ſimilis affectus, ſed grauior exortus aluum prorſus cohibuit, qui tandem

ventre ſupramodum intumeſcente e uiuis diſceſsit, inuentumq; eſt colon inteſtinum vſq; adeò infarctum pituita concreta ut ſolidũ prorſus cenſeretur, nihilq; omnino in aluum fœcis dilabi ſineret.

Præfocatarum mulierum miræ hiſtoriæ. Cap. XI.

PLurimorum qui miraculi inſtar elati reuixerunt exempla varia deſcripta fuere à Valerio Maximo lib. 1.c.6.ita & Petrus Bayrus ſuę pract.lib.2.c.18. tradit pleroſq; fuiſſe tam uiros, quam mulieres qui ſepulti poſtmodum viui in ſepulcris reperti ſunt ſedẽtes, facie lacerata cum unguibus, & euulſis capillis; quod & nos Monachę urbis noſtrę nomine Domicillæ contigiſſe recordamur. Plinius li. 7. hiſt. natural.c.52. hoc fœminarum ſexui ex conuerſione vuluæ (quæ ſi corrigatur ſpiritus reſtituitur) frequenter euenire ſcribit, atque ex nobili apud Græcos Heraclidis uolumine ſeptem diebus fœminæ exanimis ad uitam reuocatę hiſtoriam recẽſet: quod profectò fabuloſum minime cenſendum, cum Medicorum ac philoſophorum poſitionibus non repugnet quãuis quo pacto id fiat non omnes conſentiant; Nonnulli enim uterum ad ſuperiora latum, ad ſeptumque tranſuerſum peruenientem ſpirationem intercipere tradunt, quibus Hip.lib.5.de morb.mul.& lib. de ſuper foe:& alijs pluribus locis aſſentiri uidetur, nec non & Plato in Thimeo, Pliniuſque ipſe loco citato. Alij uero inter quos Gal. ipſe 6. de locis aff. huiuſmodi ſententiam minime probantes ex ſemine, uel menſtruo ſanguine retento, & corrupto ſpiritum, & pulſum pręfocatis mulieribus intercipi ſtatuit. Quamuis enim Gal. ibidem in hoc affectu uterum modo ſurſum, modo ad latus retrahi uideri dixerit. Paulusq; lib.3.c.7. morbum hunc uteri recurſum ad ſuperiora uocarit, & Aetius quoque lib.16.c.70. in hac affectione uterum ad ſuperiora recurrere uideri tradiderit, quinimo idem met Gal. in lib. de uteri diſſectione utero à natura ligamenta laxa facta fuiſſe, ut moueri poſſet ſcripſerit, non ob id tamen cum Hip. Plinio, Platoneſq; conueniſſe dicendum, cum eorum opinio eodem. 6. lib. loc. aff. à Gal. ex intento confutetur; Quod enim in hoc morbo Virgineo ita à nõnullis appellato ſemper uterus malè afficiatur, ac ueluti conuellatur, retrahatur, ac nõnunquam peruertatur, utiq; fatendum, ſed non ob hanc eandem cauſam præcipuè tantum expirationem, pulſumque intercipi dicendum, ſed potius ex uitio ſeminis, ſanguiniſq; menſtrui retenti, & corrupti; ſemen enim in utero paulatine coaceruatum, nec non etiam ſanguis menſtruus in eodem præter naturam detentus uitioſi redduntur, ac

perfri-

perfrigerantur, noxamq; eandem utero comunicant à quo demũ ad cerebrũ, & cor frigiditas trãſmittitur, a quibus demum uniuerſo corpori ita impartitur, ut patiens extincta uideatur, nec ullum uitæ ſpecimen intuentibus præbeat, continuata partium traducta alteratione, vel ſpiritu, aura vè ab eiſdẽ excremẽtis eleuata, ad iàm dictas principes partes aſcendente, vnde meritò hũc morbum non inflammationem, ſed flatuoſam perfrigerationem eſſe Soranus dicebat, & ab Aui. fen. 21. 3. & Gal. 4. reg. acut. morbus hic inter frigidos repoſitus fuit, cuius aſsignata cauſa memini irrationabilis uideri debet, cum quotidie experimento probetur ſanguinem, lac, & ſemen ſicuti nobiliſsima ſunt, ſi in corpore noſtro proprium temperamentum ſeruauerint, atque naturæ ſucci familiariſsimi, ita ſi proprium temperamentũ amiſerint, eidem naturæ noſtræ quam maxime aduerſantur, atq; veneni naturã ſortiuntur, ex ueneni effectus excitãt, & quẽadmodũ ex ictu Phalangij vel Scorpionis exiguo veneno per minimũ foramen iniecto totũ corpus malè afficit, ita quoq; non mirũ ſi ſanguinẽ menſtruo, ſenioreq; præter naturã retentis, & non excretis; putreſcẽtes, uel uitioſi effecti ſæua non ſolum excitent ſymptomata, ſed & reſpirationem pulſumq; mulierum (in quibus ob exercitij priuationem deſidiamq; uitæ, & tẽperamento frigidius, & humidius, facilius quàm in viris ſemen uitiat) deſtitutas derelinquat, q̃, & ſi aliquando uita functa eſſe uideantur, & narium, oriſq; reſpiratio penitus ſit ablata, nihilominus ea quę in corpore ab arterijs, & corde perficitur, reſpiratione ſuperſtite, huius beneficio uita in illis adhuc ſeruatur, ſicuti videmus animalia quædam latentia temperamento frigidiſsima in cauernis pręſertim hyberno tẽpore per plures menſes nulla apparente per os in ipſis reſpirationis nota, ſed tm̃ per totius corporis arterias tranſpirantia, quales ſunt glires Alpini, Auellaneiq; mures, & à vulgo Marmotę appellatæ, in q-bus calor innat⁹ à frigore hyberno ſuperatur, adeo ut ferè extinguat, ipſaq; aĩalia mortuis ſimilima conſpiciantur, ac ſine ſenſu, & motu in latebris iaceant. Quod Nicolao Peripatetico referente Petro Aponẽti probat, ait namq; in ſuis ꝓblematibus hæc proferre. Scire oportet conſeruationem caloris fieri per aerem non ut quidam putant ad ſui refrigerationem imò ad nutrimentũ, in paruis enim animalibus, paruus eſt. calor ideoq; per corporis poros ſufficiens aer ingredi poteſt ad nutrimentũ. Ita quoq; mulieres in quib⁹ calor exiguus derelinquit totuſq; corporis habitus refrigeratur, & ſi per os uel nares nihil penitus reſpirare uideant, nihilominus calor exigu⁹ tãquã in arce tuta cõtractus in intimioribus præcordijs arteriarũ cordiſq; officio conſeruatur, vt Gal. docuit 6. de loc. aff. c. 5. Hinc Ariſtot. lib. 1. de natura

animal. c. 11. dixit dari facultatem uiuendi etiã ſi deſit reſpiratio, qđ cordis arteriarũq; fit beneficio, quod præſertim in animalibus, quæ ſuapte natura frigida ſunt, qualia latentia uel quibus ex accidenti vniuersũ corpus tale redditũ eſt, euenire poſſe dicẽdũ, ſicuti in aĩalibus q̃ calido temperamento prædita ſint, & integra ſanitate fruuntur. id uſu ueuire minime poſsit, ſed oris reſpiratione ad hoc ut uiuãt neceſſariò indigẽt. Verũ q̧s forte rẽ intimius perſcrutatus aduerſus propoſitionẽ hãc pluribus inſurget argumẽtis. Inquietq; primò minime uerũ eſſe, qđ in matricis ꝑfocatione detentis corpꝰ infrigideť, & adeo notabilis in illo introducať frigiditas, quẽadmodũ ſuperius à nobis aſſertũ fuit. quinimo rationi magis eſſe cõſentaneũ, ut in tali morbo potiꝰ corpora afficianť caliditate, ſi q̧dẽ corpori talis aduenit diſpoſitio, qualis ineſt materieri faciẽti morbũ, at in ꝑdicta ægritudine materia, illa efficiẽs, & fouẽs calida eſt, ergo &c. ſꝑma nãq; & mẽſtruũ ex ſui natura calida sũt, & ſi putrefiãt magis ẽt incaleſcẽt, cũ oẽ qđ putrefit calidũ, & humidũ ſit unanimi oĩum cõsẽſu. Pręterea nec minus credibile uideť qđ aĩal defficiẽte anhelitu uiuere poſsit, cũ uita à reſpiratione ſeiũgi nequeat, q̧nimo niſi calor cordis ꝑ aerẽ ĩſpiratione atractũ refrigereť ſuffocari neceſſario aĩal ratio dictitat, & experimẽtũ ꝯfirmat ut Gal. 5. & 6. de loc. aff. docuit nec ẽ qđ id aſſeq̧ poſſe dicąť arteriarũ, & cordis bñficio, & ſi enĩ aerẽ nos ambiẽtẽ ꝑ poros cutis, ad quos oſcula arteriarũ ꝑueniũt, atrahi uſq; ad cor poſſe Gal. li. 1. de diff. febriũ c. 4. ꝯceſſerit, nihilominꝰ illis pulsãtibꝰ ſui motꝰ medio id effici dubio ꝓcul dicẽdũ, cũ Gal. teſtimonio li. de uſu pul. reſpirationis, & pulsꝰ unũ eſſe, usũ, & finẽ dixerit, differe uero qđ illud qđ cordis calori ꝑſtat reſpiratio, id ex pulſu calori illi q̧ in toto ẽ aĩali auedat; & ſicuti natiuꝰ cordis calor ꝑ ĩſpirationẽ q̧dẽ refrigerať ꝑ expirationẽ uero purgať, ita & ĩ arteriæ diaſtolæ aeris ſubſtãtia atrahiť ꝑ ſyſtolẽ vero fumida ſuꝑfluitas expellitur, cũ itaq; ĩ hiſtoricis mulieribꝰ, nullꝰ arteriarũ pulsꝰ nec cordis ꝑcipiať, nõ utiq; poterit calor naturalis illarũ bñficio euẽtari Priori dubio ſic ſatisfaciẽdũ putamꝰ. In mulieribus ꝑfocatis refrigerari corpꝰ ob calor retractionẽ ad intimiora corporis, q̄a calor uenenoſã qualitatẽ refugiẽs conculcatur, licetq; ſanguis mẽſtruus, & ſemen dũ putruſcũt calefiant, nihilominus iu putre facto eſſe iã poſita, ꝓpriũ tꝑamẽtũ penitus amittunt, ſicq; refrigeranť & ab illis mala, uenenataq; qualitas eleuať, q̃ ea incomoda, q̃ à nobis ſuꝑius allata fuere, dubio procul efficiũt. Ad ſecũdã dubitationẽ dicimꝰ ĩ hyſtoricis illis mulieribꝰ, ĩ q̧bꝰ uita adhuc ſeruať, licet exaĩes uideanť, minime cordis, & arteriarũ motũ penitus aboleri, licet, in extimioribꝰ partibꝰ nullꝰ, uel adeo leuis ſuꝑẽnit ut sẽsũ nrũm effugiat, qđ

etiam

etiā ī ſanis nōnullis accidere qn̄q; teſtis eſt Gal. ī calce li. 3. Anotomicarū adminiſt. exiguꝰ itaq; imperceptibiliſq; motus iſte exterius ſeruatus tāto magis, ac magis paulatine ualidior efficitī arteriarū partibꝰ quāto magis ac magis cordi ipſo viciniores sūt, licet, & cor ipsū adeo leuiter moueat, ut nec ipſiꝰ pulſus pcipi poſsit, à pari nec reſpiratio uniuerſa deletur, quāuis nec ſpeculo ori, uel naribus admoto uel lana goſipioq; carpto, vel cyatho aquæ pleno pectori admoto depræhendi queat; ex quo pfectò fit ut aeris portiūcula licet exigua, admodū ad intra corpꝰ ferat, q̄ exiguū quoq; calorē ī corde ſeruatū fouere poteſt Qualis aūt virginū pfocatarū, diſſectarūq; humor ī teſtibꝰ repiat, uidere ē apud Veſſaliū li. 5. fabricæ hum. corporis, c. 15. quo loco inqt colore latere eſſe, & tetrū odorē redolētē cū tn̄ ī ſanis albꝰ, nec malè olēs reperiat; Ex huiuſmodi corrupto ſemine nō ſolū mulieres pfocari cōtigit, ſed & mēte turbari, ac furore corripi; ſcribit Math. de Gradis cōſilio 84. qđ q̄dā nobilis mulier Germana mediocris ętatis, bonę habitudinis, & plurimo sāguine abūdās, carnoſa, facieq; rubea q̄ cum pprio marito iā ſeneſcēte p lōgo tpa pudiciſsimè uixiſſet, īterpolatis tpibꝰ ī mētis pmixtionē īcidebat cū maximo deſiderio coeūdi, & rugitibus ī uētre, q̄ oīa ceſſabāt, cū cōcipiebat, & utero gerebat, at ſi per annum unū uel duó à cōceptu immunis erat, redibat affectio. Perſimilem huic hiſtoriæ recenſet alterum Amat. Luſit. cent. 6. cur. 97. de quadam Moniali temperatura ſanguinea boni habitus annū 35. nata, quæ furioſa pręnimio coeūdi deſiderio facta pudibunda ſæpè manibꝰ contrectabat, nihilq; loquebatur quod ad uenerē, & concubitū nō faceret. Hāc affectionē vteri unū furorē de mēte ſorani uocauit Aetius ſe. 16. c. 34. ex cōſimili quoq; cauſa Epilepſiā aliqn̄ genitam teſtat Alſaharauius lib. pract. c. de Epilepſia, tradens ſe uidiſſe uirū, cui uidebatur in Epilepſię paroxiſmo quod quaſi mulier ipſum requireret ad coitum, & feſtinanter furiebat ad eam, & agebat cum ea, & poſt emiſsionem ſeminis ceſſabat eius paroxiſmus, & ſurgebat. Sed cum de hac re ſuperius lib. 2. c. 4. fuſius dixerimus, hic erit huius capitis Binis.

Diutius ſine cibo uiuentes. Cap. XII.

EX hiſtorijs binis quas præcedenti capite recenſuimus uidimus diutius hominem ſine cibo, & potu uitam ducere poſſe, quod tamquam maximè admirandum, aliàs ſubnectētes cōprobare decreuimꝰ hoc capite quāuis fortaſſe rectiꝰ īter uētriculi affectiones, hæc tractatio fuiſſet rn̄dēda. Albertꝰ Magnꝰ lib. 7. de aīalibus ſcribit ſe uidiſſe Colonię mulierem, quæ interdum totos triginta, interdū uiginti dies nihil ci-

bi ſumeret;& uirũ,melancolicũ,qui optimè conſtitutus,clauſuſq; detentus,ſeptẽ ſeptimanis ſine cibo vixiſſe cõpertus fuit,alternis dieb⁹ hauſtu tantũmodo frigidę adhibito,qđ ſæpius triũ,aut quatuor hebdomadarũ ſpatio facere ſolebat. Petrus de Abano in expoſitione ult. problematis 10. particulæ ſcribit ſe à fide dignis recepiſſe in Normandia fuiſſe ſua tẽpeſtate. mulierẽ annos natã triginta, q̃ per decẽ octo annos nihil cibi deguſtauit;legimus in annalib⁹ Regũ Francorũ collectis per quendã Benedictione religionis Monacũ anno Dñi 823.regnãte Ludouico Caroli filio in Tullẽſi territorio vixta villã Cõmerciacũ puellã duodecim annorũ ab omni cibo penitus per decẽ mẽſes obſtinuiſſe;ſcribit Carolus Cluſi⁹ ex Græcia ab Horto Proregis Indię Medico ĩ lib. de hiſtoria Aromatũ,& ſimpliciũ apud Indos naſcẽtiũ in annotationib⁹.3.c.Baneanes philoſophorũ,ſeu poti⁹ negotiatorũ apud Indos genus ſuperſtitioſum eſſe, inter quos nõnulli ſuperſtitiores inter cæteros uiginti interdũ dieb⁹ cibo abſtinẽt. & lib. de plãtis Indicis c.21.ſcribit ĩcolas Guzaratæ,& Decã febricitãtes cibo abſtinere per.10.nõnũquã per 15.dies Io. Matth. de Grado in 2. parte Pract. c. 12.ita ſcriptum reliquit; multi ſtãt ſine cibo viuẽtes per aliquot dies, de qb⁹uidi experientiã in una Moniali,q̃ ſtetit ꝑ octo dies ſine cibo,& potu ꝑterq̃ de potu aquæ.Laertius Diogenes de uita philoſophorum ſcribit Epimenidẽ philoſophũ Demetrio authore nunq̃ viſũ fuiſſe edore,& quinquaginta,& ſeptẽ annos perpetuo ſopore acqeuiſſe. Albertus Krãtzius in ſuæ Vãdaliæ li.8.c.39. refert tꝑe Gregorij 11. ſummi Pont. Lubicæ ſcholaſticũ vt ſine interpellatione dormitaret ſe recluſiſſe nemine ſciente illũ perquirẽtes,& nõ inueniẽtes in patriã profectũ arbitrati ſunt,tranſierũt ſeptẽ illo tꝑe anni,euenit vt qſpiã ſcrutaretẽ qd cõcamerato in muro capſa cõtineret,inuenit iuuenẽ ſoporatũ quẽ grauiter cõcuſsũ excitauit à ſomno,& nõ mutata,nec macerata facie cognitũ ſtupẽtibus oĩb⁹,& arbitrãti illo ſe noctẽ cũ parte diei tm̃ dormiſſe. Auic.fen.3.p.c. de regimine agẽtiũ iter recẽſet, qđ quidã homo decẽ diebus comedere non deſiderauit,qa ſumpſit librã vnã olei uiolati cũ adipe Sauonarola tract. 6. c. 14. de ægritudinibus ſtomachi ſic ſcribit. Quidã aũt Piſtoriẽſis accepit à fide digno habuiſſe, qđ quędã vetula fuit in Ciuitate q̃ vocatur Alumna, quæ ſeptẽ annis uixit ſine cibo. Albertus vero in quibuſdã queſtionibus ait ut dicit Gentilis,qđ quædam uetula in Lombardia in quadã ciuitate quæ dicitur Padua vixit ſine cibo quadraginta diebus,hęc inquit Gentilis difficilia ſunt in homine apud me, nã tales humores deberent potius putreſcere, & carere regimine naturæ. Recitat quoq; ibidẽ Sauonarola hiſtoriã cuiuſdam religioſi qui ſuo tempore ex ordine Heremitarũ ſanctæ uitæ fuit ĩ

Hiſpania

Hiſpania apud regẽ, qui poſt aſſumptã Eucariſtiã ſtabat. 20. dieb⁹ ſine cibo, quòd Rex ipſe, & Generalis ordinis maxima diligentia inueſtigare uoluerunt ſtupentes, & ſic eſſe inuenerunt, verũ cum hæc fuerit res potius diuina, quã humana ut ipſe dixit, præter inſtitutum noſtrũ eſſe, ac limites excedere noſtros uidetur. Albertus Krantzius li. 12. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ c. 21. ſcriptũ reliquit; apud Suitenſes mõtanos regente Conrado ex Comitibus Retberg Eccleſiã Oſnaburgenſem non longe à finibus lucernenſium hominẽ hæremitã per annos viginti ſine corporali cibo uictitaſſe: Apud Franciſcũ Petrarcã lib. 4. de mirabilibus c. 22. tract. 7. hæc legimus. Apud Venetias fuit, qui quadraginta dies abſq; ullo cibo uixit, idq; anniuerſariũ celebrabat ieiuniũ, & adhuc ſupeſſe perhibẽt, plurimos noui, q̃ eũ ſe uidiſſe, atq; rẽ ita eſſe, teſtantẽ; nãq̃ in inferiori Germania audiui mulierem apud eos eſſe, quæ triceſimũ ætatis annũ nihil unquã cibi aſſumẽs tranſegerit mirũ magis, quã credibile eſt, ſed horũ, & ſimiliũ una eſt doctrina, Tullio dicente, in re noua, & admirabili inueſtigato ſi potes, ſi nullã reperies cauſam, illud tamen exploratũ habeto, nihil potuiſſe fieri ſine cauſa, eũq; errorẽ, quem tibi rei nouitas attulerit naturæ ratione depellito. Beniuenius c. 118. mulieris meminit quę vuluæ morbo laborans ſola bucella panis per dies decem, vitã traduxit, Gentilis, Nicolus, & Herculanus cõpluriũ ægrotantiũ ſcripſere, qui per multos dies abſtimij uixerunt, q̃d in ægrotantibus minime impoſsibile cẽſendũ Hip. auct. li. 5. de rat. vict. in acut. ſec. 44. & Gal. in com. Plinius 11. lib. c. vlt. inquit homini nõ ante diẽ ſeptimũ lętalẽ inediã. Robertus Guaguinus li. 5. hiſtoriæ Francorũ ſcribit Ludouicũ Piũ Francorũ Regẽ, ac Romanorũ Imperatorẽ q̃ deceſsit anno ſalutis. 840. 12. Cal. Iunij ultimis uitæ dieb⁹ dũ ęgrotaret p̃ 40. dies, nullũ neq; cibũ, neq; potũ p̃ter ſpirituale corporis, & ſanguinis Dñi uiaticũ accepiſſe. Braſsauolus in cõ. loci p̃cita ti Hip. ſcribit ſe anno. 1528. ęgrotantes multos curandos habuiſſe p̃ manib⁹, qui nihil penitus accipiẽtes ſine cibo, & potu ad decimũ quartũ diẽ peruenere, & ex ijs pleroſq; cõualuiſse, & inter cęteros Polydorũ Illuſt. Alfonſi Ducis Ferrariæ æditũ. meminit quoq; bis uidiſse Philippũ Riminaldũ ſtudiorũ philoſophię collegam per quatuor integros dies ac noctes ſanitate fruentẽ, nihil penitus cibi, aut potus accepiſſe, quinimo in loco ſandali nuncupato bis per ſpatiũ octo dierũ integrorũ abſq; cibo, & potu fuiſſe cũ interim omnib⁹ uitę munijs fungeretur, mingeret, excerneret, expueret, nares emungeret, dormiret, ac indefeſsæ obãbularet. Laurẽtius Ioubertus decade. p. paradoxorũ demoſtrationum dem ij. ſcribit ſuis tp̃ibus Auenioni fuiſse hominem ſexagenarium qui rarò & per maxima interualla quinque, ſex, decem

& plu-

& plurium dierum comederet. Athæneus lib. 2. Dipnoſophiſtarum refert Timonis Amitam quotannis in ſpelunca vrſarum more bimeſtrè tempus abſq; ullo alimento delituiſſe ſemianimem, vt ſola inſpiratione viueret, ac ægrè dignoſceretur. Aliam quoq; puellam ſe uidiſſe teſtatur Gul. Rondelitius nullo præter aerem cibo, potuq; ad decimum annum perueniſſe, tãdem grandem factam nupſiſſe, & fœlicem prolem ſuſtuliſſe. Germanam mulierem triginta annos omnimoda inedia uitam traduxiſſe Ioannes Boccatius ſcripſit. Romæ annos quadraginta ſacrificium quendam ſola aeris inſpiratione vixiſſe ex Leonis Pont. Max. & multorum Principum cuſtodia, & Hermolai Barbari hiſtoria fideq; certiſsimum eſt. Habemus diſputationem de puella Germanica quæ ferè biennium vixerat ſine cibo, potuq; ad Paulum tertium Pont. Max. à Simone Portio conſcriptam. Paulus de Goitis ex Caſtro ditionis Mantuanę Goito vulgò appellato melancholia laborans per menſes 26. & die ſeptem hominum conuerſationes pro uirili aduerſatus nullũ vnquam verbum edere auditus eſt, nec ut ſemel tantum loqueretur vi aut ingenio aliquo induci potuit domũ perductus per dies integros. 67. & horas 13. nihil bibit aut comedit præterq; quod aliquando aquã aut uinum ore hauriẽs ſtatim eijciebat nullum interim per aluum aut ueſicam excrementum reddens niſi quod ult. die qua extinctus eſt mẽſe Octobris 1583. materiam quoddam fetentem ac ſanguineam 2. vnciarum ponere minxit. Cur itaque id eueniat, & quomodo, quã ue de cauſa id quandoq; accidat naturali indagine perſcrutandum. Quidã breuibus ab hac difficultate ſe extricantes rem in ſyderum uim reijciunt, Quæ verò ſydera huic inedię conducant ſatis prolixè in Materno eſt cognoſcere; Verum cum hæc cauſa homine philoſopho indigna ſit propinquior à Nobis indaganda. Albertus lib. 7. de Animal. ſcribit. Accidit Animalibus illis inedia quibus eſt humor pituiſoſus multus, & craſſus calorq; debilis non concoquens, vt valeat decoquere craſſum illum inconcoctumq; humorem. Hanc ſententiam ſecuti ſunt Ioubertus, & Portius locis citatis. Sic enim ſenes facilè ieiunium ferunt teſt. Hip. aff. 13. 1. lib. eo quod illis calor minor, & languidior inſit, collectamque maximam pituitoſorum excrementorum copiam habeant, eoſq; corpus habes, pigrum, & tardum, ac ad quoſuis motus & exercitia ineptiſsimum ſit, Porrò quod in ſenibus ſit, idem naturis ſimilibus conuenit ad unguem, ſi quis enim fuerit, vel ex natura temperie, vel ex viuendi genere humidior, frigidiorq; is parũ appetet, & facile paucis, vel nullis alimentis tranſiget. Hac rationem fit ut animalia ex anguia à græcis *ἄναιμα* dicta quibus ob caloris paucitatem frigus eſt infeſtiſsimus, tota hyeme latiteat, ex in locis ſubterraneis tepidioribus

vitam

vitam agant ſine alimento. Sic ingentis magnitudinis beluam, Crocodilum, quem unum quandiu uiuit creſcere arbitrantur, uiuit autem lōgo tempore per quatuor menſes hyemis inedia ſemper tranſmittere in ſpecu author eſt Plinius lib. 8. c. 25. ſic Glires, Taxi, Marmotæ, & limaces in cauernis diu ſine cibo latitant communi omnium ſententia. Ita legimus in hiſtoria Polonica à Martino Cromerio deſcripta lib. 1. quod in Polonia nonnullæ minores aues, veluti hirundines, & Cypſeli implicitis inter ſe pedibus conglobatæ in lacus, paludes, & piſcinas ſeſe imergere ſub hyemis initium, ac uere nouo emergere, & hyberno quidam tempore retibus extrahi à piſcātibus ſine ullo ſenſu, & motu, & ad ignem admotę, vel in hypocauſtis poſitę reuiuiſcere, & euolare ſolent ſed ſtatim læſas à frigore emori; ſicq; Nobis liceat ab animalib. ad plantas rem iſtam deducere ſunt ad manum quamplurima huius generis experimenta, Coepæ enim, & Allium poſt multos menſes à terra ſeparata ſine vllo terræ alimento germinant non modo nutriuntur, quia humorem multum craſſumque habeat qui marcori, & ſiccitati plurime reſiſtat, caloremq; inſitū nullius humoris de nouo aſciti ope foueat. Sic ſemperuiuum nuncupata herba, ac faba inuerſa, aliæq; huius generis, quia viſcidum, & copioſum in folijs craſſiſſimis ſuccum habeant e terra auulſæ, & ſuſpenſæ diutiſsime viuunt; ſic Salamandra (quam poſtea credunt ignibus non uri, ut ait Dioſcorides lib. 2. c. 67.) igni ſuperpoſitam longo temporis tractu aſſationi reſiſtere poſſe, atq; illum ſi minor fuerit extinguere, quia frigido, craſſo, & lacteo humore tota referta eſt, experimur. Homines itaq; in quibus calor exiguus, & imbecillus humores vero multi frigidi craſsi, & lentacei reperiuntur, haud impoſsibile eſt diutius ieiunos uiuere poſſe. Sic referunt Germanam illam puellam, mitem, & benignam, taciturnā, deſidem, ac ſomnolētam extitiſſe, puſtuliſq;, & ſcabie ex copia humoris pituitoſi, craſſi, & uiſcidi ſcatuiſſe, quæ cum tantum ieiunium ultrò ſuſtinuiſſet tandem abſumptis humoribus, & morbi ſublata materiæ ſanitati reſtituta, appetere cœpit. Alij inquiunt corpora huiuſmodi propemodum eſſe indiſolubilia, nihilque, aut porum omnino exhalabilia, tum quod natiuo humore tenaci, concretoq; & bene prorſus compacto conſtent; neq; facillime innati caloris depaſtioni cedant, qui ipſe calor ut potè vitiſsimus, placidiſsimuſq; nec ſanè alimoniæ multum expoſtulet, & quod ſemel accepit, confectum optimè, excrementiſq; quaſi vacans totum conuertere in alendarum partium ſubſtantiam poſsit; ſic attemperatum ut mollitudinis ſuæ commenſuratione quadam uniuerſam in ſe recipere, particuliſq; ſibi undiq; omnibus per totum infuſam, intruſamq; alimoniam tenaciter retinere ualeant. ita ut in longum tem-

pus

pus ſine alimento nouo conſeruetur animal. Alij huius rei aliam cauſam afferunt affirmantes hoſce qui ſine cibo longo tempore vitã protrahunt aere nutriri, qui quidem inſpiratus ſpirituum pabulum effectus uitam ſuſtentet. Hæc tamen ſententia ex Ariſtotele, Auic. q̃ im℘bari poteſt, & inter recentiores Gentilis, & Portius prædictus multis argumentis impugnant. Aiunt enim ſpiritus non nutriri, & ſi nutriantur, aere non nutriri, ſed potius ex ſanguinis ſubtili euaporatione. Argumenta vero potiora quibus hanc, quam Gal. & Hip. ſententiã fuiſſe arbitramur, euertere contendunt, hæc ſunt. P. omne quod nutritur animatum eſſe neceſſe eſt. Sed ſpiritus non ſunt animati, ergo non nutriuntur ſecũdum omne quod nutritur propria habet nutritionis inſtrumenta ex Ariſt. lib. de ſpiritibus; ſed ſpiritus non habẽt propria inſtrumenta; ergo, &c. 3. probat quod, ſi nutriunt ſpiritus, non ex aere ſic; quod nutritur ex ea nutritur materia ex qua cõſtat 2. de generat. & corr. text. com. 40. ſed ex ſolo aere ſpiritus non conſiſtunt, ſed ex oĩbus elementis, ex Gal. ipſius ſentẽtia 1. affect. 14. affec. ergo ex ſolo aere nõ poſſunt nutriri Quarto in vera nutritione, quod nutrit partim retinetur, partim expellitur, ſed ex ipſo Gal. in lib. de vtilitate reſpirationis tantum aeris expiratur, quantum inſpiratur, ergo non poterit nutriri ſpiritus Quinto nutritio fit in tempore modo aer qui inſpiratur in inſtanti expellitur ergo non poteſt nutrire ſexto, Omne nutriens, cum nutrit, aut ingroſſatur, aut ſubtiliatur; ſed aer qualis inſpiratur, talis expiratur: ergo non nutrit. Vltimo Ariſt. in libro de ſenſu, & ſenſili pythagoreos quoſdam arguens probat aerem non poſſe nutrire quia corpus ſimplex eſt, & quæ nutriunt mixta eſſe debent, cum etiam quæ nutriuntur mixta ſint. Hiſce omnibus rationibus Io. Baptiſta Montanus in ſuis lect. in 2. fen. 1. vnica reſponſione ſatisfacit inquiens ſpiritus non uere nutriri, ſed metaphoricè, & tranſumptiue, vt ipſius uocibus utar, quæ tamen reſponſio parcant mihi diuini hominis manes Hip. & Gal. ſententiam minime tutatur, qui non per ſimilitudinem ſed uere ex aere nutriri poſſe ſpiritus uoluerũt ut clare colligitur ex Hip. dictis li. de alim. & 6. Epid. & non ex Gal. li. de util. reſp. & de vſu pulſ. 2. de vſu part. 2. meth. & 2. aff. com. 11. Quare aliter diluendæ rationes adductæ. Et p. ad p. negamus minorem propoſitionẽ argumenti quod ſcilicet ſpiritus non ſint animati quinimo in Gal. doctrina oppoſitum habemus, namq; ſpiritus vel eſſe animam, vel ipſius præcipuum inſtrumentum elicimus ex lib. quod animi mores ſequantur temperaturam corporis, 2. ſatisfaciemus affirmantes falſum eſſe ſpiritus non habere propria organa nutritionis habẽt enim arterias, & pulmones huic officio miniſtrantes ex Gal. 7. de uſu partium c. 8. &

9. ſol-

9. ſoluimus 3. aſſerentes aerem inſpiratum præbentem nutrimentum ſpiritibus non eſſe purum, & elementarem, ſi enim ambiens nos ſimplex eſſet, & elemẽturis qualis in ſua ſphera locoq; proprio reperitur tantũ abeſt quod ſpiritus nutriri poſsit, quod potius homines necaret, cum aer in loco proprio, & in propria ſui naturali diſpoſitione, ita calidus ſit, ut potius ſpiritus corrumperet, ſecus autem euenit de aere in quo uerſamur qui non impermixtus, ſed vaporibus frigidis permixtus, & refertus refrigerare poteſt ac nutrire, ſic & ignis, qui apud nos eſt non ſimplex. & purus exiſtit, ideò 2. de generat. & corrupti dixit Ariſ. ignem nutriri, quod non pœtice protulir, vt uoluit Portius ſed philoſophice ut ex ſimplicij ſententia 2. de anima conſtare poteſt, cum enim ignis accenſione rerũ diſsimiliũ illas propria uirtute in ſui naturam conuertat, illis nutriri meritò dicendũ, ſi quidẽ nil aliud eſt nutritio ex Gal. ſententia lib. 3. de temperam. quam perfecta aſsimilatio; ob idq; Ariſt. 8. phyſic. ſex. com. 55. loquens de nutrimẽto nondũ ad actũ deductũ dicit nutrimentũ eſſe quodãmodo ſimile, & quodãmodo contrariũ: quod p. de gener. & corrup. 1. de anima, & p. cœli repetit. de ultimo uero quod in actu nutrimentũ perficitur p. Cœli, & 2. de anima uerba faciens ait illud debere eſſe homogeneũ cũ nutriẽdo, & æquali in ſpecie, quare cum aer nos ambiens ſit permixtus & nõ ſimplex, & elementaris poterit nutrire ſpiritus expoſitos. Ad quartum reſpondemus quod aeris non tantum expiratur quantum inſpiratur, quia portio, quæ ſpirituum nutritioni apta eſt, in pulmonibus retinetur, quæ uero inepta, expiratur vnaq; cum illa fulginoſi uapores, qui locum retentæ aeris portionis ſuppleant, ita ut æqualis portio uideatur expirationem excerni, & Gal. loco ab aduerſarijs citato, loquitur dubitatiuè quæſtionem ueluti diſcuſsione dignam proponens, quemadmodum ex verborũ ſerie facilè colligimus. Ex quibus quoque patet reſponſio, ad 5. falſum eſt enim aerem per inſpirationem atractum, ſtatim quoque expelli, nam remanet vt diximus in pulmonibus pars illa quæ ſpirituum nutritioni apta exiſtit. Ex tertia reſponſione facile colligi poteſt reſponſio ad vltimum argumentum, nam nullum elementum apud nos in ſua elemẽtari ſimplicitate reperiri manifeſtiſſimum eſt. quod etiam Theophraſtus in aureo ſuo libello de igni comprobat. Nec obſtat quod inquit Portius aerem ſcilicet etiã apud nos vaporibus, & exhalationibus permixtum minimè nutrire poſſe, cum nec vapores, nec exhalationes nutritioni ſint aptæ; in oppoſitum enĩ habemus odorum experimentum, quos in exhalatione fundatos nutrire poſſe demonſtrat Hip. 6. Epid. ubi nos implere & reficere teſtatᷓ, quẽ locũ explicans Ioãnes Alexandrinus ex quorundã relatione affirmat

Democritum Abderitanum philoſophum mellis odore vitam quatriduo ſuſtentaſſe, vel vt quidam alij dixere panis calentis odore, cuius rei quoque teſtis eſt Oribaſius p.affec.com. 12. inquiens philoſophũ quendam ad mellis odorem per quadraginta dies vixiſſe, putamus autem loco quatuor appoſitum quadraginta impreſſorum lapſu, Cũ ex Laertio lib. 9. habeamus Democritum nonum, & centeſimum agentem annum, cum iam ex ſenio deficeret, & morti propinquus eſſet mœrentem ſororem, quod ille in celebritate Cereris moriturus ipſa vota ſaluare nequiret; bono animo eſſe iuſsit, paneſq; calidos ſibi quotidie afferret; eos igitur cum naribus admouiſſet viuum ſe, dum ea celebritas trãſiret, ſeruauit; vbi autẽ dies illi tranſierunt (tres uero erãt) quietiſsimè, ac minimo dolore obijt uitam, quod exemplum Hip. lib. de alimento, recenſens ait non ſolũ ſpiritus, ſed & ſolidiora membra odoribus nutriri. Vnde minimè fabuloſum cenſendum, quod de Aſtomis narrat Plinius lib. 7. c. 2. illos ſcilicet cum ſine ore ſint, halitu tantum viuere, & odore, quem naribus trahunt; Et ſi id alia ratione fiat, ſi ingenioſam ratiocinationem admittamus quam Mars. Ficinus lib. 2. de trip. vita c. 18. ita ſcribit. Ferunt in calidis quibuſdam regionibus, & odore plurimo paſsim fragrantibus, multos gracili tempore, & imbecillo ſtomaco, quaſi ſolis odoribus veſci, forte quoniam ipſa natura loci tum herbarum, & frugum, atq; pomorum ſuccos fermè totos redigit in odores, tum corporum humanorum humores illic reſoluit in ſpiritum. Quod ſi eſt, quid vetat vaporibus tantum ali, quùm ſimile ſimili nutriatur? Cum itaq; odor ex Ariſt ſit fumida quædam euaporatio, & ex Gal. effluxus quidam corporum, uerè ſpiritus nutrire poterit conuerſus in eorum ſubſtantiam; & non dumtaxat, ut alij exiſtimarunt, ſpiritus confortando, & alterando; falſum namq; eſt, quod Auer. p. dehinc Conciliator diff. 156. exiſtimarunt; odorem ſcilicet pro qualitate ſola ſumptum per ſpetiem quandam, quam uocat intentionalẽ, nulli ſubſtantiæ innixam ad cerebrum accedere, quos iure optimo doctiſsimus Manardus epiſt. 6. lib. 18. redarguit. Nec ſolum Hip. & Gal. odoris nutriri poſſe ſpiritus ſancitum reliquere, ſed & Auic. fen. 2. 3. & lib. de uiribus cordis. Concludamus itaq; ambiente aere non ſimplici, ſed mixto ſpiritus nutriri poſſe, quod Alex. in problem. confirmat. Quod nec penitus inficiatur Ariſt. cum ex ſententia Olympiodori dicat, illum vidiſſe hominem, qui ſolo aere, & ſole nutriretur. Quod pariter Plato in Phedone videtur inuere; vt inter; Chameleontis hiſtoriam omittam; de quo ſcribit Plinius lib. 8. c. 33. hianti ſemper ore, ſolum animalium nec cibo, nec potu ali, nec alio quàm aeris alimento.

Serotinus,& tempeſtiuus partus admirabilis. C.XIII.

ET ſi mulieres vt plurimum à ſeptimo menſe infra,& à nono ſupra fœtum legitimum,ac vitalem edere minimè ſoleant, nihilominus haud admiratione caret quod non ſemel obſeruatum legimus in ſexto ſcilicet 10.& 11.mēſe nonnullas peperiſſe,quinimo,& Gal.lib.de hiſt. Philoſophica Timæum duodecim menſibus aliquando geſtatum partum credidiſſe. Auic.9.de Animal.non ſolum 12.ſed 13.& 14.mulieres parere poſſe memoriæ mandauit,cui rei,& ſi cauſam aliqui aſsignent quod mulieres in amputandis menſibus decipiantur,nihilominus ex multorum auctoritate id ſine errore pluries accidiſſe adnotatum cognoſcimus. Nonnullæ quidem fœminæ quod Hip.lib.de natura pueri,ſcribit,ſe decem menſium ſpatio utero habuiſſe exiſtimarunt deceptę,qđ vterus ſpiritum in ſe ipſum acceperit,ſicq́; ventrę à flatu eleuato,qn etiam menſibus non reſpondentibus alia de cauſa in vteroq́; congregatis,atq; caleſcentibus flatibus permixtis falſam geſtationis ſpeciē referunt,ſeq́; tùnc concepiſſe arbitrantur, licet non niſi menſe ſubſequenti, vel altero rite concipiant, unde partus tempore aduentante ſibimet imponentes 10.vel 11.menſe fœtum ædere exiſtiment;E contra aliæ,cum circa geſtationis primos menſes notatu dignum tumorem ventris non cernant ſe minime concepiſe cenſent,ſeriuſq́; conceptionis exordium deſumentes,& ſi verè nono menſe ventrem, ac fœtum deponant 6.tamen menſe,vel quinto ſe peperiſſe affirmant,præſertim cum pręgnantibus mulieribus fluant aliquando menſes conceptionis menſibus Ariſt.auctoritate lib.de hiſt.animal.7.c.2.& Auic. fen.21.aff.tract.10.c.17. quod etiam ad decipiendas ipſas non parum facit; Quod profecto in multis utero gerētibus mulieribus multo ſanguine ex natura,& pleniore victu redundantibus ſe uidiſſe teſtatur Iacobus Syluius lib.de menſibus.mul.At demus hoc ex errore prouenire poſſe; quod tamen re uera accidiſſe compertum eſt in medium afferamus.Ariſt.lib.7.de hiſt.animal.c.4.ſcriptum reliquit,quod cum cœtera animalia omnia ſingulari,ac ſimplici modo partum ſuum perficiant(vnum enim pariendi tempus ſtatutum omnibus eſt) homini uni multiplex datum eſt,nam & ſeptimo menſe,& octauo, & nono parere poteſt,& quod plurimum 10.nonnullæq́; etiam vndecimum tangunt, quam ſententiam etiam Plinius veluti Ariſtotelis paraphraſtes lib.7. hiſt.natural.c.5.retulit,& Hip.li.15.de ſeptimeſtri,& octomeſtri partu,fatetur naſci partus decimeſtres, & undecimeſtres, quamuis lib.

de natura pueri ſcribat non poſſe diutius quam decem menſium ſpatio fœtus in vtero detineri, qđ ea ratione probat, qđ alimentũ à matre fœtui ſuggeſtũ nõ amplius puero ſufficiẽs ſit vbi decimũ p̃terierit mẽsẽ fœtu nimirũ nimiũ aucto: cũ enim qđ dulciſsimum eſt in ſanguine ad ſe fœtus trahat, decẽ menſiũ expleto numero illi ſufficere nõ amplius poteſt, vnde fit qđ puer copioſius alimẽtũ expetens; q̃ qđ minuſq; ſufficiat à matre deriuet, plenus iã atq; maturus calcitret, & peliculas diſrũpẽs partiũ inducat. Qđ pariter legimus ſancitũ in legib⁹ tabularũ quarũ 17. talis eſt, In decẽ menſibus hoĩem gigni. Verũ cũ nos dixerimus nõnullas mulieres copioſo ſanguine redũdare, haud negãdũ quin nõ defficiẽte alimẽto partus ad 11. & 12. mẽſem prorogari poſsit. Salamõ 7. ſapientiæ decẽ mẽſibus ſe in utero matris cõfirmatũ memorat. Veſtiliã Cai Herdicij coniugẽ Giuliũ Ruffum 11. peperiſſe menſe re uera affirmat Plinius loco citato, refertq; Lucium Papirium Prætore partui quatuordecim mẽſiũ bonorũ poſſeſsionẽ dediſſe. Aulus Gellius li. 3. Noctium Atticarũ c. 17. ſcribit à Varone li. 14. rerum diuinarũ 11. menſe aliqñ naſci poſſe proditum fuiſſe. Quin & ſe Romæ hoc quoq; vſu ueniſſe compertum habuiſſe, fœminam ſcilicet bonis, atque honeſti moribus, nec dubia pudicitia in 11. menſe poſt mariti mortem peperiſſe, cauſaq; ad Diuum Adrianũ delata, ac cognita decreuiſſe in undecimo quoq; menſe partũ ædi poſſe, idq; ipſum ſtatuiſſe, requiſitis veterũ philoſophorũ, ac Medicorũ ſententijs, quã ſentẽtiã ſecut⁹ eſt Alciat⁹ li. 3. parodoxorũ c. 7. Cõciliator diff. 49. ſcribit de ſe ipſo qđ p decẽ menſes, & dies quatuordecĩ in vẽtre matris ſuæ morã traxit, antequã in lucẽ æderet. Idẽ quoq; in cõ. probl. 41. partic. 10. affirmat ex ſentẽtia Abrha Heuenarte cuius libros ſe ordinaſſe in latinũ, inqens, dari partũ legitimũ in 10. & 11. mẽſe, cauſamq; aſsignat Aſtronomicã cur magis hic, quã ille uiuat. Albert⁹ Krãtzius in cõfutatione legẽ de cuiuſdã Germanicæ ĩ calce hiſtoriæ eccleſiaſticæ meminit ex Duce Baruch Vãdalo uxorẽ cõcepiſſe, & biẽnio p̃gnantẽ fuiſſe, & parturiſſe infantẽ gradientẽ & loquentẽ. Alex. Benedict⁹ li. 26. c. 23. ſcribit In quo Cypro Inſula tẽpeſtate noſtra fœminã geminos peperiſſe accepimus, alterũ octauo mẽſe, alterũ decimonono macie cõfectũ, vtrinq; dentatũ, qui capitis partẽ, quã ſinciput vocam⁹ cõſumpſerat, iſtatĩ æditus oĩum admirationẽ per cubiculũ irrepſiſſe dicit, & tanquã monſtrificũ aĩal viuũ ſepeliri viſſerunt, accepimus & aliã 14. menſibus partũ tuliſſe, quib⁹ aĩandi, mouendiq; ſpacia imbecillitas q̃dã diſtulerat. Hinc ſanè mirandũ Vlpianũ Iureconſultũ non admittere natũ poſt decimum menſẽ ad legitimã hæreditatẽ vt legitur in l. Gal. ff. de lib. & poſth. & in l. inteſtato. 5. ſi. ff. de li. & poſth. ſic & Plutarcus in vita Alcibiadis te

ſtatum

ſtatum reliquid apud Athenienſes obſeruatum fuiſſe quod natus poſt decimum menſem non haberetur legitimus, cui ſententiæ pariter adſtipulatur Macrobius in ſomno Scipionis Rectius tamen poſteriores Iuriſperiti ſtatutum reliquere, partum poſt decimum menſem, & undecimum primos dies quoque tangentem legitimum eſſe admittendum ut Socinus in l.Gallus in ℣.num.6.ff.de lib.& poſthum. & Marius Solomon nūm.44.Ita quod experimento cognitum eſt eoſdem Iureconſultos rectè ſenſiſſe affirmantes partum poſt ſextum menſem in lucem æditum, dum modo ſeptimum menſem per duos, uel tres ad minus dies tangat legitimum eſſe cenſendum, ut teſtatur Vulpianus ex mente Hip. in l. inteſtato. 5. ſi.ff. de ſuis, & legit. ſic Ariſtot. dictum interpretandum 7.li.de hiſt.animal.cap.4. dum ſcribit fœtum qui maturius quam ſeptimo menſe prodeat nullo pacto uitalem eſſe, gloſſatu quod ſcilicet ſeptimum menſem non tangat. Vnde Auic. 21. fen. 3. tract.2.c.1.iure natum infra ſeptimum menſem non abſolutè, ſed multoties mori protulit, nā qui ad ſeptimū non peruenerint expletū, ſed illius primordiū tetigerit uiuere poteſt, quod clarius 9.de animal. affirmauit inquiens, quod quędam mulier peperit poſt ſex menſes, & uixit natus. Hinc Gal.lib.de hiſto.philoſ. ex ſententia Polibi refert dies cētum octuaginta duo, & dimidium ſufficere, ut ortus aliquis uiuat, quod ſpatium quamuis ſex tantum menſes comprehendat, ſeptimus tamen computatur, quia dies ultimi ſeptimum menſem incurrunt. ſed quia non omnes conueniunt medici, an in computatione geſtationis temporis menſes ſolares an lunares potius ſint accipiendi id diſcutere operepræatium erit, cum aliquando medici cogantur in iudicium dicere cum uertit controuerſia an aliquis natus legitimus ſit dicēdus nec ne, quemadmodū Matthæo Curtio & Sperono Speronio noſtris temporibus contigiſſe legimus qui inter ſe aduerſantes puellam natam diebus centum ſexaginta ſex, & paucis horis an legitimus partus dicendus eſſet diſputantes uaria, & contraria protulere, ille libello de ſeptimo partu, hic in dialogo de partu mulierum. Et nos ab Illuſtriſsimo uiro requiſiti fuimus, ut noſtrum promulgaremus ſententiam, an puer conceptus vigeſimo octauo die menſis Octobris anni 1576. atque in lucem æditus die 27. Aprilis anni 1577. legitimus eſset dicendus. Propoſitum itaq; negocium diſcutere haud ab re futurum exiſtimamus. Nonnulli inter recentiores Medicos in ſupputatione hac facienda ſolares menſes accipiendos eſse uoluerunt inter quos fuit Curtius P. qui loco citato Hip. dictis perperam intellectis in ſupputando geſtationis tempore ſolares menſes nō lunares aſsumendos eſse per hæc uerba aſtruxit. An de ſolari, an de

lunari

lunari menſe ſit intelligendum, remouet dubitationem Hip. in tract. de ſeptimeſtri partu, in primis uerbis dicẽs, ſeptimo menſe natum cũ intelligere, qui ultra centum octuaginta duos dies natus ſit, nec non & ultrà anni medietatem, quę ſex menſibus ſolaribus abſoluitur, eſt autem anni medietas dies. 182. & hora quintadecima, & proinde de mẽſibus lunaribus non eſſe intelligendum, ſex enim menſes lunares 177. dies pręciſe continent, & ſi concluſio de menſibus lunaribus intelligeretur, poſſet natus dies 178. vitalis eſſe, id quod Hip. non admittit. Hæc Curtius, ſed parcant mihi viri Ex. manes ex praua uerborũ Hip. intelligentia, prauam intulit concluſionem, nam Hip. eo loco quemadmodum ex ſerie illius uerborum manifeſte colligit, & ut exponit Gal. lib. de ſeptimeſtri partu non de menſibus integris medietatem anni conſtituentibus intellexit, ſed de lunaribus priori tamen. & poſtremo deſcriptis, & conciſis, intermedijs autem integris. Vult enim Hip. etiam ſi ſupra dimidium lunaris menſis fœtum geſtarit mulier id tempus huius menſis debere numerari pro primo menſe, ita quoque & de 7. & ult. ita vt intermedij quinque menſes integri numerentur prior, & poſterior ideſt primus, & ult. conciſi, & deficientes, qui tamen non ita deficiant, vt eius amplius quam dimidia pars non deſit. Exempli gratia ſi mulier conceperit menſe puta Decembris, ita ut ad minus dies quindeci numerentur à die conceptus ad finẽ eiuſdẽ ſeptimeſtri vero mẽſis, & poſtremi, puta Iunij, dies uiginti accipiantur, & tẽpus totũ addamus quinq; intermediorum menſium lunarium nempe dies. 147. 2. erunt toti inſimul ſuputati dies. 182. & dimidium per quod tempus ſeptimeſtris partus vtero continebitur, qui medietatem anni complectuntur. Hęc ſententia adeò clarè ab Hip. & Gal. locis ſuperius dictis prolata fuit, ut maxime mirandum ſit Illuſtrem Medicum, adeò perperàm locum prænarratum interpratatum fuiſſe. Nec minus recipiendę ſunt aliæ rationes, quæ à Franciſco Valeriola Medico doctiſsimo li. 7. Enar. 7. enarrat. adducuntur licet. Hip. & Auic. dictis prima facie inniti videantur; ſiquidem Auic. fen. 2. 3. c. 2. ſeptimeſtrem partum ducẽtis, & decem diebus perfici, & in lucem ædi, nouimeſtrem autem ducentis ſeptuagenis affirmauit. Quod & Hip. lib. de carnib. confirmare videtur, dum inquit partum ſeptimeſtrem eſſe uitalem, quod rationẽ habeat, & numerum ad hebdomadas exactum, nẽpe tres decadas hebdomadum complectentem, in una quaq; autem hebdomadarum decade ſeptuaginta dies ineſſe vult, ſic nouem menſium decemque dierum partum eadem ratione uitalem eſſe affirmat quod quatuor hebdomadum decades ideſt dies ducentos, & octuaginta contineat, quos dies omnes ſi per menſes triginta dierum diuiſeris exactè reſpondere cognoſces.

gnoſces. Amplius Hip. lib. de alimento ſcribit ad fœtus figurationem ſoles triginta quinq; ad motum ſeptuaginta ad perfectionem ducentos decem negri, quod ab Auic. loco citato, & à Raſi 22. Cont. etiam affirmatum legimus, Vnde cōſtat Solis non Lunę circuitibus ſupputationem faciendam eſſe, ſi enim ad Lunæ menſes ſupputationem hanc referemus, haud ſane dierum numerus in quibus vel ſeptimeſtrem, vel nouimeſtrem partum edi Hip. & Auic. voluerunt, reſponderit; Ex ijs concludit Valeriola per ſolares, & non per lunares menſes geſtationis tempus metiendum eſſe, ſed pace doctiſſ. viri dixerim toto Cœlo (vt aiunt) errato. Nam loca, & rationes ab ipſo adductæ non de menſe ſolari (quod ipſe cenſet.) ſunt intelligendæ, ſed de menſe dumtaxat triginta diebus conſtante quemadmodum exp. ſupputatione clariſſ. conſtat at menſis ſolaris trigeſimum diem excedit, ſi anni dies per menſes partiamur, quod Gal. manifeſtiſsimè com. 1. in 1. Hip. de morb. popul. docet. Cum itaq; partitio per menſes facta iuxtà dierum numerum ab Hip. aſsignatum ſit menſium triginta dierum, ſolaris autem menſis, ferè per dimidium diem trigeſimū ſuperet. Non video cur triginta dierum menſis ſolaris, potius, quàm lunaris ſit dicendus, cum lunaris, & ipſe tantum à trigeſimo die per medium diem circiter abſit, nam per lunarem menſem accipio menſem dies. 29. & dimidium complectentē, quem menſem appellant coitus Lunę, uti Gal. de ſeptimeſtri partu li. declarat, tot enim dies ab uno Lunæ cum Soli coitu, vſque ad alterum intercidunt, non autem lunarem conciſum, qui diebus 27. perficitur Gal. ateſtante lib. 3. dierum decret. 4. quem impreſsionis, ſeu apparitionis vocat, eò quod à perfecto lunari ſubtrahātur tres circiter dies quibus ſub Sole deliteſcens Luna lumen ſuum impartiri Nobis neq t; Cum itaq; Hip. & Gal. non ſemel, ſed præſertim lib. de ſeptimeſtri partu vbi exactè, & ex intentō rem hanc pertractant ſupputationem geſtationis fœtus per lunares menſes dies. 29. & 2. comprehendentes faciendam eſse clariſsimè docuerint, cur non dicendum quoq; prænarratis locis authores per menſes 30. dierum lunares potius, quam ſolares intellexiſſe, quamuis Hipp. breuitati ſtudeat, quæ ipſius ita propria fuit, vt Gal. lib. 9. meth. med. c. 8. & 1. de vſu par. ca. 8. tradiderit, ob id ipſum plura obſcurè, atq; imperfectè literis tradidiſſe, cum itaque per hebdomadas, vel dies geſtationis tempus metiri uellet, non illis diminutis, & cōciſis, ſed integris & perfectis ſupputationem fecerit, cuius rei non dubiam fidem faciunt, quæ eodem lib. de carnib. ſcribit Hip. facta enim ſupp. per decadas hebdomadarū integras, & dies integros, ſtatim idem facit in computandis hebdomadis criſium quas tamen non eſſe integras enumerādas in criſibus, tum ipſe in prognoſticis

ſticis de circuitibus morborũ, qui per ſeptimanas fiunt, verba faciẽs per hæc uerba docet. Fieri uerò non poteſt, ut horum ullum integris diebus eximiè numeretur, non enim annus, ac menſes integris diebus numerari apti ſunt. Quòd pariter Gal. in com. illius loci clarius docet clariſsimè vero 3. de diebus decret. cap. 9. ſi itaque decretorios dies, & ſeptimanas eodem loco integras numerat, cum tamen non integros numerandos eſſe, ex illius, & Gal. doctrina luce meridiana clarius ſit, cur non dicendum etiam per triginta dierum menſes potius lunares intellexiſſe, quam ſolares, pręſertim cum li. de ſeptimeſtri partu, quo loco rem iſtam ex profeſso docet, nõ ita breuitati ſtudens per lunares menſes dierum 29. cum dimidio geſtationis fœtus in utero tẽpus metitus fuerit, ob id Gentilis, & Iacobus de partibus, prædictũ Auic. locum explanantes licet menſes triginta dierum & ipſi faciant, quemadmodum & Auic. in textu facit, non tamen audent determinare, an ſolares potius quàm lunares ſint dicẽdi; Quod tamen Valeriola facit, ſed non minus rectè quam faciat dum aſſerit eodem loco aliã eſſe in geſtatione ſupputandi rationem, aliam uero in diebus decretorijs, illam enim per dies integros, hanc uero per non integros computandum affirmat; quod tamen ueritati minime conſentaneum eſse ex iam dictis patere poteſt, vtraq; enim ſupputatio quo ad menſes, & ſeptimanas ſpectat, per dies conciſos facienda eſt, ſi Gal. & Hip. credimus nec ulla in illorum dictis inerit contradictio ſi rectè perpendantur quod pariter confirmat Gal. 3. de diebus decret. c. 5. quo loco mẽſem immutari per ſeptimanas non ſolum in criſibus, ſed & poſt ſeminis conceptionem in omni impregnationi docet. Erroris conſocium habuit Valeriola Fuchſium com. 8. in 6. Epid. Hip. rectius inter recentiores Manardus qui epiſt. 1. lib. 15. per menſes lunares, & non ſolares geſtationis fœtus tempus metiendum eſse aſseruit; Quod ab Haly Abbaſi inter Arabes quoq; obſeruatum fuit. Hincq; rectè Iuriſperiti, qui dum an partus ſit legitimus nec ne ex tempore quo in lucem æditus fuit diſputant, menſes à die conceptionis non ſolares, ſed lunares aſſumunt 29. dierum inquàm & dimidij numero conſtantes, ut uidere eſt apud Alciatum in. l. Gallus in 1. nu. 30. ff. de lib. & poſth. & Menochiũ de arbit. iud. cauſ. 10. num. 18. & cau. 89. num. 35. & apud doctiſsimum Conciuem meum, ac veluti Fratrem, Dominumque meum Franciſcũ Burſatum conſ. 64. num. 22. P. Vol. Errant toto Cœlo, qui Gilberti ſententiam ſecuti aſserunt, quod in maſculino fœtu ſupputatio ſit facienda per menſes ſolares, in fœminino uero per lunares, quę ſententia, cũ nullo fundamento ſit inixa, ſed ſolum ad placitum prolata à medicorũ, ac philoſophorum ſcola prorſus uenit explodenda. Ad hanc enarrationem

tionem noſtram quo quo modo facere uidētur ea quæ à curioſo lectore legi poterunt apud Cenſorinum de die natali c. 12. Nec etiam hoc loco ꝑtereundū cenſeo, qđ admiratione, ac raritate non caret non æſſe ſemꝑ verā ſed ſolū ut plurimū vulgatā ſententiā illam, octimeſtrē partū non uiuere; q̄ Hip. habuit authorē li. de octimeſtri partu. Nā Ariſt. de Generat. animal. li. & c. 4. Scriptū reliquit quod qui mēſe octauo naſcuntur, & ſi minus tñ uiuere poſſe, & 7. de hiſt. animal. c. 4. tradidit qđ illi qui octauo mēſe naſcunt̄ viuere, ac adoleſcere in terra Aegipti poſſunt, necnon & quibuſdam alijs in locis, ſed in locis Græciæ multi intereunt, nec non niſi pauci ſeruant̄. ſic & in Hiſpania quoq; uiuere octimeſtres partus tradit Auic. in li. de nat. animal. & 21. fen. 3. lib. tract. 2. c. 1. ita ſcribit. Verum natus in octauo menſe eſt quo plurimum moritur de natis, & parum viuit, quod ſi aliquis viuit de natis in octo menſibus tùnc illud eſt rarum ualde, & parum uiuit natuſq; eſt fœmina in hoc tempore, & in quibuſdā regionibus non uiuit natus octo menſiū omnino. Viuere tamen aliquādo teſtis eſt etiam Gal. in li. de nat. hum. ſeu de compagine membrorum, quamuis Gal. nō eſſe ambigatur. Quāobrem Iuriſtarum ſententia limitanda, & fortaſſe melius perpendēda dum inquiunt, quod licet natus in octauo menſe poſsit viuere, tamen nō debet haberi pro filio, nec facere deficere fideicomiſſum ex magis communi, quemadmodum tradit Menochius de Arbit. Iud. cauſ. 50. n. 38. & Burſatus conſ. 63. num. 18. & 19. P. vol.

Sera, & cita Generatio admiranda. Cap. XIIII.

MVulieres concipere poſſe quam primum illis menſes ſuꝑuenerint, Maſculos verò generare cū ſemen perfectū incipiunt ferrè, quod vtriq; euenire conſueuit teſtimonio Ariſt. 7. de hiſt. animal. c. 1. anno bis 7. peracto, & experiētia rerū magiſtra docet naturalem purgationē mulieribus incipere anno 13. vel 14. & ſi quibuſdā ob pituitę copiam, & ſanguinis paucitatem vſque ad vigeſimum protrahatur, ceſſare uero vt plurimum à quadrageſimo quinto vſque ad ſexageſimum. ita quoque circa ſexageſimum ut plurimum annum deficere, licet Ariſtot. 5. de hiſt. animal. cap. 13. ſcripſerit hominem uſque ad ſeptuageſimum annum termino ultimo generare poſſe, fœminam uſque ad quinquageſimum: uerum id rarò, paucis enim proles in eo tempore eſt procreata, ſed magna ex parte maribus ſexageſimo quinto finis progignendi eſt fœminis quadrageſimo quinto. Nihilominus non ſine admiratione leguntur hiſtoriæ plures ex quibus tam mares, quam fœminas tem-

peſtiuius,ac ſeruis generaſſe,& concepiſſe aliquando collegimus,Valaſcus in ſuo Philonio li.6.c.12. ſe uidiſſe mulierem puerperã ait,quę ſeſſageſimo ſeptimo ætatis ſuę anno peperit,cum & prius ſexageſimo, & ſexageſimo primo peperiſſet,ſimile etiam à Plinio lib.7.natural.hiſt. c.14.habemus de Cornelia inter mulieres e Scipionũ gente, quæ poſt ſexageſimum ſecundum annum Voluſium Saturninum genuit. Leuini' Lemnius in Vrbe Zirzea illius patria in nonnullis mulieribus, quæ ualido erant corpore,& vegeto,& menſtruorum fluxum, & fœcunditatẽ vſq; ad quinquageſimum quintum annum productum fuiſſe ſe obſeruaſſe tradit lib.4.de occultis nat.mirac. c. 24 Teſtes ſunt hiſtorici q̃ plures inter quos Ioannes Villanus lib. 5.hiſt.ſui temp.c.16.Conſtantiam Rogerij Regis Siciliæ filiam Monialem e monaſterio eductã pluſquàm quinquaginta annos natam auſpice Pontifice Maximo ne Regnũ Siciliæ ad notum recederet Henrico Cæſari nuptiſſe,ex quo prægnãs effecta,orta ſuſpicione mentiti vteri in Miſanæ foro mandantem viro Federicum Cæſarem futurum peperiſſe,quamuis Germani ætate florentem Henrico nuptiſſe contendant teſte Paulo Aemilio Gallicę hiſtoriæ ſcriptore in Philippi Auguſt. uita in ultimo ſenio conſtitutos homines aliquando generare poſſe cum pluribus exemplis comprobare poſſumus ſcribit Sauonarola tract.6.c.22.rub. 23 Nicolaum de Palauicinis habuiſſe filium à ſe generatum in centeſimo anno.& Alexãder Benedictus lib.26.morb.particul.c.12.inquit.Tempeſtate noſtra quidam Germanus nonagenarius prolẽ ſuſcepit ex caſta coniuge quẽ vidimus.Eadem de Maſsiniſſa Rege accepimus,qui ſeptuageſimũ annum agens Methyranum filium genuit, & Cato octogeſimo exacto ex filia Salonij clientis ſui auum Vticenſis Catonis procreauit teſtimonio Iulij Solini c.30.Poly.hiſt.Leuinius Lemnius loco citato hæc ſcribit.Sunt quidem nonnulli robuſti,validiq; ſenes, quibus adoleſcẽtia continenter,atq; moderatè tranſacta eſt,qui ad ſeptuageſimum annũ fœcundi ſunt,& in peragendo concubitu uiriliter ſubſiſtunt,quorum multa exempla Barbanti,Gothi,& Sueui ſuppeditant, ſic enarrantem audiuimus Nauclerum quendam fide dignum cum Stocholmiæ negociaretur imperante Guſtano patre inuictiſsimi Regis,inter fuiſſe nuptijs uiri cuiuſdam annorum cẽtum,qui in matrimoniũ adſciuerat triginta annorum ſponſam, ex qua complures illum ſuſtuliſſe liberos indubitata fide memorabat,erat enim vir, vt ſunt in ea regione plurimi, adeo cruda, viridiq; ſenecta, vt vix impleuiſſe annum quinquageſimũ videretur,apud Tongros quoque & in Campania Brabantica,vbi mira aeris clementia,& gens temperans,& frugalis inauditum nõ eſt,ſed propemodum vulgare,octuaginta annorum viros virgines non admo-
dum

dum annos as in coniugij ſocietatem adſciſcere, atq; ex ijs proles excitare, ut haud immeritò Claudius Cæſar Capiti Papię legis à Tiberio Cæſare quaſi ſexagenarij generare non poſſent edicto abrogarit teſte Suetonio lib. 5. Sed non minus mirandum tum puellas, tum pueros infrà ſtatutum terminum concepiſſe, & generaſſe, habemus à Plinio lib. 7. natural. hiſt. c. 2. in Calengis Indiæ gente quinquenes concipere fœminas octauum uitæ annum non excedere, & Mandrorum fœminas ſeptimo ætatis anno parere ſenectam quadrageſimo anno accedere, ſed in noſtratibus ſcribit Sauonarola tract. 6. c. 21. rub. 6. Quod Marſilius de S. Sophia Patauus teſtatus eſt ſe uidiſſe Papiæ puellā nouem annorum utero geſtaſſe, & Siluius in com. de menſibus mulierum tradit Ioānem Capellam ſeniorem Medicum Franciſci Galliarum Regis ſibi coram affirmaſſe aliam ſimilem à ſe uiſam habentem in vtero. Et Forliuenſis ſuper primam partem de membris generationis ſcripſit aut. fide digni puellam octauum agentem annum fuiſſe impregnatam. Et Abbas ſuper Decret. Gloſ. in ſumma 20. queſt. 1. dicit auct. Alberti ſuper. 4. ſententiarum quod puella nouem annorum concepit, & peperit in 10. anno. Hoſtienſis Iuriſperitus in ſumma de pœnitentijs, & remiſsionibus refert Salamonem propagaſſe filium in 11. anno, & in Decretis gloſſa ſumma 20. queſt. 1. refert D. Gregorium dicentē quod puer nouem annorum reddidit nutricem pręgnantem; Quamuis Cardanus in com. in Apho. id Beato Hieronymo aſcribat. Quod profectò maximè ſuſpiciendum videtur, cum non ſolum ex auctoritatibus ſuperius adductis, & experientia ipſa, ſed & Iuriſperitorum Decreto ante decimum quartum maſculos, fœminas ante duodecimum generationi non ſint apti. Iuſtinianus namq; Inſt. de nupt. §. 1. Iuſtas tunc nuptias facere tradit, qui ſecundum pręcepta legum coeunt, maſculi quidem puberes, fœminæ autem viri potentes. Quid autem per maſculos puberes, & fœminas viri potētes quas Gręci ut Pindarus Ode. 3. Βαξύνους appellant intellexerit Iuſtinianus, infrà docet ſub titulo. Quibus modis tutela finitur inquiens pubertatem in maſculis poſt decimū quartum annum cōpletum illicò initium accipere, fœminas uero poſt decimum ſecundum annum completum viri potentes ſtatuit. Quod tamē tempus nimis tempeſtiuū eſſe uidi candum ſi ad bene eſſe ſpectemus; Quod pariter & Ariſt. ſenſiſſe affirmandum niſi ſibi ipſi contraria ſcripſiſſe affirmare uolumus, dum inquit loco citato: ſemen profectò infœcundum vſq; ad ter ſeptimum annum eſt, mox proflicū eſt, ſed exigua, imperfectaq; generant iuniores, & mares, & fœminę vt in cœterorū quoque animalium genere plurimis euenit, concipiunt quidem facilius natu minores, ſed laborant in puerperio vehementius, corpore etiam

min⁹ magna ex parte ꝑficiunt, & ſeneſcũt celeri⁹ mares ſalares & mulieres ꝙ frequẽti⁹ pariũt nã ne incremẽtũ q̃dẽ poſt tertiũ partũ effici poſſe uidet, ſedant aũt, tꝑanturq; meliuſq; in rei uenereæ uſũ luxuriãt cũ partũ multoties excreuerint, ſed poſt annũ ter ſeptimũ mulierib⁹ q̃dẽ iã ꝓcreatio opportunè eſt, ſed uiris itẽ aliq̃d accedere poteſt ad prolẽ perfectionẽ. Ex hiſce Ariſt. uerbis colligere poſſum⁹ cur tꝑibus noſtris homines adeò breuem uitã degant, cũ ut plurimũ & mares, & fœminæ tenella admodum in ætate cœant inuicem, ex quo concubitu procreati filij, & in his alij diuturnam uitã ſuperuiuere nequeũt, magno ſanè humanæ ſpeciei detrimento. Vnde iure Auguſt. lib. 15. de Ciuit. Dei priſcis tẽporibus ampliora vaſtiora, & robuſtiora hominũ corpora quàm ętate ſua fuiſſe teſtatur. Hinc Homerus humana quoq; corpora indies decreſcere lib. 5. & 12. Iliad. & Iuuenalis ſatyra 15. Lucret. lib. 2. Pliniuſq; lib. 7. Natural. hiſt. non ab re c. 16. conqueruntur. Antiquorũ autẽ hominũ corporũ uaſtitatẽ, & magnitudinẽ non ſolũ ex ſacris litteris, etruſciſq; ſcriptoribus colligere licet, ſed & ex oſsibus pluribus locis, uarijſq; tꝑibus e terra effoſsis quorũ exẽpla plura legi poſſunt in li. 1. Miſcellaneorũ Hieronimi Magij c. 4. ex Sabelico & Iulio Solino c. 4. Poly. hiſt. alijſq; quãpluribus hiſtoricis. Hinc etiam alijſq; de cauſis iã mũdũ ſeneſcere, unaq; ſpeciẽ humanã nõ ambigimus, cũ tantũ diſtet uitæ antiquorũ longitudo a breuitate hodiernæ hominũ uitæ, quẽadmodũ docent ſacræ pagine, ꝙ Adã uixiſſe nouẽ cẽtũ & triginta annos, Caim nouẽ cẽtũ & decẽ memorię tradidere, nec annos illos lunares fuiſſe, quẽadmodũ Marcus Varro, & Plinius lib. 7. & inter Chriſti ſectatores linconienſis lib. de mundi ętate auſi ſunt affirmare, nec etiã triũ mẽſiũ Caldeorũ more, vt alij nõ ſine errore aſtruere, aduerſus quos oẽs Ioſephus li. 5. Antiquitatũ, & lactãtius Firmianus li. 2. & D. Auguſ. lõgiori oratione. 15. li. de ciuit. Dei diſputarũt, atq; in dubijs rationibus mẽdacij cõuicerũt. Qđ eo magis erit affirmãdũ cũ anno Chrianæ ſalutis 1137. Quo Ludouic⁹ Groſſus Gallorũ Rex extinctus, fuit; Ioãnes quoq; de tꝑibus, Gallus morte abſumptus eſt, quẽ ꝑtinaci cõſenſu Frãci, atq; Germani ſcriptores à Caroli magni Imperio ad Ludouicũ Iuniorẽ Gallorũ Regẽ uixiſſe tradũt. qđ ſi à fide non abhorret 361. annos ſuꝑſtitẽ in terris fuiſſe refert Robertus Gaguinus li. 6. Hiſt. Frãc. & tria ſecula uixiſſe ſuæ gẽtis ſcriptores teſtant. quẽadmodũ adnotauit Albertus Krantzius Hiſt. Daniæ li. 2. quo pariter loco ſtracuteri cuiuſdã fortiſſ pugilis, q̃ triũ hoĩum cũ impleuiſſet ætatẽ ferro ꝑemptus ẽ, qđ pariter tradidit Olaus Magnus c. 4. li. 5. Hiſt. gent. ſeptẽtrionaliũ. Hũc Paulus ſtem. in Lodouici Iuuenis vita Ioãnẽ à Stãpis nõ de tꝑibus uocãdũ tradit, & cẽtũ, & ſexaginta annorum

norū vitā ei cōtigiſſe cōtēdit, qđ etiā cōſeneſcēte mūdo magnū, & memorabile certè erit dicēdū. Nec omittēdū inter Apeninū Padūq; Italię regionū multa, idq; unū intra quadriēniū a Cæſaribus Veſpeſianis patre, ac filio peracto cenſu, numeratorū ſupra centū oīum circiter triginta annos quorūdā etiā qui quinquaginta attigiſſent adinuētos Nec minus prætermittēdū, quod Plinius recenſuit 7. li. c.48. natural. hiſt. p hæc uerba. Anacreon Argantenio Tarteſsiorū Regi 150. annos tribuit Ciniræ Cypriorū. 10. annis amplius Aegimio 200. Theopompus Epimenidi Gnoſio 157. Nellancius quoſdā in Aetolia Epitorum gentis 200. explere, cui aſtipulatur Damaſtes memorans pictoreum ex ijs præcipuū corpore, uiribuſq; etiā 300. uixiſſe Euphorus Arcadū Regis 300. annis Alex. Cornelius Dandonē quēdā in Illyrico uixiſſe. Quas tamē authoritates & ſi Plinius nō accipiat ueras, tamē in medium afferre uoluimus ut curioſo lectori nihil deſit ad præſens negociū ſpectans, pſertim cū & in Hiſpaniæ Annalibus a Ioanne Vaſæo deſcriptis c.10. legatur plures in Portugallia Interamni centeſimū uigeſimū annum ſuperantes reperiri, & quod maius eſt, luſitanos, apud Indos hoīem reperiſſe, q iā trecēteſimū annum exceſſerat. Et anno ab Vrbe cōdita 129. in Gadibus regnaſſe Arganthoniū Tarteſsiorū Regem, huncq; tā diu uixiſſe quantū ad ſatietatē abūde, foret ſecūdū patriā ſuā octuaginta annis rexit, ut ex authoribus certis aſtruit Valerius Maxim' li.8.c.14. uixit itaq; annos 140. licet Aſinius Pollio apud eūdē tantū centū triginta illi tribuat, Cicero etiā de ſenectute pauciores nempe 120. Diuus tamen Baſilius in Epiſtola ad Nepotē hunc inter uiuaces numerat. Author eſt. F. Thomas Fazellus de rebus ſiculis li.7. prioris Decadis c.3. in Eryce Mōte Drepani Vrbe uicino tātā reperiri aeris clemētiā ut ad cētū, & uiginti annorū ætatē ibi plurimi hoīes perueniant, & Agathius rerū Geticarū li. author eſt Ermanaricū Regem Gothorū centeſimo decimo anno uitæ ſuæ defunctum uulnere lateri inflicto, & non morte naturali deceſsiſſe.

Defloratio ſiue ſanguine frequens. Cap. XV.

VLgatū oībuſq; receptū eſt, Virgines, q̄ in primo Veneris cōgreſſu diſruptis Virginitatis clauſtris ſanguinē nō fuderint, pudicas haud cēsēdas eſſe. Vidim' tn̄ nos binas Vrbis nr̄ę puellas alterā patritię gētis alterā uerò ciuē in prima defloratione nullā sāguinis notā dereliqſſe. cū tn̄ indubiæ honeſtatis uitam antea tranſigiſſent, quarū prior mihi iureiurādo affirmauit, iā mater effecta, ac ferè ī Paragmaſtica ętate cōſtituta ſe nullā paſſa antea uiri congreſſum fuiſſe: Quod an re uera

fieri

fieri poſsit indagatus,quidquid adeptus ſum,cœteris etiam commu nicare decreui in mortalium comodum eoq; libentius cum id extrà propoſitum noſtrum non ſit ſanguinem fluorem aliquem in primo cõcubitu puellis apparere conſueuiſſe diſrupta membrana Hymen vocata tradunt ferè omnes,ſi quidem hęc membrana, quam in prima coitione Terentius acerrimam dixit,impetu pœnis rupta, ac lacerata cũ carnea ſit, & ceruices vteri lateribus enaſcatur & continuo affrictu diuulſa,& excalefacta ſanguinem promanare ſinit,dũ modo tùnc puella integram, priuſq; quauis cauſa non vitiatam Hymenem habeat. At ſciendum membranam hanc quidem uirginibus peculiarem eſſe,tamẽ omnibus virginibus ineſse haud neceſsarium eſſe.Quod Realdus Columbus inſignis Anathomicus lib. 11 .de uiſceribus adnotauit per hęc verba ſub nymphis in nonnullis virginibus (non omnibus) alia membrana cernitur Hymen à ueteribus appellata quæ cum adeſt (raro autem adeſt)obſtat quominus penis in utero immitatur,& Carolus Stephanus lib.3.de diſsect.corp.hum.c.7.ſic ſcribit, Hymenem autẽ quã vocant membranulam potius pie credimus in virginibus inueniri,quã vt certum quid de ea proferre poſsimus.Non ſolum autem hac membrana aliquas virgines natura deſtitutas eſse poſse, uerum etiam, & per accidens aliquod ut notat Veſalius lib. 5.c.15. de hum. corp. fab. quo loco tradit in nonnullis petulanti quodam attritu diuulſam,laceratamq; aboleri, dum ſcilicet uirgines puellę coeundi pruritu percitæ,vel digitis,vel alio quopiã inſtrumento vteri ceruicem confricant Adde obſtetricibus quibuſdam(vt ibidem Veſalius teſtatur) morem eſse vt puellulis membranullam iſtam ſeu pelliculã, perinde ac fruſtra mulieribus datam,ita effringant, vt etiam conſueuerunt puerorum iã iam in lucem æditorum ori indicem indere,ac linguæ vinculum dilacerare.Recordor ipſe Vrbis noſtræ nobiliſsimam mulierem cuius nomẽ conſulto ommitto, dum puellulæ eius filiæ iuſsu Medici ſuppoſitoriũ ex melle duriuſculum in anum indere vellet, renueretq; puella lacrymans,atq; hic inde ſe iactitans dimoueretur matre tamen,vt voto potiretur anxiè inſtante,coleriterq; manum intrudente caſu ſuppoſitorium in vuluam iniecit, itaq; validè vt multus ſanguis diſrupta hymene proflueret, quod mihi poſtmodum non ſine admiratione narrauit. Ex ijs ita concludendum cenſemus(ſiue ſanguis in primo cũ uiro congreſsu ab hymene ſeu à nymphis prodeat mulieribus)ſi quando id minimè fieri conſpicati fuerimus,non tamen impudicitiæ notam, ac amiſsæ virginitatis ſignum cẽſendum omnino eſse, nec minori ob id in pretio marito recenter deſponſatam mulierem habendam eſse.

Superfœtatio ſuſpicienda. Cap. XVI.

EXijs quę in re medica ſuſpicienda veniunt, non eſt poſtremo loco reponenda ſuperfœtationis hiſtoria, quę certè rarò contingens inter admiranda numerari meretur, ſed nō minus admiratione vacat Gal. verboſiſsimū ſcriptorem nullibi quod meminerim de muliebri ſuperfœtatione verba fecisse quem pariter ſecuti Paulus, & Aetius Gal. nedum ſectatores, ſed ſinitę, ut ita dixerim, ne verbum quidem huius rei poſteris ſcriptū reliquere. Quinimo ſi Gal. dicta intimius perſcrutemur, illum ſuperfœtationem non admiſiſse potius concludemus, ſi quidem lib. 15. de vſu part. c. 7. tradidit, quod os matricis, quo tempore fœmina fert uentrem omnino eſſe conſtrictum, & conglutinatum ita ut ne ſpecilli quidem cuſpidem in matricis os queas mittere, quod pariter confirmat lib. 2. de ſymp. cauſis. c. 3. inquiens per nouem menſium tēpus in prægnantibus ita os uteri coniuere, vt ne ſtili quidem mucronem admittat. eandem ſententiam pluribus alijs locis protulit. Verū cum ſuperfœtatio fiat in mulieribus, in quibus poſt primum conceptū os uteri non clauditur ita ualde, clauditur autem poſt ſuperfœtationes, quæ poſterius inſuper pariuntur teſt. Hip. lib. de ſuperfœt. quem librum Gal. non uidiſſe non eſt exiſtimandum, cōcludendum erit Gal. ſuperfœtationem vel non admiſiſſe, vel tanquam rarò contigentē omiſiſſe Hanc tamen nonnunquam fieri teſtatur Philoſophorum princeps lib. 7. de hiſt. animal. c. 4. per hæc uerba. Mulier & equa omnium maxime animalium grauidæ coitum patiuntur, cœtera vbi grauida fuerint mares fugiunt, ea ſcilicet quorum natura ſuperfœtare more leporis recuſat, verum equa nunquam ſuperfœtat, ſed magna ex parte vnum duntaxat generat, at verò in muliere rarò quidem euenit, vt ſuperfœtet, ſed factum tamen aliquando eſt, qui itaq; longo poſt tempore ſint concepti nihilò perfici poſſunt, ſed præmaturis dolorem quo ipſe, & primus fœtus intereat mouet. Iam accidit vt facta corruptione duodecim ſuperfœtata puerperia egererentur at uerò ſi proximè à primo conceptu, ſecundus ſit factus abſolui, ædiq; poteſt quod ſuperfœtarit; vt quaſi gemini naſci videantur, quomodo Herculem, & Iphiclē procreatos eſſe fabulantur. Nāid etiam conſtituit in adultera quadā, quæ alterum ſuo marito, alterum adultero ſimilem peperit; Iam & cū geminos quędam ferret, tertium ſuperfœtauit, & cum tempus pariendi iuſtum iam eſset primos vitales peperit, alterum quinto menſe eliſit, qui ſtatim mortuus eſt, altera cum primum ſeptimo menſe peperiſ-

ſet,

ſet,qui mortuus eſt,mox duos iuſto menſium numero edidit:qui uixe runt,quædam etiam ſub abortum conceperunt atque alterum abegerunt,alterum continuerunt, pertuleruntq; ad partum. Hact. Ariſt. q etiam de re hac plura 4. de gen.animal.c.5. ferè in eandem ſententiam ſcripſit. Et in Amphitrione plautina fabula quis non legit de Iphiclo, & Hercule Ariſtotelicis plane germana. Conſtat itaque non ſolum ex Ariſt.dictis,ſed & Arabum Medicorum omnium mulieres ſuperfœtare poſſe,quamuis Diuus Auguſtinus literarum ſacrarum quidem periciſsimus,ſed in hac re minus Philoſophus,& Medicus lib. 5. de Ciuit. Dei oppoſitum ſenſerit,ſic ſcribens. Et in conceptu ubi & unum concubitum eſſe manifeſtum eſt, tanta naturæ uis eſt, ut cum conceperit fœmina, deinde alterum concipere omnino non poſsit, unde neceſſe eſt,eadem eſse in geminis momenta, hactenus D.Auguſtinus qui quidem excuſandus eſt cum medicinam minime profeſſus ſit, cumq; Gal. Medicorum princeps lib. 15. de vſu part.ſcriptum reliquerit. Grauidis cur uteri os adeò conſtrictum ſit, vt nec ſpecilli quidem cuſpidem admittat,tempore vero pariendi adeo aperiatur,& dilatetur,vt integrum animal reddere poſsit,mirari quidem poſsum, intelligere autẽ non item,cum itaque mulieres aliquando ſuperfœtare contingat, uidendum quibus potiſsimum,& quo pacto id accidat Raſis 22. cont. Al ſaharauius lib. pract. tract. 25. c. 23. Auic. 21. fen. 3. c. 17. mulieres eas ſuperfœtare docent, quæ tempore prægnationis menſtruantur, nec obſtat quod Ariſt. lib. 7. de hiſt.animal.c.2. ſcribat mulieres quibus p̄gnantibus menſtrua fluunt parere prolem minime vitalem,infirmamq; procreare, quę uero ſuperfœtant multoties validiſsimos fœtus parere. Ariſt. namque dictum intelligendum eſt de mulieribus prægnantibus quibus uſque in poſtremum gerendi tempus menſtrua eueniũt, vnde debilitari fœtum accidit minimeque vitalem in lucem ædi,ſecus autem Arabum intelligenda eſt ſententia, mulieres inquam quæ primis menſibus geſtationis menſtruantur ſuperfœtatione autem perfecta non amplius menſtruas purgationes patiuntur, has verò carnoſa corpora,& pinguia habere ſcribunt,& eſse multorum pilorum, & multi ſanguinis propter fortitudinem caliditatis earum,& huiuſmodi cũ ſuperfœtant partus uitales ædere poſsunt. Quinimo nonnullas nouimus nos quibus ſecta vena ab aborſu præſeruabãtur,cum eadem omiſſa aborſum pati ob ſanguinis copiam & caliditatem antea conſueuiſſent Amat.Luſit. cẽt.2.curat.89. hiſtoriam recitat uxoris Iulij Folchi, quæ ob ſanguinis biliosi redundantiam ſingulæ impregnationis 3. menſe aborſum patiebatur,cui cum angi incipiebat extracta à media cubiti vena ſemilibram ſanguinis præſeruata eſt. Et Ant. Maria Betta in

com. ſuis in 4.fen.P. can. Auic.ca. 20. ſic ſcriptũ reliquit. Phlebotomia parua in p̃gnãte nõ eſt ipſa cauſa aborſas, q̃nimo vt ſæpè experiẽtia noui, ĩ pluribꝰ talẽ phlebotomiã feliciſsime ſuccedere reperi vt ĩ magna ſanguis repletiõe, ex qua cõtingit aliq̃n mulierẽ aborsũ incurrere, potiſsimũ in principio ĩ quo nõ indiget embrio multa ſanguinis quãtitate in quo caſu utiliter imo neceſſario cõuenit phlebotomia ad ꝓhibẽdũ aborsũ vt ĩ Illuſtri Comitiſſa Argẽtina vxore Ill. Comitis Guidonis de Rãgonibꝰ apparuit, cui in principio imp̃gnationis opꝰ fuit ad minuẽdũ ſanguinẽ, & prohibendũ aborſũm, mittere ſanguinẽ, q̃d etiã manifeſte apparuit in quampluribus mulieribus temperatura ſanguineis in quibus contingit in primis menſibus menſes fluere fœtu reſeruato, & hoc eſt quod voluit Au.7.coll. c. 4. Doctiſsimus Hieronymus Acrombonus in ſuo tract. de lacte parte prima ſic & ipſe ſcribit. Eſt autem hic diligenter cõſiderandum plurimas inueniri mulieres in q̃bus ſanguis tantum ſuperabũdat, vt tempore etiam quo grauidæ ſunt menſes ab eis prodeant, abſque aliquo embrionis nocumento, imò vidi aliquas quæ ex nimia ſanguinis abundantia fœtum ſuffocabant, ex eis phlebotomatis ſeruatus eſt fœtus. Et ego olim duas curaui mulieres prægnantes in altera quarũ ſuffocati fuerant quatuor filij in 8. mẽſe, in altera verò duo in 6. quibus interim dum grauidæ eſſent, iuſsi ſecari venam baſilicam dextri brachij in 5. menſe, & copiosè ſanguinem educi, & in ambabus ſeruatus eſt Fœtus, non ſolum ſemel, ſed etiã pluries cum grauidæ factæ fuerunt, & inciſa itidem in eis vena. Hoc pariter Nicolus ſe.2.diſt.1.c.28. Au.aut. confirmare videtur. Quamobrẽ minimè audiendi Aloyſius Mundella epiſt.28. & Bonatus ab Altomari in particulari huius rei quæſt. oppoſitum ſentientes ſcilicet in grauidis minime ſecandam venam pro præſeruatione ab abortu, quorũ rationibus reſpondere omittimus cum dixiſſe unico verbo ſufficiat cum Ariſt.7.Phyſic. ab experientia particularium accipi uniuerſalem ſcientiam & ex 8.Phy. Quęrere rationem, & dimittere ſenſum infirmitatem quandam eſſe intellectus, & ex com. eadem loco, quod omnis opinio cui contradicit ſenſus non eſt bona, cum itaq; iam dictum ſit, quæ mulieres ſuperfœtationi faciles, aptæq; ſint, reliquum eſt ut modum aperiamꝰ; Mulieres ſuperfœtare ex Hip. ſuperius diximꝰ q̃a à prima cõceptione nõ ꝓbè claudat̃ os vteri, vel etiã nõnullis alijs ob nimiã in coitu delectationẽ os vteri q̃uãuis ĩ prima cõceptione optimè clausũ rurſus aperiat̃, queẽadmodũ colligi poſſe videt̃ ex Ariſt. dictis. 4. de gener. anim. c. 5. & q̃d pariter videt̃ inuiſſe Auic. loco citato. Dodonęꝰ ĩ ſcholio c. 91. Beniuenij ſcribit ſuperfœtatio adeò q̃dã rara eſt, vt nõnullis. ĩpoſsibiles habeat̃, cuiꝰ tñ manifeſtũ in honeſti ciuis vxore exemplum

apparuit. peperit hæc filium plenè geſtatum anno 1570. Decembris die 7. hora decima veſpertina ſuccedentibus omnibus quæ ad fęlicem partum requiri ſolent, poſtridie vero qui erat 8. eadem hora præter expectationem obſtetricis ac ſui ipſius peperit eadem fœtum alterum ſed nondum quadrimeſtrem, vtpotè cui neque oculi, neque nares, neque os paterent quem idcirco poſt conceptum fuiſſe ſatis manifeſtum, ſuperfœtationis exemplum habet Gordonius c. 2. partic. 7. Refert Nicolus ſer. 60. tract. 1. c. 22. hiſtoriam ſanè non contemnendam per hæc verba. Ego noui uxorem Zachariæ de Scarparia, quæ peperit maſculum, & hinc ad tres menſes peperit alium maſculum, & bene uixerunt ambo, & vnus fuit Spetiarius Florentię in burgo S. Laurentij. Hæc profecto hiſtoria admirabilis eſt cum Ariſt. 4. de gen. animal. 5. & 7. de hiſt. animal. cap. 4. ſcripſerit, quod ſi alter coitus proxime ab altero acceſſerit, enutrire quod ſuperfœtatum eſt utero gerens poteſt, ſed ſi iam aucto conceptu coitus adhibeatur ſuperfœtare quidem poteſt, perfici tamen conceptus ambo non poſſunt. Licebit hoc loco, Recentiorũ quorundam doctiſsimorum lapſum adnotare in loco Plinij interprætando, habet enim lib. 10. natural. hiſt. ca. 63. quod Daſypodes omni menſe pariunt, & ſuperfœtant ſicut lepores, & à partu ſtatim implentur, concipiunt quamuis vbera ſiccante fœtu, pariunt non cęcos; Daſypodem leporem eſſe voluit Budeus, & quo loco legitur apud Ariſtotele Δασύπους, vertunt interprætes lepus, attamen aliud eſse Daſypodem animal à leporo, Plinij uerba manifeſtè oſtendũt, quare Chriſtophorus Landinus, qui Plinium vulgarem fecit Daſypodem hoc loco vertit Taſſo, animal ſcilicet illud quod à Latinis Taxus, & Melis quoq; appellatur, ſed neſcio quo ſpiritu ductus, cum per Daſypodes hoc loco crediderim ipſe interprætandum eſſe cuniculos, vt voluit Cęlius in annot. quos omnium maximè ſicuti, & lepores ſuperfœtare compertum eſt.

In coitu extincti. Cap. XVII.

Nouimus mulierem ſcortum inſigne Lucretiam vocatam, quæ in coitu aliquando animo linquebatur; & quod maius eſt Iouianus Pontanus in opuſculo de obediẽtia memorię tradidit Beltradum cognomine Ferrerium Barcellonæ, quę Hiſpanię Vrbs eſt in coitus actu expiraſſe. Et Plinius lib. 7. natural. hiſt. ſcriptum reliquit Cornelium Gallum & Quintum Heterium Equites Romanos in venere obijſſe. Quod quidẽ ſicuti rarò contingit, ita me hercle admiratione non caret, quamuis

haud multum difficile ſit huius euentus cauſam perſcrutari. Itaq; ſicu ti triplex eſt hominibus finis tot etiam modis illis voluptas accedit quorum P. cum ſit indiuidui conſeruatio, data eſt naturæ uoluptas q̃ circa ſenſus verſatur 2. eſt perfectio partis potioris animi ſcilicet, ꝑpter quod data eſt à ſummo opifice voluptas ipſius intellectionis, cu ius finis eſt beatitudo, ad quã ſapiẽtia eſt via 3. Finis eſt cõſeruatio ſpe ciei propter quem finem parata fuit delectatio quę in venere percipit eiuſmodi autem, quæ ſit cauſa materialis, & inſtrumentalis eſt uiden dum, materialis cauſa, & efficiens eſt humor mordacitate quadam p̃di tus, & ſpiritus multus calidus, inſtrumenta eiuſdem ſunt vaſa ipſis ge nerationis membris inſeruientia, arteriæ ſcilicet, & uenæ, quæ ab acri monia quadam humoris pertranſeuntis præſertim cum incaleſcit, & ſpiritus etiam ſuo motu ſitilationem excitantia voluptate afficiunt. Gal. teſt. lib. 14. de vſu part. c. 9. quod pariter Ariſt. lib. 1. de gen. anim. c. 20. & 2. einſdem c. 4. & particula 4. probl. 15. problem. affirmauit, cũ itaq; in uenereo congreſſu euacuetur ſpiritus ſubſtantię plurimũ ꝑ pter delectationem hinc fit, quod qui in coitu plurimum delectantur in maiorem quoque debilitatem incidant. quemadmodum adnotauit Auic. fen. 20. 3. tract. 1. c. 11. & non ab re fen. 21. eiuſdem tract. 3. c. 15. docuit in mulieribus quandoque ex ſpermatis acuitate, & caliditate adeo ſuperfluere coitus deſiderium vt deijciatur virtus. Et Ariſt. ad Alex. ſcripſit coitum virtutum omnium eſſe deſtructiuum, & 4. parti cula probl. 6. 121. probl. ad ſeminis in temperatam emiſsionem ſequi corporis diſsolutionem, & debilitatem tradidit, quod & Gal. lib. de ſemine, affirmauit, quinimo Auic. 3. de animal. teſtatum reliquit quod ex ſeminis exitu magis corpus debilitatur quam ſi quadragieſies tan tus exiret ſanguis de eodem corpore. Hanc rem fuſcius Gal. lib. 1. de ſemine cap. 16. per hęc uerba aperit, In coitu quidem teſtes ex ſuperio ribus venis quicquid in ipſis ſeroſi humoris continetur id omne atra hunt, hę verò cum à teſtibus, qui vehementiorem ipſis vim habent p̃di cto humore uiolenter priuentur, à ſuperioribus alijs, ipſę etiam rurſus ſuperiores ab alijs, hæ à vicinis ſubinde trahunt, atque ita deinceps fit, vſq; dum in omnem corporis partem trahendi hæc viceſsitudo dif fuſa omnibus animalis membris proprium alimẽtum eripiat attrahit enim ſubinde id quod penitus eſt exinanitum, ab eo quod plus habet, quaſi violenter rapiens, cum igitur hoc ſemper fiat, & tãquam in cho rea ſibi inuicem alimentum tradant omnia animalis vaſa, & membra tã tiſper euacuari neceſſe eſt quoad repleatur, id quod potentiſsimũ eſt, atq; hoc modo accidit, vt ijs in occaſionibus omnes animalis partes non tam ſeroſo humore, quam uitali etiam ſpiritu priuentur, ſi quidem

hic quoq; ex arterijs una cũ genitali humiditate excernitur, nihil igitur mirandum eſt; ſi ij, qui immoderatius coitu utuntur imbecilliores euadũt, cũ & uniuerſũ corpus, utrorũq; horũ puriſsima parte fraudetur, & accedat etiã uoluptas, quæ uel ſola idonea eſt ad uitales uires diſoluendas, ut nonnulli in nimia uoluptate affecti interierint. Hactenus Gal. ex quibus colligere poſſumus cauſã cur nõnulli in coeundo vitã cũ morte comutarint nec nõ & propter quid meretrix illa ſuperius dicta, quæ ut Iuuenalis de alia meretrice dixit 2. ſatir. & laſſata uiris, nũquã ſatiata receſsit animo in uenere deliquerit: Præſertim cũ mulieres in uenereo congreſſu maiori delectatione corripiant hominibus, ſi credimus Auic. aut. fen. 21.3. tract. 1. c. 2. & Gal. in calce c. 6. lib. p. de ſympt. cauſ. Quãuis in oppoſitũ ſit Hip. aut. lib. de genit. quo loco habet mulierẽ minus delectari uiro in coitu, & breuiori etiã tẽpore. Quod pariter ex Ariſt. colligere poſsimus, cum. 4. de generat. animal. c. 5. ſcripſerit libidinoſiora eſſe, quæ corpora ſolidiora habent animalia, & quæ piloſiora ſunt, & huiuſmodi ſunt uiri magis quàm fœminæ, ergo quoq; magis in uenere oblectari, dicendum præſertim cum ſæpe numero concipere mulieres nulla delectatione in uenereo congreſſu affectæ teſtimonio eiuſdẽ Ariſt. p. de generat. animal. c. 19. & 20. at nullus unquam homo generabit niſi oblectetur in ſeminis profuſione, uerum harũ opinionũ quæ potior ſit, magiſq; recipiẽda non ipſe facilè protulerim quamuis Tyreſius utrumq; ſexũ expertus apud Ouidiũ lib. 3. Metamor. ſententiam protulerit aduerſus Iunonẽ cũ Ioue ipſi⁹ marito cõtẽdẽtẽ uiros magis quã Mulieres in coeũdo uoluptate teneri, At experimẽtũ cõprobat modo mulieres, modo uiros ſalaciores cœteris reperiri, prout uario particulari temperamento præditi ſunt.

Coitus ſymptomata admiranda. Cap. XVIII.

CIrca Veneris vsũ cõtingũt nõnuquã accidẽtia quædã uaria, queadmodũ experimẽto cõpertũ eſt, quorũ hiſt. prętermittere haud quaq̃ decet. Dũ ipſe medicinã facerẽ, ex. Medic⁹ Doctiſſ. q̃ Philoſophus fœlicis recordationis Frãciſcus Valerius q̧ peſte anno 1576. urbẽ nr̃am uaſtãte dũ magis alienæ, quã ſuæ uitæ curã gereret extĩct⁹ ẽ, me cõſuluit vt ſentẽtiã meã ipſi apire uellẽ in caſu Illuſtris Iuuenis q̃ in uenereo cõgreſſu cũ muliere ſemẽ emittere neq̧bat, quãuis in ſomnio, atq; manib⁹ ꝑfricata mẽtula, vel nullo negocio excerneret. Qđ pariter, & alteri M. uiro urbis nr̃æ accidiſſe teſtari poſſum⁹, licet eorũ nomina, cũ adhuc

uiuāt ſolēda eſſe decere arbitremur; Res profecto cōſideratione digna. Id ipſe in uerecūdiā reiciebat, uel in fortē quandā imaginationē neutrū tamen ſatisfaciebat, nāq; qui uerecundant, uel timēt, potius à penis erectione prohibent q̄ a ſeminis excretione, ita ut huiuſmodi ſe ueneficijs petitoꝝ quominus coeāt exiſtiment, In fortem uero imaginandi facultatem rem referre nimis lōginquā, ac remotiſsimā causā aſsignare uidebatur, Quamuis enim ſcribat Ioannes Mirandula quod quidam non arrigebat membrū niſi uapularet, idq; imaginationi vehementi adſcribat nihilominus p̄narratarū hiſtoriarū uicinior, eaque magis medica eſt indaganda cū itaq; uterq; patiēs ex ſuperius dictis corporis tēperamēto frigidiori p̄ditus eſſet, ſemē quoq; in ipſis plus iuſto frigidis generari conijciebamus, ſicq; motui minus aptum, præſertim cū in cōgreſſu uenereo multi ſpiritus, q ipsū excalefacere, mobiliorē q̄ reddere poterant cōſumerent præ nimio, & lōgo coeūdi labore, ita ut ſemē progredi nō poſſet, ſecus aūt in ſomno, atq; manuū exercitio, ī hoc enī ex frequēti, aſsiduaq; cōfricatione mēbrū maximè incaleſcēs caliditatē teſtibꝰ ac vaſis ſeminarijs cōmunicabat, minoriq; ſpirituū quātitati cōsūpta ſemē eiaculari poterat quēadmodū & in ſomnis ex decubitu excalefacto corpore, p̄ſertim circa renes a quo loco materialiter ſemen initiū ſumit, mouēte uirtutē expultricem in ſomnijs uenereis imaginatione, extra manabat ſemē, cui ſentētiæ nr̄ę facere uident Auic. dicta fen. 20. 3. tract. 1. c. 15. quo loco de coitus diminutione uerba faciens inquit, Et quādoq; propter paucitatē motꝰ ſpermatis, & deffectū eius a mordicatione excitāte, ita ut quādoq; fiat in quibuſdā ſperma plurimū, & cū coeūt nō deſcēdit ꝓꝑ cōgelationē ſuā, & polluūtur cum hoc in nocte, quoniam vaſa ſpermatis calefiūt in eis in nocte, quare calefit ſperma, & ſubtiliat. Idē quoq; Raſis li. diuiſionū confirmat, nec nō, & Hip. circa initia li. de genit. Clarius tn̄ Aetius ex Rufo ad calcē li. 11. rē hāc aperit hiſtoriā tradēs noſtris valde ſimilē Adoleſcētis miniſtri domeſtici qui cōfeſſus eſt ſe qn̄ cum muliere rē haberet ſemē effundere non poſſe, cū vero dormiret plurimū ei ſemē ꝓdire uisū itaq; mihi eſt inquit Aetius vaſa eius ſeminaria ꝓꝑ multā, vna cū frigiditate humiditatē calefieri nō poſſe, propterea qđ caliditas in coeūdo ad corporis ſuperficiē diffunderet in ſomnis vero ampliꝰ calefieret. ꝓpterea qđ sōni interna calefaciūt: nec minori admiratiōe, q̄ riſu digna eſt altera hiſtoria q ibidē recitat Aetiꝰ per hęc verba. Adoleſcēs q̄dā ad Nos acceſsit, & ſe vehemēter coitū appetere ꝯfeſsꝰ ē, verū vbi cōmiſceret, ſemē emittere nō poſſe, ſed flatꝰ plurimos ſibi p ſedē erūpere, ī hoc itaq; ꝯiecturā feci vaſorū ſeminariū ſiccitatē adeſſe, qđ ipsū etiā adepta ſanitas demōſtrauit, nam poſtquā

ipſe

ipſe humida,ac boni ſucci dieta eſt vſus,ſemen emiſit. Conſimilem ca ſum ſe obſeruaſſe tradit Luſit.cent.6.cur.9.in ſcholio congenerem hiſtoriam tradit Matth. de Gradis conſ. 3. de quodam qui cum volebat coire non errigebatur illi membrum ſed ſemen emittebat, cuius euentus cum cauſam ipſe minimè doceat, ſed dumtaxat medicamenta ad pœnis erre&#x1d;ctionem facientia præſcribat. Nos in ſtudiorum gratiam aliquid de cauſa præſcribere decreuimus. Idq; ex nimia vaſorum ſemē continentium laxitate prouenifſe crediderim quod præſertim contingere ſolet ex nimio veneris vſu,ac ex longa,diuturnaq; gonorea, ſtatī enim ac ſe ad coitum accingit taliter effectus imaginatione excitante naturam ſemen emittitur, nec tamen membrum virile intenditur ex paucitate ſpiritum exinanito corpore ob nimiam,ac diuturnam ſeminis excretionem,hanc verò genuinam eſſe cauſam patere poteſt, ex hiſtoriaq; lib.5.hum.fabr.c.13. tradit Veſalius cuiuſdam Patauij diſſecti,qui ante ſuſpendium in voluntario ſeminis fluxu laborās hos meatus omnes laxos,apertóſque habuit, eoſque potiſsimum qui ex teſtibus in deferentis ſemen vaſis reuolutiones,giroſuè pertingunt, ex q. bus dextrum,& ſiniſtrum deferentia ſemen uaſa in veſicæ ceruicem terminantur. Scribit Fernelius lib.6.de par.morb.ac ſymp.c.13.hiſtoriam cuiuſdam qui ex ſola clyſteris profuſione ſemen eiaculari cōſueuit & alium ſe uidiſſe qui ex longa Gonoreæ conſuetudine per inſomnia, atque etiam cogitatione ſola purum ſanguineū non minori voluptate quam ſemen effunderet,quod illis quoq; qui ultrà modum re venereæ vtuntur accidere ſolere teſtatur Ariſt.lib.1.de generat.animal. c. 19. Nec mirum hoc alicui eſſe debet, quod ita ora vaſorū ſeminaliū laxent ex aſsiduo coitu, vt ſemen vel nullo negocio minime tenſo pria po extrà labatur,cum idem Fernelius lib.eodem c.10.ſcripſerit ex ſola cohibendi flatus conſuetudine non paucos diſſectione animaduertiſſe quibus dilatatum Colon inteſtinum brachij amplitudinem adequabat,& c.12. addit ijs qui iampridem nephriticis doloribus erant aſſueti vſq; adeò dilatatum vreterem aliquando comperiſſe ut in eum maior digitus immitti poſſet. Qui itaq; ex nimio coitu laxatis,refrigeratiſq; vaſis ſeminalibus in ſeminis profluuium incidunt, & ſi Iuuenes ſit teſtimonio Aretei li.2.c.4.ſenilem habitū induant neceſſe eſt,quippe qui ſegnes fiant reſoluti, exanimes, torpentes, hebetes imbecilli, recurui, ignaui, pallentes, albidi, effœminati, à cibis abhorrentes, frigidi, membris graues, & ſtupidi cruribus impotentes, & ad omnia remiſſi,& languidi. Docet Auic.fen.20.3.tract.1.c.40.quod ijs qui molliori ſunt corpore,ac habitum reſolubilem poſsidēt, multumq; in coitus actu oblectantur, ſi coitum frequentent accidit quandoq; vt vnà cum

ſemine

ſemine fœces per anum emittant, multi namque ſpiritus excernũtur, ex quo cum ad reſolutione corporis ſint parati, fit vt multa copia ſpirituum excreta partes viciniores illis depauperatæ deſtituantur, ſicque laxato muſculo inteſtini recti orificium ambiente, fœces in coitu quoque emittantur, quem caſum ſe obſeruaſſe in Andrea Traguríenſi ſcribit Alexander Benedictus lib. 15. pract. c. 26. vi omni ad genitalia in Venere tranſmiſſa ſubducto à ſede ſpiritu ex uehementi voluptate & naturali corporis imbecillitate, quibus deprauata eſt generatio aluum interdum ſolui ſcribit Ariſt. lib. 1. de generat. animal. c. 20. propterea quod excrementum eò ſecedit quod coqui, atque effici ſemen non poſsit, libet hoc loco recenſere nonnulla Pharmacorum genera nõ vulgaria, quæ mirum in modum ita ad coitum incitare mulieres, & homines ſcriptum legimus, vt in ſatyriaſim, & priapiſmum incidant, ſcribit Aem. Macer in lib. de herbarum virtutibus Satureiam herbam à Satyris Satyreiam iure uocatam, eo quod interius aſſumpta vel exterius applicata mirum admodum, nimiſq; homines in venerem pronos efficiat. Theofraſtus lib. de Fruct. 4. refert ad rem uenereammirum in modum herbam pollere, quam Indus attulerat, non enim ſolum edentibus, ſed etiam tangentibus tantum genitalibus vim vehementem adeo fieri, ut quoties vellent coire, valerent, & quidem qui vſi fuerunt duodecis coiſſe dixerũt; Indum verò ipſum, qui magno, & robuſto corpore erat, ſepties decies aliquando coiuiſſe (Cardanus lib. de Plantis legit ſeptuageſies) fatentem licuit audire, verum emiſsionem ſeminis guttatim fuiſſe, demumq; in ſanguinem deueniſſe, mulieres uero vehementius excitari ad libidinem cum eo medicamine vſæ fuiſſent. Iulius Cæſar Scaliger de ſub. ad Cardanum exercit. 175. ſcribit in Athlantis iugis occidentalibus, quæ pars ſarnag ab incolis nuncupatur radicem quandam reperiri cuius æſu ad venerem augendam, continuandamq; mirificè corroboraretur. Quin aiunt ſuper eam ſi quis urinam reddiderit, illicò turgere libidinibus, Virgineſq; quæ preſunt paſcuis ſi ſup ea ſedeãt, aut urinam faciant, eis perinde rumpi naturę membranam, ac ſi à viro fuerint vitiatæ. In ea pariter Indiæ prouincia, quę ſub terra laboratoris eſt uerſus Iſthmum, Dariem arborem eſſe ſcribit idem author, piri facie, & magnitudine perpetuò folio viridiſsima, nitidiſsimaque ſuperficie, fructus quoq; piri ſpetie, ſed colore viridi, etiam cũ maturus eſt, medulla intus concolor, dulcis pinguis butiri ſapore, quę adeò validos efficit ad coitum, vt propius miraculo ſit eius efficacia, Agnacat illi nomen eſt, Author lib. de plantarum Indicarum hiſtoria lib. 2. c. 25. meminit de planta Bangue Cannabi haud abſimilis, niſi qđ huius ſemen Cannabino minus eſt nec ita candicans ut illud, nec hui⁹

ſtolones

ſtolones lignoſi vllo cortice veſtiuntur, contraq; in Cannabi huius Indi ſemen, & folia ædunt, vt fiant in Venerem procliuiores, ex hac planta colligunt ſuccum Bangue pariter appellatum folijs contuſis, interdum ex ſemine, cui nonnulli admiſcent Fauſel virentem, aut nucē muſcatam & macim interdum Garyofilos, interdum camphuram, alij ambarum, & Moſchum, pleriq; opium, vt Mauritani. Scaliger loco citato de Anfiara quo ad excitandam venerem Indi, & Turcæ frequentiſsimè vtuntur meminit, Opium vero hunc eſſe, ſe à nauigantibus Indię pro certo intellexiſſe, idq; etiam à Nicolao Brixiano præfecto ſtabulis Regis Nauaræ, qui in Ponto Bythinnia, cilicia diu egit. Hoc etiam Cardanus lib. de ſub. affirmat, vocatq; ob id opium, Nicolaus Monardes parte 2. ſui tract. de medicamentis, quę ex Indijs afferuntur c. de Tabacho Amphionem eſſe opium Indis ſtatuit, nam Indi in Hiſpaniam deuecti petentes Amphionem viſo opio à ſepelaſiano oſtenſo illum ſe petere affirmarūt. Ant. Geufræus, qui Gallice Turcicam hiſtoriam deſcripſit, quam Guilhelmus Godeleuęus latinam reddidit, & qui per annos treſdecim apud Turcas captiuus ſeruilem vitam duxit Afion, quo ipſi vtūtur Pharmacopolis opium eſſe teſtatur; vnde mirandum Amatum Luſitanum cent. 2. cur. 18. dicentem Amphionem quo Turcæ ad libidinem incitandam in cibo fabæ magnitudine vtuntur non papaueris, ſed herbæ cuiuſdam ſuccum eſſe: ſcribit Garcia ab Horto Proregis Indiæ Medicus c. 4. lib. de hiſt. aromatum, & ſimpliciū Indiæ à Carolo Chluſio e luſitanica lingua latinitati donatæ, vſum opij plurimū eſſe p uniuerſam Mauritaniam, & Aſiam ſi quidem eius vſui ita aſſueuerunt, vt eo abſtinentes periculum vitæ incurrant, quod ſane admiratione non caret, quando quidem adeò ſomniferum, & ſtupefactiuum eſt, vt etiā, qui eò utuntur dormitabundi plerunq; videantur. Itaq; ſolent q eius facultates intelligunt exiguam quantitatem ſumere, alij verò pleriq; liberalius eo vtuntur, vt laſsitudinem ex laboribus, animique faſtidia tollant, non autem vt proniores in venerem efficiantur, vt ſtulti quidā credunt, quoniam opium non modo venerem non ſtimulat, ſed potius eius ſtimulos infringit ſua frigiditate, & vaſorum ſpermaticorum conſtrictione, & nonnullos Luſitanos noui, qui eius æſu debiles, & impotētes effecti ſunt. Geufręus hiſtorię citatę lib. 2. huic Garciæ opinioni fauere videtur inquiens Turcis Amphionē omnem metum, ſolicitudinem, curam, & anxietātem eximere, uerum ſiue in hunc, ſiue in illū vsū Indi, & Turcę opio vtantur, mirandum ſanè maximè quomodo nō moriātur magna in Doſi illo deuorato, ſi quidem Garcia loco citato tradit quod Doſis communis apud iſtos eſt à viginti ad quinquaginta grana hordei, & ſubdit; Noui autem Coraſonem quendam à ſecretis ſtizamoxæ,

zamoxæ, qui ſingulis diebus tres laminas opij ederet, quę penderent decem drachmas & amplius, & licet ſtupidus, & dormitabundus ſemper videretur, aptiſsimè tamen, & doctè de omnibus diſputabat. Monardes loco citato ſe bis in Vrbe Siuilia vidiſſe teſtatur, binos Indos qui cum quiete ſe reficere volebant poſt multos labores, vel cum laborādū eſſet, à ſeplaſiario ipſo pſente Ochouā opij coemiſſe, quā duob⁹ vicibus inoxiè deuorabāt. Ludouicus Duret⁹ in Scholio c.5.li.2.prac. Iacobi Holerij refert ſe vidiſſe ab Hiſpano in ſummo æſtu ſemiunciam opij ſine noxa deuoratā. Huiuſce rei euēt⁹ ſuperi⁹ dictos, qs nō admiraret. cū opiū oīb⁹ ſtupefacientibus fortius ſit teſtimonio Auic. fen. 4.P.c.3. Gal. q̄ dixerit 8. li. de cōp. medic. ſec. loc. c.3. opiū mortificare corpora, & in frigiditatē īmedicabilē reddere, qđ etiā pluribus experimētis cōfirmare libet, Raſis. 9. cēt. ſcribit ſe vidiſſe ex ſuppoſito opio quoſdā mortuos fuiſſe, & Gal. 2. de morb. vulg. aſſerit, qđ ſuppoſitū fuit opiū in ano quorūdā ad mitigādū dolorē, ex quo mortui ſunt, & Auic. in cura fluxus ſic ſcribit: Vidimus q ſuppoſuit ſibi colyriū (eſt aūt colyriū Auic. ſuppoſitoriū) ex opio, & mortuus eſt. Garinaria li. ſuę prac. c. de cura ſodæ colericæ ſcribit ſe vidiſſe in quadā muliere nobili, q̄ cū ſtetiſſet p plures dies, qđ nō dormierat Medici decreuerūt, vt illi ſupponerēt colyriū quodā longū opiatū, qđ cū fuiſſet factū ſtatim cępit dormire, Medici aūt pceperant ancillis qđ cū cępiſſet dormire extraheretur illud colyriū, q̄ ipſum omittentes, & nō extrahētes taliter pfundata fuit in ſomno, quod nunquā euigilata eſt, imò perpetuò dormit. Nicolus ſe. 2. c. 11. ſcribit ſe vidiſſe puerū cui ſuppoſitū fuit opiū propter Teneſmonem extinctū fuiſſe. Ant. Betta in ſuis com. in 4. fen. P.c. Aui. tradit a ſe viſum, q quædā de Mutinenſi familia Charādinorū cū iā per multos dies uigilaſſet, & nullo leui ingenio potuiſſet dormire, iuſsit Medicus ſibi imponi ſuppoſitoriū cū notabili quantitate opij ex quo factū eſt vt per diē, & noctē profundiſsimo ſomno dormierit, à quo tandē multis adminiſtratis auxilijs releuata eſt, & ſi p multos annos poſtmodū vixerit, ſtupida tñ, & ueluti amens remanſit. Scribit quoq; iterum Nicolus ſe. 2. ſum. 2. tract. 1. c. 15. Et ego vidi puerū cui ſuppoſitū fuit opiū ppter Tenaſmonē, & mortuus fuit puer. Et vidi uirū ī ſenectute cōſtitutu cui īmiſsū fuit clyſtere cū opio p pter ſedare dolorē colicū īmēsū quē patiebat homo ille, & mortu⁹ fuit. Alex. Benedictus lib. 3. c. 6. part. morb. Scribit Patauij accidiſſe qđ Iuſtinianus Patriti⁹ Venetus ī dētis cruciatu, cōuellere iuſsit molarē vnū ex magnis dētib⁹, & cū dolor īgēs pſeueraret ſuadētib⁹ nōnullis opio, q oleo ɔfecerat ſępi⁹ ī cauū īdito ſupmo sōno corrept⁹ fuit, qđ pariter repetit li. 7. c. 17. Cardan⁹ li. de ſub. 18. ſcribit de quodā eqte q cū in

Mm equeſtri

equeſtri certamine victor extitiſſet depoſita galea vt reſpiraret ab inuidis copioſo intus illiſo opio extinctus eſt, nam ex calore galeæ tunc ſpiritus hauſerat, quicquid ſpiritus pernitiosè intrà caſsidem cōtinebatur calore autem venarum oſcula omnia patebant, vnde ſtatim recepius intrà penetralia capitis eſt extinctus. Si itaq; ſuppoſitum opiū, vel exterius illinitum interimere facile poteſt, quanto magis interius hauſtum, & in magna copia: ſcribit Leuinius Lemnius de occult. nat. miracul. lib. 2. c. 51. opium ad binas treſue drachmas exhibitum ex vino meraciſsimo mortem commeritis exhibitum, illos exhilareſcere incipere potione hauſta veluti riſu ſardonio perfuſos, mox in ſomnum, ſoporemq; riſolutos morte ſopiri, tanta ſiquidem pernicitati opium venas ac vitalia corripit, vt diſſecto eorum qui illo potionati ſunt corpore cordi adhæſiſſe compertum ſit. Quomodo itaque ſuperius alati Indi, & Turcę, Luſitaniq; tam grandem opij quantitatem aliquādo ingurgitent ſine notabili noxa id in conſuetudinem Garcia, Monardes, & Duretus referunt, quod profectò ſicuti veriſsimum eſſe crediderī, ita quoq; opium apud ipſos minus frigidum reperiri auſim affirmare; & ſi enim in opio à predominio partes frigidæ dominētur nihilomin⁹, & partes calidas obtinere, eo quod amarum, odoratumq; ſit concludendum, præſertim cum opium in ore detentum linguam veſicet, quēadmodum teſtatur Petrus Andreas Matheolus in ſuis com. in Dioſcoridem; ſi itaq; papauer altiori loco, ſub calidiorique Cœlo naſcatur, opium ex illo paratum partes calidas multiplices obtinebit, quę aliarum frigiditatem infringent, ſecus autem ſi naſcatur papauer humiliori ſolo, ac in frigidiori regione, magis partes frigidæ multiplicabuntur, quod non ſolum experimento quotidie comprobatum eſt in alijs plantis, ſed & teſtimonio Theophraſti probari poteſt, qui tradit chios cum ſuccum Cycutæ alicui morti damnato propinare uolebant, elligebant cycutam, quæ loco humido, ac ombroſo proueniſſet, ut potè q̄ ad mortem ſua frigiditate inducendam efficacior eſſet, Iulius Cæſar Scaliger de ſub. ad 5. Cardanum exer. 152. teſtatur Ligures Taurinos cycutæ radices in acetarijs pro delicijs habere, addito etiam ſalubritatis elogio, tantum abeſt vt illis nocumentum inferant, quia naſcitur in regione illa calida, & locis montuoſis, quæ tamen Franciſcum Trapolinum præceptorem Petri Pomponatij affinis mei, & ſui ſeculi Philoſophorum Phenicem Patauij loco Petroſolini comeſtę, interfecerūt. Addamus ad hæc Turcas ſuum opium conficere ex papaueris albi ſucco, quem per multos agros longè, latèq; ſerunt, ſuccumq; promunt teſte Scaligero exerc. 154. & 175. Ita & Belonius lib. 3. obſeruationum c. 15. tradit opium abundantiſsime cogi ex papauere candido tota paphlagonia,

phlagonia, Cappadocia, & Cilicia, apudq; Turcas, & Perſas ſummo eſſe in vſu, non tamen ab eis communi vſu ſummi ſupra drachmę vnius pondus. Hoc autem papauer ſatiuum album Gal. lib. 7. de ſimpl. med. facult. mediocriter ſomnum conciliare, cæteriſq; papaueris ſpetieb' minus refrigerare docet. Hincq; iure ſcripſit Franciſcus Alex. in ſuo Apolline radio 1. c. de papauere, ex huiuſmodi papauere Genuę, Neapuliq; pulmentaria fieri quibus veſcuntur ad ſatietatem vſq; , nec tamen vnquam ſomno lentiores fiunt, quod pariter affirmat Mathiolus euenire Montium Tridenti incolis Auſtriæ, & Charinthiæ habitatoribus, qui papaueris huius multam copiam ſerunt, vt illius ſeminibus pulmentaria conficiant, quæ apud ipſos in continuò ſunt vſu, abſq; eo quod vnquam ſomno ob id capiantur: In vrbe tamen noſtra Turca captiuus Illuſt. Comitis Bonifacij Torelli à ſeplaſiario ſub æde ipſi' Comitis commorante, coempto opio, eoq; peglutito extinctus eſt. Non caret admiratione quod ex vulnere in capite inflicto coeundi omnis facultas ablata fuerit. Nicolus 5. 6. c. 6. ſcribit de mēſe Iudei, cuidam in capite percuſſo ſtatim defeciſſe coitum, quod & Auic. fen. 20. 3. tract. 1. c. 15. & Raſis 24. cont. affirmant: Quamobrem Platonis ſententiam veram eſſe dicendum qui in Thimeo ſemen à cerebro, & ſpinali medulla ortum ducere ſcriptum reliquit quam etiam ſententiam ſecutū fuiſſe Hip. videtur lib. de nat. oſſiū, & lib. de genit. & lib. de nat. hum. Apud Romanos quoq; ſemen à cerebro decidere receptum fuiſſe ex eo patere poteſt, quod qui nimia venere vterentur, calueſcere dicerentur, Vnde illud in Iulij Cæſaris Triumpho Scomma proclamatum fuit. Romani ſeruate vxores, Mecchum caluum adducimus, Ita, & cuidam petulātiſsimo hiſtrioni poſt funus diſsecto capite, exiguam cerebri particulam repertam fuiſſe tradunt. Quod pariter confirmare videntur ea quæ ab Hip. & Gal. Aphor. lib. 6. 18. Aphor. ſcripta leguntur, Spadones ſcilicet & pueros non calueſcere. Addamus illos quibus poſt auros venæ diſſectæ fuerint ignauos, & imbecillos euadere, quod Principibus Scytharum accidiſſe teſtatur Hip. lib. de loc. aff. quam ſentētiā etiam confirmauit Auic. 20. 3. tract. 1. c. 3. Nec tamen negandum quin etiam ab alijs corporis partibus ſecerni poſsit ſemen cum id Hip. lib. de loc. & aquis, & lib. de dieta. 1. & de morb. mulier. 1. apertiſsimè ſcripſerit, quam ſententiam etiam ſecutus eſt Ariſt. in probl. part. 4. pbl. 21. quamuis c. de gen. animal. c. 18. eam, vel potius modum ſecretionis, & generationis ſeminis confutare videatur, quod vel ex eo dumtaxat ſatis comprobari poteſt ſemen genitale ſcilicet ab omnibus corporis partibus procedere, eo quod à ſanis quidem ſanum, à morbidis morboſum, vnde ex cæſijs cęſij, ex caluis calui, & ex diſtortis diſtorti gene

rantur Hip.auth.lib.de locis,& aquis,& vt Ariſt.li.1.de hiſt.animal.c. 12.recenſet,iã enim cum parientes cicatrices haberent filij quidã parte eadẽ ſui corporis idẽ habuerunt, & Chalcedone cũ pater brachio eſſet cumpunćto,filius idẽ retulit,confuſa tamen nota,minuſq; explanata,ſic vitio ſeminis ex podagricis podagricos, ex elephanticis elephanticos,& ex phthiſicis phthiſicos filios ortũ trahere vnanimi ſententia confirmant medici,& experimẽtum comprobat. Quid amplius, non ne pluries obſeruatum ex eodem ſemine filios procreatos,eadem paſſos fuiſſe.Fernelius de part.mul.& ſymp.lib. 6.ſcribit de quodã Senatore qui ex cõiuge ſana liberos omnes ſuſcepit ſurdos, atq; mutos. Nouit vniuerſa Ciuitas noſtra præteritis annis Aromatarium ad inſigne trium clauorum omnes filios generaſſe cõtortis pedibus ad partes internas crurum, ita ut pedum digiti inuicem opponerentur, qñ viſum aliquando omnes vnius patris, & matris filios eodem morbo interijſſe, Ita adnotauit Nicolus quod cuidam nobili omnes filij moriebantur Epileptici,& quidam vir Doctus.Scribit filios omnes Laurentij Gadij vno,& eodẽ morbo interemptos,& vno mortuo, & diſſecto plures veſiculas tum in pulmone,tum etiã & in epate adiacentes. Semen itaq; ab omnibus corporis partibus decedere,potiſsimum verò à cerebro,& ſpinali medulla prouenire exiſtimandum;potiorem tamen illius partem celeſti virtutis informatiuæ energia imbutam 3.turgere ſpiritu à cerebro,epate,& corde ipſi communicato, ob id fortaſſe Ariſt.ſeminaria vaſa ſanguine carere,& ſpiritibus repleta eſſe tradidit quamuis ſanguinem materiam ſeminis eſſe non ſit ambigendum.

Purgationis ſuppreſſæ accidentia notatu digna. Cap. XIX.

COnſueuit natura tum mulierum,tum virorum corpora ꝑ quaſdam expurgationes emundare,quæ ſi ſupprimi contingat mirum dictu quot mala excitare ſoleant. Si quidem mulieres menſtrua purgatione donauit,quæ ſi cohibeatur menſes ipſos vomitu reici contingit, ac ſi rurſus reuertatur,eorum vomitio tollitur,dicente Hip.aff.32.5.lib.Mulieri ſanguinem euomenti menſtruis erumpentibus ſolutio, quod pariter Celſus lib.2.aff.8.confirmat.Ant. Muſa Braſauolus teſtatur in explanatione præcitati aff.ſe curaſſe religioſam, quę ſingulis menſibus imminente purgationum tempore ſanguine euomebat,cui ſuppreſſorum menſium fluxum euocare ſtudit, vt illammet à ſanguinis per vomitum reiectatione liberaret; quibuſdam enim mulieribus menſtruas pur-

gationes retentas vomitum reiectas teſtatum reliquit, Rabi Moyſes ſec. 24. Aphor. meminit Beniuenius c. 41. mulieris, quę vrgebatur acerbiſsimo capitis dolore ex retentis menſtruis, quibus vomitione propulſis illicò ſubleuabatur, quod ſæpius fecit donec ſecta tali uena ritè fluentis menſtruis ſanata eſt, & Amat. Luſit. cent. 1 curat. 17. hiſtoriam deſcribit vxoris cuiuſdam Germanæ enixæ cui cum per uteri uenas purgationes non exirent per os, & nares ſanguis copioſus efflaxit, quo facto à ſymp. quibus detinebatur leuata fuit. Idem author cēt. 6. cur. 49. aliam hiſtoriam recenſet puellæ cuiuſdam filiæ Nicolai Sergij quindecim annos natæ, quę quotidie duodecies ſanguinem excreabat, qualibet autem horæ ſemel, noctu verò nūquam ſanguinem excreabat, ſanguine nempe menſtruo, qui eo tempore defficiebat ad partes altiores obrepente, & per venam paruam & exilem æſophagi altiori parti complantatam exeunte. Ita Arętęus lib. & ca. 2. de exitu ſanguinis ab ore verba faciens, Inquit, Id genus autem repentini exitus plerumque fœminis, quibus menſtrua non reſpondent euenire ſolet, idque ſingulis menſibus euenit. Ijſdemque menſtruæ purgationis circuitibus apparet, nec non ijſdem ſtatis ceſſationis diebus ſupprimitur, ac niſi mulieri laboranti ſuccurratur per multos circuitus ſanguinis emiſsio reuertetur. Verum non ſolum ad partes iam dictas natura quandoque ſuppreſſos menſes tranſmittere conſueuit, ſed & ad vbera ipſa non ſine inſigni noxa, quod Hip. aff. 40. lib. 5. affirmare videtur dum ait, Quibuſcunque mulieribus ad mammas ſanguinis colligitur, furorem ſignificat, quod & ſi Gal. in com. nunquam ſe vidiſſe affirmet, non deſunt tamen recentiores qui id ſe obſeruaſſe teſtentur. Luſit. cent. 2. cur. 21. in binis mulieribus Luſitana vna, Itala vero altera id ſe uidiſſe ſcriptum reliquit. Et Braſauolus in com. hiſtoriam ſcribit quam vt pote non frequenter viſam ommittere nolumus; tradit itaque ſe vidiſſe mulierem à cuius vberibus fluebat ſanguis lactis loco, quod eueniſſe ſe exiſtimaſſe inquit, quod binos gemellos lactaret, qui adeò vehementer lac ſugebant, vt non finerent ſanguinem in lac verti ſicuti, & ijs contingit qui nimia vtuntur venere, quibus ſanguis exit, qui in ſemen conuerti non potuit. Non ſolum autem prænarrata incommoda retentis menſibus mulieribus ſuperuenire ſolent, ſed & alia quamplurima quemadmodum Galenus pluries latiſsimè protulit. Meminit Luſit. cent. 1. cur. 34. vxoris ſarcinatoris, quæ in partu à menſibus non bene purgata melancolica euaſit, & cur. 41. Vxoris Aſcanij à Cornu quæ ob menſium retentionem incidit in linguæ craſsitiem vt vix loqui poſſet, & in capitis dolorē ſpatularū, ac lūborū grauedinē, mēbrorū fractionē, ac laſsitudinē, mētis

in-

inconſtantiam,cum fatuo riſu. Non deſunt viri quibus inſtar mēſtruo rum ab hemoroidis ſang.ſtatis temporibus fluere conſueuit, quo fluxu ſuppreſſo in varia mala delabi conſueuere. Adducit Ant, Zimara in tabulis in dictione menſtrui,& ſeminis eādem naturam eſſe, Themiſtij authoritatem in com.c.10.lib.de ſomn. Ariſt. quod viri etiam ſua menſtrua patiuntur,& ſubdit ego verò noui quendam qui ſingulis menſib^9 ſanguinem hemoroidalem patiebatur,& erat iam octuagenarius. Veſalius & ipſe lib.fab.hu.5.c. 15. meminit cuiuſdam quis ſtatis uicibus, vt mulieres ſuis menſibus ſanguinis fluxum ex venis in anum pertinentibus vexari conſueuerat,& cum ex nigro arquato Iecoriſq; mira duritiæ perijſſet, num portæ rami an cauæ hūc ſanguinem euacuarent indagaturum illum diſſecuiſſe, atq; venæ portę ramum ſub coli inteſtini fine,& tota recti longitudine in meſenterio ductum pollicis ferè craſſitiem æquantem,& ſanguine turgentem animaduertiſſe Luſit.cur. 3. 5.cent.ſcribit Ioannem Baptiſtam Propolam annos natum quinq; ſupra quadraginta ſingulis menſibus per hemoroides, vti mulieribus menſtrua contingunt ſanguinis euacuationem copioſam habuiſſe, quæ cum conſtringeretur nec ſolito modo flueret per os ſanguinem, abſq; tuſsi,& febre ſubflauum, & rubrum multum coaceruatim emittebat, cui adapertis hemoroïdibus ipſe ſanatus eſt. Ita & Hipp.lib.3. morb. popul. tradidit hiſtoriā Alcippi, qui quum haberet hemoroidas à curatione prohibebatur, curatus inſanijt. Scribit pariter Luſit. cent. 2. cur.13.Angelum de Prato ſanguinem copioſum per hemoroidas emittere conſueuiſſe, cui cum multa peracta eſſent remedia ex toto cohibitus fuit, ita ut in eunte vere ſanguinis per os reiectatio ſuperueniret, qui adapertis hemoroidibus incolumis ab hac ſanguinis expuitione vixit. Vnde immeritò Hip.6.Aphor.12.īueteratas hemoroidas non omnes ſanandas eſſe docuit, ſed vnam ſaltem derelinquendam, nō ſolum enim ſi omnes claudantur Hydrops eſt Phthiſis, ſed per multæ aliæ pręter naturam affectiones ſuccedere ſolent, vt Gal.lib.de atrabili,& lib.de ſec.venę ad.Eraſiſt. tradidit. Nec audiendus Aetius, qui omnes ſanari tutò poſſe affirmat, dummodo patiens recta uictus ratione vtatur, nullus enim reperiri poteſt, qui quantum vis recta victus ratione vſus fuerit, excrementum non aggreget, præſertim in ijs, quibus per multum tempus ſanguis per hemoroidas fluxerit, quod membrorum naturalium non probam conſtitutionem,& imbecillitatem arguit, hinc iure Gal.in explicatione verborum Hip.6.epid. Curati importunè multi ſubito ijs morbis correpti ſunt & grauiſsime, importunè curatos interprętatur quinq; phlebotomia, neq; medicamēto ſubducente per interualla exhibito, vel exercitationibus vacuantur, licetq;

cetq; Gal. ibi ſentire uideatur hemoroidas quidem omnes tolli poſſe, ſed non ἀσινῶς, addit tamen oportere κατὰ περιόδους corpus euacuare phlebotomia, medicamento, & exercitio, vt pote qui ſciret, haud ſola quantum uis recta victus ratione ſeruata, enarrata incomoda vitari poſſe, quod perperam Aetius opinatus eſt. Non ſolum autem præmemoratis euacuationibus ſuppreſsis quamplurima mala conſequi obſeruatum eſt, ſed & alijs cohibitis purgationibus à natura tẽtatis. Refert Victorius Trincauellius lib. 2. de curand. par. aff. c. 6. quod fuit accerſitus ad uidendum puerum agentem duodecimũ annum, qui vexabatur comitiali morbo, & paulo antequam ab acceſsione corriperetur percipiebat à pede aliquid quod tũ neſciebat quale nam eſſet exponere, ad genua aſcendere, moxq; ad coxam, indeq; paulatim ſerpens ad caput pertingebat, & ſubinde ille ſtatim cadebat, neq; per octauam horę partem aliquid ſentiebat illud autem propterea illi euenerat, qđ cum ipſe & pater eius ſcabiæ laborarent, abſq; corporis expurgatione inuncti erant facili, & vulgari lenimẽto confecto ex reſina laricina, ſale, cuiq; uitello, & ſucco limonum, & à 3. vnctione puer cœpit percipere aſcenſum illius rei, pater verò palpitationem quandam in dextero brachio, & quaſi ſaltum rei cuiuſdam per muſculorum partes, quãobrem pater ſtatim ab vnctione ſe continuit, ac paulatim deſijt ea palpitatio, vir enim validior erat, puer uero & tenerior, infirmiorq;, ſed & ipſe tandem aliquot poſt annos varijs remedijs, & ſeruata commoda victus ratione ab eo morbo liber euaſit. Luſit. cent. 2. cur. 33. ſcribit quod Iuuenis quidam Florentinus cum ſcabie uniuerſum eius corpus occupante fœdaretur ex vnguento cui Arſinicum mixtum erat præter medicorum conſilium ſe illeuit, eumq; in lecto decumbentem mortuum domeſtici inuenerunt, & ſubdit alterum nouimus qui ob ſimilem factam iniunctionem in inſaniam deuenit, adeò vt ipſum vincire oportuerit, vt cum quodam die abſentibus famulis ſe à vinculis extricaſſet furẽs impetuosè per feneſtram ſaltauit, & alterum crus fregit, ſed poſtea remedijs adiutus ab vtroq; malo ſanus factus eſt, ſed & alterũ nouimus cui ob illitionem ſimilem tubercula quędam exorta ſunt ſanatu difficillima. Nam & plures obſeruauimus, qui ob hæc febres inciderunt lętales. Hæc Luſit. ex quibus videre licet quàm periculoſum ſit expurgationes quas natura tentat cohibere, quamuis, & venenatam arſenici ſeu ſublimati qualitatem noxam augere potuiſſe ſit arbitrãdum. Idem author meminit cent. 5. cur. 83. cuiuſdam, qui in Ictericiam & poſtmodum in diſenteriam incidit ob occluſa vlcera crurum antiqua; Obſeruamus etiam nonnunquam naturam morbos profligaturã, cum impedita aliqua externa vel interna cauſa fuerit, quo minus id

perfecte

perfectè aſſequi valeat, illos in alias ægritudines commutare conſueuiſſe. Scribit Trincauelius lib. 12. c. 1. Ita ſæpè ſe vidiſſe dolores in vētriculo concitatos deſijſſe in dolores articulares ſicuti accidit cuidā qui me his diebus conſuluit; Is poſt ſatis diuturnū morbū cum febre, dolebat ſecundum ventriculum frequentiſsimè, habebat autem deiectiones mucoſas mixtas cum cruore, ſed doloribus ventriculi recedētibus, articuli dolore correpti ſunt, tranſlata nempè materia ad articulos, interdum vero ab inteſtinis quandoq; enim dolores colicos in dolores articulorum terminaſſe uidi, ita etiam & renales in podagricos, & articulares dolores permutatas fuiſſe immo ſæpiſsimè articulares dolores ſolent doloribus renalibus ſuccedere, ita ut in prouerbium & frequens etiam apud vulgares noſtros uerſum ſit. *Doglia di ſianco, Gotta in campo.* Propterea Hip. & Gal. 4. lib. in 6. Epid. teſtantur dolores uentriculi in inteſtinorum, renumq; mutari, & illis ſuccedere, dolores articulares. Memini equidem dum Venetijs medicinam facerem, mulierem quandam quæ erat in ætate adoleſcentiæ, temperaturę calidæ, & humidæ, & multi ſanguinis, & puerum pepererat, nec ꝑ ſua puerperia fuerat niſi parte purgata à vehementiſsimis doloribus ſecundum omnes articulos præter eos qui ad collum, & maxillas pertinent fuiſſe correptam cum rubore, & timore circa articulos vt dimōuere ſe alioquin non poſſet, illi autem quam citius potui ſanguinem copioſum ex uena propè talum cruris dexteri mitti volui, quo miſſo illa eadem die libera euaſit ſecundum partem dexteram à doloribus, ita tamen vt nullum, aut valde exiguum auxilium in parte ſiniſtra perceperit, nam non minus cruciabatur ſecundum articulos ſiniſtri lateris & eos fere uniuerſos, ſed poſtea interpoſita die uolui alterius curis venam ſecare, vnde effluente iterum ſatis copioſo ſanguine itidem illa eadem die, illius etiam lateris dolores omnino deleti, quo viſo ſtatim animaduerti quantum vim habeat rectitudo in vacuationibus quamquam rationi cōſonum ſit pręceptum a Gal. nobis 10. li. de comp. med. ſecundum locos traditum, nempè coxendicis dolorem cum a ſanguine ortum, & occaſionem habet, vel a materia ſanguini mixta, facilimè ſecta vena in poplite vel propè maleolos eadem fere die curari poſſe. Nos vero inſuper miramur purgationem in puerperio retentam ad articulos decumbiſſe, ſicuti, & illud quod idem author lib. 3. eiuſdem c. 1. ſcribit per hæc verba. Et ego Venetijs vidi mercatorem quendam Piſanum cui poſt colicos dolores reſoluta ſunt utraq; crura deſinentibus doloribus alium vero poſt ventriculi dolores itidem vidi in paralyſim incidiſſe; ſolent autem hæc euenire, quādo dolores fiunt a frigida, & lenta materia. Scribit Fernelius lib. 6. de part. morb. & ſymp. in hūc

modum.

modum. Alij inſuper cruciatus quadã ſimilitudine, & vehementia cõlici nuncupantur, quibus tñ non in colo inteſtino ſedes eſt, ſed vel in Peritonęo, vel in membranis, q̃ abdomini, vẽtriſq; partibus obtendũtur. Hi ſanè grauiſsimi ſunt, & admodũ diuturni ac neq; clyſteribus, neq; ijs remedijs quib⁹ qui vere ſunt colici dolores detineri ſolẽt. eorũ materia, aut flatus eſt tenuis, aut humor acerrimus, & aruginoſus mẽbranarũ ſpatijs concluſus, quib⁹ detrahi vix poteſt ſuccedũt diuturnis febribus, alijſq; bilioſis morbis, quorũ difficilis eſt ſolutio; natura quippè criſim, noxijq; humoris depulſionẽ in aluũ molita, cũ nuſquã vacuandi viam promptam, & expeditã nanciſcitur illum e venis, & viſceribus in membranas ſæpe auertit, vbi dolores exurgunt priori morbo grauiores obſeruaui, & continuas, & tertianas, ſæpius autem quartanas febres hiſce doloribus finiri, q diù circuitu certo excaluebant, partimq; acceſsionum ordinem retinebat; Pari ſententia ſcribit Mathiolus in com. in 2. lib. Dioſc. c. 23. ſæpius ſe obſeruaſſe in Germania dolores colicos, & vterinos in iunctarum contractionem, vel reſolutionum deſijſſe.

Alui fluxus admirandi. Cap. XX.

FLuxus quidam admirandi à Medicis quandoque obſeruati ſunt, quorum exempla nonnulla libet in medium afferre. Scribit Nicolus ſer. 5. cap. 6. Ego uidi in Andrea de Vecchio de Mugello fruſta ad magnitudinem auellanę circa cẽtum numero carnoſa, in ſimilitudine carnis hepatis, & quo ad viſum, & quo ad tactum in fluxu ventris egreſſa, & mortuus fuit ad tertia die, à die ipſius fluxus. Cuius rei cauſam arbitratẽ Nicolus fuiſſe vlcera corroſiua in hępate in quibus aliquæ hepatis venæ eſſent corroſę, tùnc enim per orificia venarum corroſarum poteſt caro hepatis corroſa ingredi, & per modum dictum in ſeceſſu emitti. Verum & aliunde poſſunt carnea fruſta quam ab epate non ſolum per ſeceſſum ſed & per aliam regionem excerni. Sic refert Idem Nicolus S. 4. tract 2. c. 6. Ego vidi Serlandum de Ciconia qui expuit fruſta plura carnis durę, & ſtabat cum magna præfocatione antequam expueret, inter quæ fruſta fuit vnum ad quantitatem mediocris nucis, & regenerabantur in eo interpolatione quaſi vnius anni, & tandẽ mortuus eſt ex hac præfocatione. Et habemus etiam à Beniuenio c. 88. Mulierẽ p̃focatã cũ ab omnibus ꝓ mortua haberet̃, & de ei⁹ poti⁹ funere

quam de vita cogitarent aſsiſtentes, paulatim quaſi grauiori ſomno excitata in moleſtiſsimam incidiſſe tusſim, qua cum diù agitata eſſet durioris tandem carnis fruſtulum eiecit, & ſanata eſt. Ita & Iulianus Medicus dolore ventriculi excruciatus fruſtum carnis ad paruæ pilæ magnitudinem vomitu eiecit. Scriptum legimus in ſcholio 48. lib. Iacobi Holerij de morb. Int. viſas in Aduocato Perrot minimas carunculas quas ſępè mingebat ab vlceribus renum exeuntes, & indicabat dolor pulſatilis qui ad lumbos, & nothas coſtas ſe extendebat. Sed quod ad præſens ſpectat negocium ſi huiuſmodi carnea fruſta per ſeceſſum pſertim excernuntur, abſceſſus. non benigni ſunt inditia Arethæo teſte lib. 2. c. 9. per hæc verba. Si res durę, carnoſę contritis, aſperiſq; corporibus ſimiles excernantur abſceſſus non benigni moris ſignificatur. Et admirandum ſane, quod Dorotheæ Poianæ ortu Vicentinæ incolatu verò Mirandulenſi accidit, hęc per Septembris initia; cum ad locū alui excretioni deſtinatum acceſsiſſet ventrem ex honeratura tantum aquæ claræ quantitatem excreuit vt ſubiectum vas multæ capacitatis repleuerit, ſtatimq; animo deliqrit, à quo releuata, ac panis oſſa maluatico madefactare fectam nullam aliam indè noxam perſentit, quinimo veluti onere quodam leuata rectè ſe habuit. Admirante Ioanne Baptiſta Suſio Medico, qui id mihi retulit, quo pacto tantam aquę cōgeriem vnica excretione expulſiſſet. Non enim id illi accidiſſe qđ aqua intercute laboraret dicendum, quemadmodum adnotauit Arethæus loco citato per hæc uerba. Nonnunquam ex laxo inteſtino aqua multa diſenteriæ modo profluit, idq; plurimos ab Hydropico morbo liberauit. Quamobrem alia à nobis cauſa eſt perquirenda, ſciendum itaque per totam precedentem ęſtatem mulierem P. ſiti excruciatam quotidie frigida aqua os abluiſſe ſępè ſępius eiuſdem hauſtus deglutiēs ex quo factum fuit ut uniuerſum venoſum genus eam amplexatum fuerit, præſertim verò moram traxerit in illis venis quę epati, & ventriculo propinquiores ſunt ſcatente ſi quidem obſtructionibus illius corpore, & aqua ex ſui natura difficilimè permeante, dicēte Gal. & Hip. ſec. 40. 3. lib. de ratione in acutis tardè meare omnem aquam, per corpus, atq; ægrè deſcēdere quamquam alioquin optima ſit, & omni culpa vacet, quo fit ut neq; vrinas mouere nata ſit, neq; ſputum educere, imò neq; per totum corpus moliri tranſpirationes epota itaq; per vices aqua cum longiorem moram in venis, & hypocondrijs traxiſſet factum eſt ex Gal. ſententia 7. Meth. vt aliqualem corruptelam nacta ſit, ſicq; ſui qualitate, & quantitate naturam onerans ipſa ad pondus noxium abigendum inſurexerit, præſertim biliosa eiuſdem qualitate irritata, atteſtante Hip. loco citato, & 3. de fracturis propè finem aquam in bi

lioſis

lioſis naturis bileſcere ideſt bilioſam naturam adipiſci, & non verti in bilem quemadmodum nonnulli perperam expoſuere, teſtimonio Alex. Traliani li. 2. c. 1. quo loco inquit ſententiam fuiſſe Hip. aquam in bilioſis naturis diutius moram trahentem bileſcere ideſt amarorem recipere, & amaroſcere, & bilis qualitates nanciſci, ex eiuſdem bilis permixtione aqua qualitates bilioſas recipit nō per eſſentiam, ſed per miſcellum uti in com. eiuſdem loci doctiſſ. expoſuit Braſauolus, quæ expoſitio magis videtur accipienda, quam illa cuius author fuit Mercurialis doctiſſ. c. 22. lib. 1. de varia lect. quo loco exponit, quod ſi aqua in modica quantitate ſumatur in bilioſa natura bilem non regit ſed ab illa victa illius veluti pabulum fit. Namq; ſi Hip. præcitata verba ritè perpendant non de aqua in pauca quantitate aſſumpta, ſed in multa epota illum verba facere facilè cognoſcetur, ait namq; fluctuare, & innatare iecur, & lienem augere, quæ efficere modica aqua nequit, præterea ibi loquitur de morbis acutis, in quibus non modica aqua, ſed plurima tum ad feruoris extrinctionem, tum etiam ad ſitim arcendā propinari conſueuit. Sed quiſpiam forte cauſam à nobis aquei fluxus aſsignatam, tamquam rationi diſſonam reiecit, ſi quidem haud probabile videtur frigidam aquam epotam quæ corpora nutrire apta eſt tam longam moram per menſes in corpore duxiſſe, ſed potius, quemadmodū & cætera deſumpta alimenta nutritioni deſeruiſſe, atq; ita conſumptā fuiſse. Quod verò aqua, qua quotidie vtimur pro potu corporib⁹ nutrimentum præbeat author eſt Ariſt. 4. de gen. animal. lib. c. 2. quo loco habet aquam in omnibus alimento eſſe, quod pariter P. probl. ſec. probl. 13. & 15. confirmat inquiens aquam corporibus alimento eſse. Ita & Gal. in com. ſum. P. ſum. 3. lib. de rat. vict. acut. Hip. aquam bibentem poſſe diutius ſine cibo permanere, quam nihil bibentem tradidit. Huic obiectioni facile reſpondere poſſumus aquam ſimpliciter acceptam ſimplicem, & elementarem nullo pacto nutrire poſſe cum Ariſt. lib. de ſenſu, & ſenſ. Ita & Gal. com. 13. 3. lib. de uict. ratione in acut. & com. 40. eiuſdem, & lib. 4. de vſu partium, aquam corpus nutrire non poſſe ſcriptum reliquit. At aqua, quā in quotidiano vſu habemus ſimplex, & elementaris quidem non eſt ut colligimus ex. 2. de anima com. 115. & à Gal. lib. 1. de Elementis, ſed alteri ſubſtantię commixta quāuis à prædominio, & maiori, imò maxima ex parte aqua ſit dicenda, proinde parte quidem aliquali nutrimentum corpori noſtro pręſtare poſse exiguum tamen. Quod belliſsimè adnotauit Cornelius Cel. lib. 2. c. 18. vbi pertractat qui cibi potiores ue, aut ualentes, aut medię, aut imbecillæ ſint materiæ, ibiq; multis enumeratis, quæ modicæ nutriūt, deniq; de aqua ait, Aqua omnium imbecill. eſt. Cum itaq; aqua imbe-

cill. admodum nutriat ſi non tota ſaltem maior pars detinetur in corporibus ſaltem obſtructionibus refertis, & aquæ potationi minimè aſſuetis: quod factum in ſuperiori muliere minimè ambigendum.

Hydropes miræ. Cap. XXI.

NOn deſunt Hydropis admirandæ quædam hiſtoriæ, quas ſilētio minimè obuoluere operepreciū eſſe cēſemus; Cōmunis omnium hydropis differentiarum cauſa eſt Celſi ſententia, nimia humoris ſubſtantia. Gal. 3. de ſymp. ca. in calce P. cap. ſcribit, hydropem præcedere nimiam ventriculi humiditatem, Hinc fit quod tenus uictus exſiccans, ac potus maxima abſtinentia hydropicis maximè medetur, unde iure optimo ſcriptum reliquit Cornel. Celſ. hunc morbum facilius in ſeruis, quam in liberis tolli, quia cum deſideret famem, & ſitim, aliaq; ſimilia tædia longamquę patientiam, promptius iis ſuccuritur, qui facilè cogūtur, quàm quibus inutilis libertas eſt, ſed nec ij, quidem qui ſub alio ſunt imperioſi ex toto ſibi temperare non poſsint, ad ſalutem producunt. Ideò non ignobilis Medicus Chryſippi diſcipulus apud Antigonum Regem amicum, quendam eius notæ intemperantiæ mediocriter eo morbo implicitum negauit poſſe ſanari, cumq; alter Medicus Epirotes Philippus ſe ſanaturum polliceretur, reſpondit illum ad morbum, ſe ad ægri animum reſpicere, neq; enim res fefellit, ille enim cū ſumma diligentia non Medici tantummodo, ſed etiam Regis cuſtodiretur, tā malagmata ſua deuorando, bibendoq; ſuam vrinam in exitium ſe præcipitauit & ſi itaq; inueteratę hydropes difficiles curatu ſint, longaq; artis ope, ac auxiliorū vſu opus ſit, tamen aliquando curatus legim⁹, præſertimq; incipientes, & nundum confirmatæ ſi rectè tractent, medicuſq; ęgrotum obtemperantem adinuenerit ſanari obſeruatum eſt. Scribit Beniuenius cap. 13. Ruſtico quem aqua inter cætera malè habebat, opem noſtram expoſtulanti, ſanari illum non poſſe, cum iam morbus inueteraſſet reſpondi, inſtanti tamen, vt aliquod ſaltem conſilium ei præberemus, ſubridens inquam; amice ſi curari deſideras, opus eſt vt non vltrà bibas, quàm ut uitam ſuſtineas, diſceſsit, & anno peracto iterum interrogat an ipſum nouerim, nego me hominem noſce, at ille tua ope curatus inquit ad te reuertor, ſcire cupiens an adhuc mihi liceat aliquid bibere, cum hactenus per annum nihil biberim, admiratus interrogo quare, & cuius conſilio, cui ille, tuo inquit & rem omnē ab initio narrat, iuſsi igitur paulatim vino aſſueſcere, ſed mero poti⁹ quam lymphato, & eo ipſo auſtero, ac tenuiſsimo, diſceſsit & curioſa

potione

potione vſus,ad priſtinumque reuerſus ſtatum,quam mecum familiaritatem primum contraxit, eam adhuc in hanc vſque diem officioſiſsi me ſeruat,& colit.Ita vt non amplius Gal.ſi inter uiuos degeret admiraretur quoſdam ſanatos, cum per quindecim dies penitus Deo iubẽte abſtinuiſſent, in quo medico iubente prorſus non obtemperaſſent, quod admiratur com.4. in 6. Hip.de morb.vulg.com.8. Nicolus ſer.5. cap.25.recitat hiſtoriam cuiuſdam Hydropici aſcite laborantis quadragenarij,qui hoc ſolo regimine curatus fuit, mane comedebat ſolũ Alacedas,quas exuentratas replebat petroſelino minutim inciſo, & eas aſſas, vel elixas comedebat ſine pane, & in fine comeſtionis accipiebat ſolum vncias duas panis nautici, ſeu biſcotti dicti, & bibebat cyatum modicum vini albi ſubtilis, & potentis & poſtea tota die ſtabat ſine potu colluendo os,& gargarizando cum vino parum lymphato, & de ſerò comedebat quartam partem unius panis communis à corticibus mundi calefacti, & infuſi in vino maluatico ſuperius fundendo puluerem aromaticum,& mane ſyrupum capiens,quorum deſcriptionem ibidem recenſet. Atque etiam paulò infrà tradit ſe ea medela, cuius meminit binas mulieres ſanaſſe quarum ventres non ſolum magnificati erant, ſed & coxæ, cruraque multum intumuerant, Albertus referente Nicolo eodem loco memoriæ mandauit hydropicum quendam deploratæ ſalutis curatum fuiſſe per ſolum potum vini maluatici, ipſum continuò bibendo, carneſque, & ſua cibaria in eodem decoquendo; quod rationi minime aduerſatur, nam Gal. 4. com. lib.Hipp. de rat. uict. acut.vinum fuluum antiquum hydrope laborantibus temperatum iniungit. Gulielmus ſe multos cum ſola rhabarbari per tertium, vel quartum ſingulum diem repetita exhibitione curaſſe gloriatur. Valaſcus de Taranta in ſuo Philonio Deum teſtatur ſe multos hydropicos nouiſsimè autem præsbiterum 37. annorum cum pillulis de Mezereon curatos uidiſſe. Ioann. Matthęus de Grado in ſuis com. in 9. Raſis ad Almaſorem Franciſcũ Sfortiã 4.Mediolani Ducem hydrope detentum ſanitati reſtituiſſe cũ Trochiſcis de rhabarbaro gloriat̃,Nicolaus Maſſa epiſt. 21. P.vol.hiſtoriã deſcribit R.Io.Marię Plebani Arquę policinij cui hydrope laboranti vniuerſum corpus ita intumuerat vt mors iã eſſet in ꝓximo,ipſe tñ cũ reliqui Medici ſeniores de ſalute deſperarẽt iuſsit, vt crurũ, & coxarũ cutis cum ſagitella ſcarificaret̃, ſcarificationi tñ leui, & parua ita quod cutis illa prior ſola perforaretur,ex quo factũ fuit vt materia illa tota æquoſa,quę in ventre inferiori, & in ambitu totius corporis erat ſenſim ſpatio unius diei naturalis ſit egreſſa, & vteri fluxu materiæ aquoſę mulieres ſanatas ab hydrope legimus. Habet Raſis

21.cent.hæc. Vxor ablutoris pannorum habebat ſigna hydropiſis, & impoſsibile erat mihi ſcire cauſas euentus eius, quare mulier à me nõ videbatur, & præcepi quod aliquo tempore vteretur diatuum pipereon, & aliquo tempore diacurcuma, & quadam die abluerat pannos viro ſuo, & cum inclinaret ſe ſuper vas plenum aqua ad abluẽdum, defecit per eius, & cecidit, & emiſit per vuluam qnantitatem 20. rotulorum aquę croceæ, & alleuiata eſt, & ultimo conualuit; Huic per ſimilẽ hiſtoriam recenſet Beniuenius c. 109. in hunc modum. Mulierem ſcimus, quæ dum aqua intercutem adeò laboraret, vt nulla de ſalute eius ſupereſſet ſpes, neſcio quo ſpiritu impulſa de eminenti quodam loco ad terram deuoluitur, & vtero ad lapidem eliſo, diſiectoque ita prorſus omnis effuſus eſt humor, vt quę puerum octimenſem geſtare videbatur, enixam crederes, ſed nec multo poſt tempore haud labore idoneis ad hãc rem adhibitis præſidijs penitus ſanata eſt mulier, & ſi haſce vteri hydrope laboraſſe non vulgata hydrope ſuſpicari iure optimo poſsimus. Iacobus Holerius in praxi ſua literis mãdauit, quod cuidam hydropico adiuum reſectis vnguibus pedum, exercitio, & frictionibus paulatim humorem illuc defluxiſſe, & conualuiſſe ægrotantem, ſcribit Raſis 7. cont. ſe curaſſe ſenem aqua intercutem laborantem, quem nunquam conualiturum ſperauerat, dando ei laureolam retificatam, & euacuando per paritas euacuationes aquam ipſam, & derelictis ſolutiuis rectificando uirtutem hepatis, & confortando cum medicinis apropriatis. Donatus ab Altomari in cap. de hydrope ſe pillulis quibuſdam ex Mezereon potiſsimum paratis Petrum Antonium Sanſeuerinum Biſignani Principem curaſſe ſcribit. Sed quid multos medica ope ab hydrope liberatos recenſeo? cum etiam & ſpõte natura nõnulli fuerint ſanati. Scribit Holerius loco ſuperius citato Ioannẽ Blancum Negociatorem Pariſienſem Hydrope laborantem, hyeme in Angliam profectum cum miraculo quodam tumorem ſubſediſſe, euanuiſſeque morbum, nec vnquam redijſſe, cuius effectus cauſam ipſe refert, quod integro vel parum læſo viſcere, aqua partim calore natiuo excitato partim aere marino reſoluta fuerit. Ita & piſcator quidam cui nomen Mergone ex Caſtro Canneti diſtrictus Ducatus Mantuani, cum læſio hæpatis non eſſet inſignis tumore tamen ingenti venter intumeſceret, ex aſsiduo labore ſoluta hydrops, & detumefactus venter, perfectèque ſanatus nullis Medicis adhibitis auxilijs. Hydropici quoq; hiſtoriam recenſet Holerius cui per ſudores ſponte excitatos aqua extra ſtillante ſanitas fuit reſtituta. In Vrbe noſtra Franciſcus de Sauijs iuuenis hydrope Aſcite laborans, ſponte natura binis uomitibus excitatis ingentem aquæ copiam euomuit, quo facto vẽter detemuit, & hy-

& hydrope liberatus fuit. Habemus namq; ab Auic. fen. 14. 3. tract. 4. c. 9. & ab Aetio lib. 10. c. 31. in cura hydropis uomitum maximè laudādum, qui tamen ſi copioſius ſponte natura viribus imbecillioribus exiſtentibus ſuperuenerit mortem accelerare conſueuit, quemadmodū colligimus ex hiſtorici à Nicolo ſe. 5. tract. 5. c. 15. deſcripta, meminit enim cuiuſdam hydropici qui continuò euomens aquam extinctus eſt, à pari, & alui fluxus, teſtem. Gal. & Hip. li. 7. aff. 28. aff. in hydrope morbum tollere conſueuit, ſi inquam vires validæ ſint, nec inſignis in ſanguificatrice epatis virtute noxa exiſtat ſecus autem ſi uires imbecilliores ſint, Iocinoriſque facultas P. inſigniter offenſa, fluxus namque alui ſuperueniens mortem in proximo eſſe oſtendit quemadmodum docet Auic. loco ſuperius citato & ob id narrat Holerius in ſua praxi ſe obſeruaſſe multos hydropicos q̃bus cum ex multo alui fluore tumor ſubſediſſet, ac melius ſe inde habuiſſent, redeunte tamen morbo perēptos. Beniuenius c. 12. talem deſcribit hiſtoriam, Puer aqua intercute cum vehementius vrgeretur, tantaque intus contracta eſſet, vt aluum nullam in partem mouere poſset omni auxilio medicorum deſtitutus, temerariam ſibi libertatem vindicauit. Quare aqua quantum poterat epota in ultimum ſeſe mortis diſcrimen male ſanus pręcipitauit, verùm ſiue id aquæ contractæ impulſu, ſiue ope naturę factum ſit, ſoluta eſt umbilici unitas, indeque tanto impetu aqua profluere cœpit vt ſupra ventrem cubitos tres aſcenderet, quo ſanè vitam finiſset niſi circum aſsiſtentes appoſita manu, aquam fluere non permiſiſsent, hinc Medico accerſito, & aqua paulatinè educta, ac curioſo victu, & cæteris, quę ad rem facerent iniunctis breui tempore in priſtinam redact⁹ eſt ſanitatem. Nicolaus Nouocomenſis Venetijs Medicus primarius Io. Antonio Sicco. Hieronymo Capouacēſi, & Hieronymo Mercuriali, Cæſari Pendaſio Medicis omnibus maximi nominis, mihique narrauit ſe mane quodam cum chirurgo acceſsiſse vt puellam amici hydrope laborantem ſecaret, cum nulla alia ſanationis ſpes ſubeſset, ac noctu aquam copioſam ex vmbilico ſponte natura prorupiſse adinuenit, puellamq; ſemianimem quam ouo maluatico excepto refecit, rectoq; adiuncto victus regimine paucis diebus conualuiſse, Meminit Franc. Valeriola lib. 4. obſer. 3. obſer. Antonij Creſtini Arelati Manuarij cui. ex hydrope aſcite vaſtus ventris tumor ſuperuenerat, huic perforato vi naturæ vmbilico, & ſenſim ægreſsa per multos dies aqua integrè curatus eſt. Habemus tamen à Conciliatore diff. 199. nonnullos hydropicos, quibus per vmbilicum, vel per inguina ſponte natura aqua ſibi exitum parante extrafluxit obijſse, ſicq; etiam multos quibus per ſectionem, vel exuſtionem abdomine perforato aqua extracta fuit, cum

hepatis

hepatis imbecillitas reparari nequierit, & ſi ſanatos ſe exiſtimarent, tandem tamen redeunte morbo non conualuiſſe. Belline mulieri hebreæ hydropicæ ſumma iam macie detentæ ex vmbilico relaxato profluxit aqua ad pondus multarum librarum, experimento namque compertum eſt hydropicorum aquam mirè graueſſam eſſe, hæc erat viridis, & lutea, & quæ poſtremo emanauit inſtar gelatinæ coaluit, ſed cũ iam nutritioni inſeruientia membra ſummam imbecillitatem contraxiſſent iterum intumeſcente ventre perijt, Hinc colligere licet uoram eſſe Auic. ſententiam recenſentis ex menſe antiquorum c. de aſcite, qđ aliquãdo aqua in abdomine aceruata extra fluit dilatatis venis ab hepate ad vmbilicum pertingentibus, per quas embrio in utero matris nutrimentum ſuſcipit, vt non ut perperam Iacobus de partibus interpretatur per quas euacuari ſolet infantis vrina, nam uas hoc ad veſicam, & non ad hepar terminatur ſi itaq; grandem intemperiem frigidam præſertim contraxerit hepar, & ſi ſponte natura vel ſecto inuſtoue abdomine eximatur aqua nihilominus minimè ſanari contingit ægrotantes, ob id iure optimò Serapio ſcriptum reliquit, ſe paucos ex multis quibus ſectio adminiſtrata fuit curatos uidiſſe. Et Raſis vnicũ tantum, & ratio eſt, quod nec hoc remedij genus ægrotantes admittant, nec medici præſcribunt niſi deſperata aliunde ſalute: quo caſu morbus, ut plurimum iam confirmatus exiſtit. Circulator quidã, Villi cum quendam Aſcite laborantem ex ſola in arena calida atque clybano calido poſt panis extractionem ſępius repetita impoſitione ita exſiccauit, vt omnes ignari ſanitati reſtitutum exclamarent, atq; admirarentur, Circulator glorię tumidus, atque mercede honuſtus abijt, cumq; cauſa interna mali fomes adhuc remanſiſſet, miſer ruſticus ſtatim returgidus effectus non multum poſt animam expirauit. Ita enim vt plurimum accidere conſueuit ijs, qui ſine vllo diſcrimine ſeſe empiricorum manibus committunt curandos. Quod confirmare libet altera hiſtoria ab Alex. Benedicto lib. 15. c. 25. enarrata. Cydone quædam è plebe muliercula chacheticum filium temerario auſu dempto pane, ſubiectaq; tabula in furnum coniecit inuitum, atq; reclamantem vicinis ad eam medelam opem ferentibus, nam in caput puerum intullerant, qui, uapore occulto ſpiritu protinus, ſuffocatus eſt, remedium conferre indicio matri fuit, quod protinus conticuiſſet, ſtabat ante furnum læta ſudoris deſiderio, paulò poſt puerum percontari cœpit non quid calor prodeſſe videretur, cum ille nihil reſponderet ſuadentibus vicinis vt puerum quieſcere pateretur addicacitatem redijt, paulò poſt cum puerum extraxiſſet exanimatum vidit, furni remediũ, ſuamq;, & vicinorũ temeritatem execrando. Recitat Auic. ca. de cura

Aſcitis hiſtoriam mulieris cuiuſdam quā hydrops attriuit, & magnifi cata eſt ſuper eam & ipſa mulier comedit quantitatem malorum granatarum tam maximam, quod eius relatio eſt incredibilis, & ſanata eſt, ex hac hiſtoria, & ex Auic. ibidem affirmante hydropem aliquando ex intemperie hepatis calida prouenire contendunt nonnulli falſum eſſe Gal. dictum affirmātis. 5. de loc. aff. in qua uis hydrope frigidam hepatis intemperiem reperiri; Conciliamus nos ad calidam intemperiem extraneam excedentem conſequi calidæ naturalis temperies deſtructionem, & per conſequens frigidam intemperiem, mulieri autem malagranata potius ex vſu fuiſſe, ſua adſtrictione partes vniendo, ſicque Iocinori robur conciliando, quam illius caliditatem remittendo exiſtimamus. Non ſolum autem hydrops ad cauſas longa verborum ſerie à Galeno & Auic. enarratas conſequi ſolet, ſed & aliquando licet rarius ad alias ægritudines. Vidi ipſe ex epiemate in Federico del Reame Sereniſſ. D. Ducis noſtri oſtiario, hydropem ſubſecutam, ita ut uniuerſum corpus mirum in tumorem excreuerit quod ex ſputo ſanguinis, & vlceri pulmonis alteri Ciui Mantuano cui nomen Antonius Pallacina eueniſſe recordor. Vniuerſalis non ſolum hic morbus exiſtit, ventrique imò præſertim proprius, ſed & particulares particulas dumtaxat aliquando inuadit, nonnumquam enim caput vel pulmones de quibus ſuperius diximus aliquando mulierum vterum de quo inferius habebimus ſermonem, ſæpè ſcrotum in pueris dicente Hip. lib. de aere, & aquis, pueris hydropes in teſticulis, & oſtheo fiunt quam diù parui fuerint, deinde in ætatis progreſſu euaneſcunt. Arȩteus lib. 2. cap. 1. hydropis cuiuſdam infrequentis meminit per hȩc uerba. Alia quædam Hydropici morbi ſpeties talis agnoſcitur in ea veſiculæ quȩdam puſillæ crebrȩ humoris plenȩ in loco ubi Aſcites fieri ſolent excitantur, cæterum quod humore multo refertæ ſint, illud indicio eſt, ſi uentrem perforaueris parum admodum humoris effundes ab interiori namque parte ueſicæ occluſit, at ſi in veſicam inſtrumentum impuleris, iterum ſuccus emanabit, Hæc utique aquæ intercutem ſpeties haud leuis eſt, unde enim id genus ueſiculæ eruperint uia haud facile reperitur, alij namque affirmant huiuſmodi ampullas per inteſtina tranſijſſe, Ego uero id numquam vidi icciro circo neque non ſcribendo affirmo, nam ſiue ex inteſtino colo, ſiue ex ventre ferantur qualis ſit ipſarum generationis modus quid dicam nihil certe habeo. Miror ſanè Fernelium lib. 6. de par. morb. & ſymp. c. 8. ſcribentem Aſcitem non generari niſi exeſo, ruptoq;, & aperto vaſe aliquo, optarē enī vt nos doceret cur rupto vaſe, vel exeſo ſeroſitas dūtaxat minimè ſanguis extrà profluat, nā quod ipſe imaginatur hydropē

ſubſeq. ad maximos ſanguinis fluxus,eo quod licet diſrupta vaſa aglutinentur,remaneat tamen fiſſum, ex qua ſeroſitas præterlabatur mere ficticium eſt ad copioſas enim ſanguinis euacuationes ſubſequi hydropem refrigerato vniuerſo corpore pręſertim venoſo genere,hepateq; à quo ortum trahunt omnes medici uno ore atteſtantur,ficticiũ quoque eſt,quod ſcribit epatis ſcilicet, & lienis ita exſiccari ſubſtantiam vt dehiſcat, quemadmodum videmus terram ſiccitate findi hac rimas dehiſcere per quas ſeroſitas in capacitatem ventris colligitur, hoc enim dato, quo pacto hydrope correpti diutius viuerent, non video nec Aph.55.7. lib. ab ipſo adductus ſententię ſuæ fauet ex com.enim Gal. clariſſ. patet ipſum loqui de hepatis veſicis aqua plenis, quæ ſi diſrumpantur aqua venter repletur,ex huiuſmodi veſicis,hepar,& pulmones occupantibus minimè tamen diſruptis,fluxu alui, & febri ſuperuenientibus 3.filios Laurentij Gadij eiſdem ſymptomatibus uniformiq; morbo laborantibus extinctos ſcribit Cardanus in ſuis curationibus mirabilibus.Sed redeamus ad Fernelium ita turpiter lapsũ, vt illos turpiter alucinari ſcribere non erubuerit,qui per cæcos, anguſtoſq; poſtos ſeroſum humorem transferri in abdominis capacitatem arbitrantur,cum ipſe tamen lib.5.c.11. fateatur in hydrope aſcite ex abdominis cauitate ſeroſum humorem per cæcos ductus ad Thoracis cauitatem penetrare,hydropemque pulmonis efficere,& paulò intrà de tympanite hydrope verba faciens fatetur flatus per cæcos, tenueſq; ductus viam ſibi impetu facientes,inter abdominis membranas ſe inferre,ac demum in ipſum abdominis ſpatiũ penetrare, quod ſi flatus id præſtare poſſunt cur non & aqua præſertim cũ Gal.in com. Aph.35.6.lib. dixerit aquam in hydrope aliquando peruenire ad pulmones, manifeſtiſsimumq; ſit ſeroſum, tenuiſsimumq; in humorem in aſcite repertum per cæcos ductus permeare poſſe ex Hipp. ſententia aff.55.7.lib.& Gal.in com.non ſemper enim natura per meatus manifeſtos quicquid excoquit,excolat,ſed & per inſenſibiles breuibus ſpatijs ſæpè defert ſic meſaraica vaſa oſculis non hiant ad inteſtinorum cauitatem,ſed accedunt ut per latera ſugendo purius trahant, ſic à dextro in ſiniſtrum cordis ventriculum ſanguis meat,& à venis ad arterias per occultas anaſtomoſes, ſic urina per renum carnes excolatur,animalis ſpiritus per cerebri ſubſtantiam,ſic aluntur oſſa,& membra maxima ex parte per inuiſibiles meatus,non per apertos nutrimẽtum allicientia, ſed quid multis moror, nõ ne proprium locum aquæ in hydrope cauitatem magnã abdominis internam eſſe Gal. 5.de loc. aff.c.7.& P.de natural.facultat. cap. 13. nihilominus & intra peritoneum,ac reliquas partes inferiorem uentrem conſtitutis, aquæ portionem

tionem pluries reperiri ex ſectione comprobatum eſt, Ita ut nonnulli Arabum ſectatores locum aquæ proprium aquę in Aſcite inter ſifac, & Myrrhac vt illorum verbis vtar eſſe contendant; nec non etiam uidemus in hoc morbo detentis aquam ad coxas, tibiaſq; peruenire faciēque etiam intumeſcere, atq; ſcarificata cute Gal. præcepto 8. de cōp. med. ſecundum locos extrà manare, quod profecto non eueniret niſi per cęcos ductus ad eas partes aqua tranſcolaretur. Quod ſi cū Aui. conceſſerimus. 13. & 14. 3. tract. 4 c. 5. ad omentum quoq; peræ imaginem referente aquam peruenire, non ne erit fatendum per eaſdem inſenſibiles vias id fieri. Nec difficilè eſt Fernelij rationibus reſpondere quibus ſententiam ſuam tutari conatur, Ad primam enim cum inquit quod data opinionis noſtrę ueritate ſequeretur, quod omnes pereque Aſcite laborarent, & diſtribuendis humoribus videretur natura inutiliter vias, ductuſq; tam multos deſtinaſſe, reſpondemus nō omnes per hoc cæcos ductus in diſtributione humorum Aſcite corripi, quia dum integra fruimur ſanitate ſanguis minime ſeroſus, aut aquoſus exiſtit, nec ſeri copia, & acredine venarum tunicis dilationis præbetur occaſio, nec fruſtra natura tot vaſa diſtributioni inſeruientia molita eſt, quibus ſano exiſtente corpore rectè utitur, at in magnis neceſsitatibus cum per illa omnes hnmores perduci nequeant, vtitur & occultis nobis vijs, cæciſq; meatibus, ſed quia ſubdit in ijs, qui ſupreſſa vrina per dies viginti extincti fuere, nihil per cæcos ductus in eorū abdominis cauitatem ſeroſi humoris refluxiſſe, dicimus ad hoc, quod cum aliqua de cauſa ſupprimitur vrina, ſeroſa pars ſanguinis quotidie genita, quotidie quoque per uniuerſum corpus per uenas unà cum ſanguine diſſeminatur, at cum ad renes quoq; quotidie quauis de cauſa deriuari non poſsit, aut ad veſicam, fit ut per oſcula uenarum, nec non etiam per earundem tunicas obſeri copiam rarefactas in membra vniuerſi corporis decidat (vt nos hiſtoriam cuiuſdam Monaci inferi' docebimus) tamquam locum propinquiorum; quod ſi diutius etiam viuere poſſent patientes ad cauitatem quoq; abdominis deriuari poſſe non eſt à ratione alienum. At in Aſcite ſecus ſe res habet, nam cū ſem per teſtimonio Gal. afficiatur hepar nonnunquam per eſſentiam, nōnunquam per conſenſum lienis inteſtinorum meſeraicarum pulmonis, & renum, credibile quoq; eſt affecto epate per conſenſum, & affici renes, unde cum imbecille hoc viſcus imbecillitatem pariter per conſenſum contrahunt renes, ſicq; fit quod uirtus iecoris expultrix ac renum atractrix imbecilles plurimā ſeroſitatē in hepate genitam nō expellant, nec atrahant, ſicq; in Iecoris uenis propinquioribus detinetur, & eas ita extendit, ut earum tunica rarofacta extraſudet ſeroſi-

tas illa, atq; in ventris cauitate labatur, ſic docente Auic. ca. de cauſis Aſcitis, & Gal. 3. de ſymp. ca. c. 2. ob id ſubitaneam prouenire hydropem docet manifeſtiſsime poſſumus autem, & ſententiam noſtram firmare ipſius Aretei aut. qui loco citato hæc habet. Aqua intercutē nōnunquam à copioſo frigidæ potu continuò prouenit cum præ nimia ſiti ad ſaturitatem quiſpiam multam aquā gelidam ingurgitauerit, poſtea humidum in peritoneum delatum ſit, atq; indè in ventribus inſitꝰ calor refrigeratus erit, deinde in Ilia guttæ effluunt, quę prius in aerem verſæ per tranſpirationem digerebantur, ex debilitate itaq; epatis uirtutis expultricis, & attractricis renum fit, vt ſeroſitas, q̄ ex imbecillitate ſanguificationis multiplicatur Aſcite occaſionem prębeat vnde obſeruatum eſt Aſcite laborantes paucam ſemper urinam reddere, eo quod dumtaxat ea humoris portio ſeroſi, quæ per uenas tāquā ſanguinis vehiculum fertur, cū munere ſuo fuerit functa ad renes tāquam onus à uenis ipſis demandari, quod etiam diminutè fit imbecilliori uirtute renum attractrice exiſtente, hinc à nullo obſeruatum legimus hydropem aquoſam per urinæ fluxum ablatam, & ſi hæc potiſsimum uia ad ſeroſi humoris expurgationem à natura fuerit fabricata, abdimus etiam ex membrorum nutritioni inſeruientium imbecillitate coctiones diminutas fieri multaq; excremēta acceruari, quę venas hepatis, & illas per quas ſeroſus humor ad renes ferri conſueuit obſtruunt, atq; illius tranſitū prohibent, qđ colligere licet ex hiſtoria à Iacobo Cœmie Niceno in epiſt. ad Andreā Matthiolū ſcripta hydropici, nempè cuiuſdā diſſecti, cui aqua inter peritoneū, & inteſtina adinuenta fuit, heparq; grāde colore nigricāte, & ferè tali, qualē in ſplene cōſpici ſolet, hepatis quoq; uenę in parte eius caua, priuſquā in cōmunē illū caudicē portę deſinunt omnes obſtructæ erant lapillis eas diſtinentibus foris nigris, intus flauentibus. Verū vt iā ultimā manū huic capiti imponamus illud ſupereſt perquirendū, cū in hydrope uniuerſi corporis habitus, & pręcipuè epar intēperie frigida, & humida laboret, & langueat, ipſeq; venter tanquā humore frigido diſtinctus intumeſcat, quę ſit intolerabilis hydropicorū ſitis cauſa. Cauſas corruptę ſitis Galen. lib. 4. de cau. ſymp. & lib. 2. Artis paruæ perquirit, ex cuius verbis haud multi difficile eſt qđ q̄rimus adinuenire. Alex. pb. S 1. huius q̄ſiti talē refert cauſam. Qui aqua intercute laborant, cū pleni aqua ſint ſitiunt ſemper, qđ & ipſum eis humidū ſalſuuj fit, quippe qđ minime permeet ſed putreſcat, atq; os alui exſiccet, quin & febriculas tenues habent, ꝓter hęc aūt quātò venter tumidus ſit, tantò reliquū corpus, cū minimè ſua ratione nutriat ſiccius euadit, vnde etiā macreſcit, plurimū enim nutrimentū aquā abijt ipſumq; adauget morbum.

bū. Quintus Caſsius probl. 4. eiuſdē effectus ꝑ hęc uerba cauſam reddit. In hydropicis ſitis fit, & ſi multa humiditas ſubiaceat eo qđ appetitio fit propter inquiſitionem humidi naturalis, & nō præternaturalis, quod aūt in ipſis ſubiacet præternaturale eſt, fit autem appetitus quies ex appoſitione humoris naturalis, vel quando in indigentes poros præter natura humidum non congregatur, ſed foras propulſatur, ſitiunt itaq; perinde ac non bibentes.

Fœtus in vtero mortui hiſtoriæ rariſsimæ. Ca. XXII.

FOetus nonnullos in matrum uentribus mortuos aliundè quam per os matricis præter naturæ conſuetum ordinē per partem poſt partem exeretos, & extramiſſos, ſicuti vulgare non eſt, ita minime à Nobis prætermittendas hiſtorias nonnullas huiuſmodi rationi conſonum putamus, partim à nobis obſeruatas, partim ex aliorū ſcriptis excerptas. Albucaſis cap. 76. hæc habet ad uerbum Vidi ego mulierem in cuius ventre mortuus erat fœtus etiam ſecundo conceptus, accidit ergo ei poſt tempus longum apoſtema in vmbelico ſuo, & inflatum eſt, donec apertum cœpit emittere pus, vocatus ſum ergo ad curationem eius, & medicatus ſum ei tempore longo, & non conſolidatum eſt vulnus, poſui ego ſuper ipſum ex quibuſdam emplaſtris fortis attractionis, & exiuit ex loco os, deinde poſt dies aliquos exiuit, & aliud os, miratus ſum ergo cum in ventre non ſit os, cauſam diligentius expendens, & ꝑ omnia mecum putans deprǽhendi quod erant ex oſsibus fœtus mortui, cauſa igitur morbi certò cognita, medendiq; rationem hinc conſecutus extraxi oſſa multa muliere exiſtente in melioribus diſpoſitionibus, & diù poſtea uixit mulier illa ex vlcere autem ſemper puris nōnihil fluxit Alex. Benedictus lib. 26. cap. 33. hæc habet. Sed mirum obiter naturæ exemplum referam cuiuſdam Venetæ Matronæ quæ cum partum legitimum excludiſſet alter incluſus intra uterum manſit mortuus, qui in magnis puerperæ difficultatibus tabofactus fluore quodam profluit ex naturalibus oris, demum ortis in ventre tribus fiſtulis, ex vna quę omnium maxima erat integra infantis caluaria extracta eſt cunctis mirantibus deinde ſingulis diebus reliqua oſſa dēpta ſunt, vnde mirabili naturę opera ſanitati reſtituta eſt. Sed longè mehercle magis ſuſpicienda hiſtoria, quā recēſet in libello ad id dicao Matthias Coruax Regis Romanorū Medicus, quā ueluti per compendiū multis breuitatis gratia reſecatis, hoc loco ſubſcribamus. Anno Dñi 1545. Quædā Conciuis Viennēſis nomine Margaritha filia Vuolfgangi Kar

ſinger vxor vero Georgij Vuolczer hoſpitis eo tempore ad ædes rubei cancri adpellatas Viennæ, poſtquam antea etiã enixa eſſet aliquos liberos, cõcepit anno ætatis ſuę 25. omnia deniq; habuit ſigna fœlicis imprægnationis, fœtum inſuper temporis progreſſu ſenſit ante feſtum D. Bartholomæi eodem anno valentem, & ſtrenuè ſeſe mouentem, vſq; ad feſtum D. Luciæ ſacrum, quo ſanè illi tempore ſuperuenerunt partus dolores adeò vehementes, ut antea ſæpius experta iam iam ſe crederet enixuram, duraque vehementibus conatibus ad pariendum laboraret fragor quidam increpuit ſonorus, quiq; nõ temerè argueret magnam vim, vel fœtui, vel matri illatam fuiſſe, vel certè cõquaſſatum infantis caput in partes diſceſsiſſe; ab eo fragore viuacitas fœtus depræhendi amplius non potuit, Grauida in lectum repoſita maiorem in modum cœpit ægrotare, lac abundè ubera repleuit plures accerſitæ obſtetrices, quę nihil profecere, geſtanſq; vterum mulier tandem per multas ſeptimanas grauiſsimè decubuit, ventris tumore duriore fluxu qui ſuperuenerat, doloribus quàm nihil remittentibus, hiſce periculorum, & ærumnarum aceruis circumuenta, atroci inſuper ventris, ac ineuitabili onere ſummè implicita mulier per quadriennium vſque ad annum Domini 1549. ſemiuiua perdurauit, continuò defluxu putrilaginoſo per locum muliebrem per totum quadriennium prorumpente, ita tamen vt aliquando parcius, aliquando copioſius proflueret, tandem natura ad vmbilicum matricem ipſam totum deniq; abdomen perfodit foramen itaq; primo factum eſt anno Domini 1548. in loco prędicto, ex quo multum ſanioſi fœtidique mucoris profluxit; ſucceſſu denique temporis poſt aliquot menſes adhibitis externis emplaſtrorum admiriculis apertio coaluit, ſed poſtea anno 1549. menſe Iunio natura eodem conſilio, & via proximo in loco, non procul a priori apertione diſtante per uentrem iterum perrupit, & multam eduxit purulentiam, in hoc foraminulo exhibebatur omnium conſpectui, & tactui os quoddam quod euentus poſtea (reſecta aluo, & matrice) comprobauit infantis fibulam ſiniſtri brachij fuiſſe, durauit iterũ hæc aptio ad menſes aliquot eadem ſtatu, & effluxu magis, ac magis in dies periculi magnitudine increſcente: Qua de re aduocati ſunt, Chirurgi tres Sixtus Vucit, Paulus Dirleuuang, & Petrus VuincKler, & Doctores duo Medici Ioannes Enzianer, & Matthias Cornax, à quibus decretum eſt de aluo aperienda, ſtataque tandem dies decima menſis Nouembri anni 1549. hora duodecima pomeridiana ſectio autem ducta eſt à prioris apertionis à natura inchoatæ loco in latere dextero recta deorſum per tractum muſculi recti abdomini incumbentis longitudinem plus minus octo vnciarum, hoc eſt ſemipedis antiqui, & duorum

rum pollicum, qua facta inciſione propter neceſsitatem, & intolerabilem fœtorem, ſubito contentum in utero à Chirurgis vndique liberatum eſt, & exemptus fruſtillatim fœtus emortuus, & ſemiputridus. Abſoluta ſectione rebus neceſſarijs quam optimè proſpectum à Medicis, & Chirurgis, infarctis laceris, & rugoſis vteri cauitatibus ligata, & curata eſt, cumq; omnia ex ſingulari Dei nutu fœliciter procederent ſine ulla ſutura, rugis (detumeſcente ventre. ob exinanitum vterum) coeuntibus poſt liminio uenter ab onere putrido liberatus peroptimè coaluit, & fœmina præter omnium expectationem curata eſt, & uterus ipſe vnà cum abdomine, & eius partibus planè conſolidatus; quin etiam matrice optimè reſtituta menſes bono ordine, & modo rediere, denuoq; poſt annum plus minus integrum denuò concepit, geſtauitq; infantem rite ualentem vſq; ad legitimum pariendi tempus, ſed cum impoſsibile eſſet vt conatus fœminæ tam lacero vtero, inciſis per longum muſculis, & abdomine tanti eſſe poſſet, vt fœtum expellere poſſet ſuaſi è veſtigio ventrem ſemè, vt prius reſecandum eſse. firmauit meam opinionem, & hoc, quod rimula ſectionis priſtinæ laxata pellucens madebat & per ſe diſceſsionem parietum cicatrices minitabantur. Verum cum eius mater, & alię adſtantes fœminæ id minime admiſiſſent, miſera mulier per nõnullas paucas poſt horas animã exhalauit. Hanc Cornacis hiſtoriam, nos confirmare poſſumus altera adiecta quæ noſtris temporibus accidit quæq; omnium propemodum ſuperat fidem. Anno Domini 1540. menſe Marcio in Caſtro Pomponij, ſeu Pomponiſchi vulgo dicti Dictionis Dominorum de Gonzaga non longe à Pado flumine ſito, erat mulier cui nomẽ Lodouica, vocabatur tamen communiter eo quod uaſti eſſet corporis la Caualla. Hæc cum antea vtero demortuum fœtum geſtaſſet, iamq; per vuluam corporis molliores partes putrefactæ profluxiſset intrò oſsiculis corpuſculi derelictis cum rectè tamen valeret iterum concepit, at cum male admodum ſe haberet iamq; in vitę deſcrimen manifeſtiſsimum traheretur, forte aduenit Chirurgus quidam ex ijs qui per villas percurrentes peregrinantur, cui nomen Chriſtophorus Bainus, qui mulieres caſu audita, reque per optimè ab adſtantibus explicata ſe mulierem ſanitati reſtituere tentaturum dummodo illam ac mortuam manibus ipſius ſubijcerent, numoſque decem aureos ſi ſanaret perſoluerent, pactum recipiunt cognati pauperes, opem ferentibus, & ſpondentibus diuitioribus illius loci quibuſdam. Homo literarum imperitus audax tamen deligata muliere opus agreditur, diſſectiſq; per longum longitudinabus abdominis muſculis peritoneo, vteroq; demum ipſo Solideton mortui pueri extrahit, ablutoq; utero

uino calente aromatibus quibuſdam permixto, ſutura vulneris labia conglutinat, candêtiq; ferro partem inconſutam inurit, mirandum dictu ſanata mulier, ſtato tempore alterum fœtum peperit non ſolum viuum, ſed nulla ex parte labefactatum, & poſtmodũ non ſemel, ſed quater concepit, vtero geſsit, & fœliciter enixa eſt, rem mirabilem narro, cuius tamen teſtes affero D. Io. Baptiſtam Zorzonum, Alexandrum Begher, D. Federicum de Felinis, & D. Leonellum Zorzonum, & Antoniũ Maiochum, ſeu Mazzuchinum, alioſque complures, qui interfuere omni operationi. Oſſa infantis demortui corruptibilibus partibus corruptis extra fluxis non ſolum per menſes, ſed & per annos ad intrà uterum detineri poſſe ſuperuiuente muliere comprobare poſſumus præter narratam hiſtoriam; alię quoq; ab Aegidio de Horthoghe epiſtola quadam ſua deſcripta atque ad Matthiam Cornacem tranſmiſſa, mulieri cuiuſdam Belgæ annis tredecim ſceletum fœtus mortui vtero gerentis quam compendioſe ſubſcribere libet anno Domini 1549. Catherina vxor Michaelis de Menne viri ruralis, cum antea enixa eſſet duos liberos concepit menſe Martio omnia habens ſigna fœlicis imprægnationis fœtum inſuper temporis progreſſu à quarto menſe conceptus ſenſit valentem, ſtrenueq; ſe mouentem vſque ad feſtum D. Andreæ eiuſdem anni, quo tempore ſuperuenerunt dolores, adeò vehementes vt iam iam ſe ſe enixuram putaret, qui nihil remittentes dieb' totis quadraginta illam ſęuiſsimè affligere non deſinunt, ab vtero interea quippiam effluxiſſe nunquam animaduerſum fuit, fœtus ſemper vehementiſsimè mouebatur, lac præterea à mamillis vberibus effluebat, quod q̃a acrius tum plus iuſtò connoſum erat, omnes vicinas quas defluens attigebat partes exulcerabat 44. die tam valide amplius moueri deſtitit fœtus, tandem conatu vehementiſsimo fœtus motus, vt inde tranſuerſim in vtero reuolutum mater narraret, dolores ab illo ĩpetu multù mitiores euaſere, poſt verò diebus quatuor, vel ſex cruẽta quædam ac nigra per aluum deicere cœpit, huiuſque excrementi egerebat ſingulis diebus ad ſex libras, cumq; antea nullus in utero colliſionis oſsium ſenſus voluntarius perciperetur, hic tandem putãs miſella ſe ab omnibus ærumnis liberam, vnicuiq; tangenti vterum ſe ſe ꝓdere cœpit, vt etiam illam non lateat oſsium fœtus mortui ſitus quippe cum digito monſtret hic caput, illic coſtas, hic humeros, illic fœmora contineri. Turget venter maternus tumore oblongo, qui in pudendum deſinit, eleuat totam iſtam molem ſurſum, eandemq; pro animi arbitrio deprimit, non ſine adſiſtentiũm ſumma admiratione, venter maternus interea dum attrectatur nullo dolore angitur, ni id plus quam par eſt fiat diutius, valet ſic ſatis iſta mulier, omniaque ſua munia tam

domi,

domi, q̃ in agris vnà cũ marito ſuo optimè peragit hilaris, & faceta annũ ætatis ſuæ agens. 45. Mẽſes cũ annis quatuor eſſent detẽti, rurſum manare cœperũt in hũc uſq; diẽ anni ſalutis 1543. at mẽſibus ſingulis dũ illorũ terminus inſtat, venter inferior intumeſcit, illáq; inuadunt dolores vehementisſimi, nec anteà ceſſant ni menſes oĩno eruperint. Qđ ſi mulierẽ aliquo morbo laborare cõtingat eiſdẽ planè doloribus ad integrũ morbi terminũ corripit. Fouet hæc mulier ſuũ domiciliũ in Villa q̃dã Ricchenſal noĩe ſub territorio. D. de Reulx quatuor Leucis ab Vrbe Bruxellę disſita, hanc cum ſtantem, & ſupine decumbentem. D. Henricus Cornelius Matthiſij Caroli Quinti Auguſti Medic⁹ crebrius attrectaſſet omniaque fœtus mortui oſſa ipſo tactu optimè depræhendiſſet præ ſtupore nimio Deo, & Naturæ nihil imposſibile eſſe dicebat, ſed qđ demortui fœtus coluuies per aluum mulier hæc edixerit animaduerſione dignum videtur, poſsibile tamen alij euẽtus quorum meminiſſe volumus docebunt. Amatus Luſit. cent. 2. cur. 10. ſic ſcriptum reliquit, Vxor Nobilis viri Antonij Brindezes cui per quatuor annos cum ſtercore, & lotio ſanguinem emitteret tãdem corroſis inteſtinis, ac perforatis per vuluam ſtercora emiſere emittere cępit, ſicq; nullo præſidio conferente fœde conſpurcata longã vitam duxit, ſi itaq; quæ per aluum excerni ſolent per vuluam excerni poſſunt, nihil obſtat quin & è contra accidat quandoq;, vt ſcilicet, quæ per vteri os excerni ſolent per aluum extrudantur, quod nos ſanè comprobare poſſumus experimẽto docti, cuius teſtes locupletiſs. adducere poſſumus inter cęteros plures Vrbis noſtræ Hippolytum Geniſortum Chyrurgum, & Ecc. Ioſephũ Araneũ Medicum. Hiſtoria ſic ſe habet, Paula vxor Dñici Naſonis. qui in vico Põtis Merlani hoſpitiũ exercet, cũ fœtũ quinq; mẽſiũ mortuũ diutius in vtero geſtaſſet profluẽti quotidie ex vtero colluuie quadã ſanioſa nõ ſine febre, in dieſq; corpore marceſcẽte extenuatiſſ. habitu iã affecta ꝑ ſeceſsũ excernere cœpit oſſicula q̃dã, q̃ in exitu dolerẽ inferentia ab ipſa deprehenſa, ac ſtercore emundata Hip. Geniforto adſeruata oñdit, q̃ ea intuitus puelluli osſicula eſſe dep̃hẽdit, qđ mihi alijſq; Medicis cõpluri⁹ relatũ, haud verũ ipſe cẽſui donec mulier ipſa interrogata p̃ſens diligẽtisſime id iure iurãdo affirmaſſet, in mediũ alatis osſiculis plurib⁹ q̃ roſeis folijs ꝑmixta ad ſtercoris fœtorẽ quẽ p̃ ſe ferebãt adhuc tollẽdũ obſeruabat, nec deſtitit ab hmõi excretiõe ꝑ mẽſes, & annos donec ꝑmulta osſicula hui⁹ gñris extramiſit, res ſanè mira qũo ſcilicet natura vtero perforato, nec nõ & inteſtino recto ꝑforato osſicula hmõi tentim, & ſenſim extraſerint, qđ tñ ipsã nõnunq̃ ꝑpetrare, vel nullo negotio ex hiſtorijs ſupi⁹ c. relatis exiſtimare poſſum⁹. Et Rẽbert⁹ Dodonæ⁹ ĩ annotatiõe

cap. 11. Beniuenij meminit mulieres cui poſtquam diutino tempore purulenta fœtidaq; manifeſtiſſ. exulcerati vteri ſigna per pondenda excreuiſſet poſtremo & alui excrementa per eundem locum demiſit erecto inteſtino perforato ex corrupte vteri contactu. Augent vero fidem, quæ à Fernelio lib. de par. morb. & ſymp. 6. c. 15. ſcribuntur ipſum ſcilicet vidiſſe abſceſſum vteri in directum inteſtinum penetraſſe, tūcque fœces nonnihil ex vteri ceruice profluxiſſe. Achilles Gaſſarus in epiſtola ad Matthiam Cornacum aliam conſimilem deſcribit hiſtoriā mulierculæ cuius maritus ex familia Pffoperin in Pago Gettzig in comitatu FeldKirchienſi cui in difficilimo partu fœtu emortuo poſt aliquot ſeptimanas tumor in ſiniſtra inferioris veſtris parte exorto ſuppurato & diſecto à Nicolao Claſi Chirurgo aperto perfluente pure fœtidiſſ. tandem & fœtus exſicula integris etiam tibijs exiere & perſanata integre eſt muliercula. Fœtus mortuos aliquando ferreis inſtrumentis ab vtero matris extractos legimus cum aliter ſuccurri pericli tanti matri nō poſsit. Scribit Beniuenius c. 29. quod maturo partu intus emortuo periclitabatur vxor Piſtoris ſic, cumq; fœtus trāſuerſus iaceret, unco vertebris infantis dorſi iniecto extrahere paulatim tentaſſe, ſed obſtaſſe oris vuluę compreſsionem augente quoq; extractionis difficultate ceruice infantis toto corpore replicata, quare calido oleo naturalia fouit, ſicq; paulatim hiāte vulua fœtus eductus, mulierque ferè mortua molli cubili recreata, ac priſtinæ ſanitati reſtituta, plures eiuſdē ſobolis hiſtoriæ legi poſſunt apud Franciſcum Valeriolā in lib. 5. obſeruationum obſeruat. 2. quo loco etiam extrahendi fœtus mortui modum docet, quod & difuſè Carolus Steffanus in ſua anathome lib. 3. c. 1. docet, nec non etiam modum educendi per ſectionem fœtum viuum à matre emortua: Hipp. lib. de partus mortui extractione Paulus lib. 6. c. 74. Auic. fen. 21. 3. tract. 2. c. 14. plura de re hac conſcripſere, quæ omnia conſultò omitto ad P. loca lectorem relinquens, ſatis namque fuiſſe arbitror rem vt pote non vulgarem dumtaxat attigiſſe, ſicuti nec prætereundum cenſeo quod uti nonnullæ mulieres ad aborſus ita paratę ſunt, vt difficilimè quamuis ope medica adiutę ad iuſtū tempus fœtum geſtare valeant ita & e contra nonnullas obſeruabis q̄ nulla quamuis potenti cauſa ad aborſum deueniunt. tradit hæc Abynzoar lib. 2. tract. 5. c. 1. Et volo dicere in hoc loco quod mihi ſucceſsit cum eſſem in carceribus de Haly, vxor mea erat p̄gnans, & hoc ignorabā, & ipſa infirmata fuit tali paſsione qđ neceſſe mihi fuit dare ei medicinā laxatiuā, q̄ fuit talis, qđ nullus poſſet extimare qđ aliqua p̄gnans etiā ex aſſumptiōe modicę quātitatis fœt⁹ ī ea poſſet remanere, & ipſa accepit eā abſq; lęſione ſui, & fœt⁹, & poſtea declarata fuit imp̄gnatio

eius

eiꝰ,& me pœnituit ualde de errore quē fecerā,quare miſericordiā q̄ſiui ab altiſsimo Creatore de eodem,& peperit filium maſculum,quem hodie mecum habeo Nicolus ſe.5.tract.4. c. 36. hanc deſcribit hiſtoriam. Et vidi uxorem Nicolai D. Franciſci de Barberino quę in quadā ſui prægnitiæ comedit circiter libras 20. piperis, & tamē non abortiuit,ſed poſt partum remanſit ei fluxus menſtruorum colicorum ſubtilium,quo ad menſes aliquot vlcerata eſt eius matrix,& emortua eſt.

Proles ſine menſtruis. Cap. XXIII.

INter admirāda meritò conumerari poſſunt hiſtorię quarundam mulierum,quæ cum nunquam menſtruas purgationes habuerint,nihilominus conceperunt, & uitales perfectoſq; partus in lucem ædidere; ſi quidem ab omnibus receptas Gal.& Ariſt. ſententia menſtruum ſanguinem generationis,& nutritionis embrionis materiam eſſe atq; ea propter ceſſantibus iam vel incipientibus menſibus aptiſsimum concipiendi tempus eſſe Gal.lib.de diſſec. vteri circa finem,& Hip. de fœtus natura poſt principia,& Ariſt.7.de hiſt.animal cap.2.& 1. de gener. animal.19. ſtatutum reliquere præſertimq; ceſſantibus, & deſinētibꝰ, eo enim tempore tantum ex huiuſcemodi ſanguine remanſit quātum ſatis eſt pro conceptione vt ſpermatis alimentum fiat. Petrus Toletus in ſuo de morbis puerorum libello c.1. circa finem pro miraculo,& inaudito refert,ac ſe oculatum fuiſſe teſtem affirmat. Mulierem quæ neque in partu, neq; ſana uiſa fuit unquam fluxiones illas communes & purgationes quæ menſtrua dicuntur pati infantes tamen peperiſſe, q ſæpiſsime eo morbo corripiebantur,qui ab Arabe Raſi Aſphati,ſeu ſaphati vocatur Græcis κηριον, Latinis vero fauum ſeu fauoſitas dicet, quod eſt puſtularum rubor,quæ in facie adparent, & ſunt acores, & acuitates, aſperitateſque cuiuſdam humoris cholerici cutim fœdantibus, à quibus tenuis ſanies, & moderate viſcida erumpit, humiditaſq; ad mellis ſpeciem ſtillatur Braſſauolus in com.aff.36.5.lib. ſcribit ſe cognouiſſe ruſticas quaſdam quibus menſes nunquam profluxere,tamen ſaniſsimæ fuerunt,& robuſtiſsimę,& quod mirum exiſtimat, & ſi cauſam nō reddat progenuiſſe filios. Fernelius li.6.de par. morb. & ſymp.c.26. hæc habet. Mulierem vidi, cui nunquam, vel menſes, vel aliud quicquam fluxit ab vtero, ac nihilominus bene habita prorſuſq; incolumis annos uixit circiter ſexaginta at quod habuerit filios non tradit, minime tamen habuiſſe exiſtimandum cum id ex naturali conformationis vitio illi euenerit. Rhōdelitius in methodo curād. morb.

c.44. ſic ſcribit. Mulier quædā Montisbani quæ nunquam mēſtrua paſ ſa fuit & tamen peperit duodecies, & liberorum adhuc noſtro tempore multi ſuperſtites ſunt. Ita ſcribit Victorius Trincauelius lib.10.de cur.par.aff.c.3. Aetius ſententiæ Rufi ſec.16.c.51. ſubſcribit & ait ꝙ mulieres quædam ſunt quę propè ad uirilē naturā, & corporis habitū uirilem accedunt, & moribus ſimiles uires ſunt, & viragines appellantur, & menſtruis canent, aut modica admodum citrà ullum incommodū habent, qm̄ calor in eis proinde fere ut in viris fortis eſt, vt & probè coquat materiā alimentitiā, atq; ſi quid ſuperuacanei in ea reliquit id per euacuationē ſenſum latentē digerit, qualem unam noui q̄ robuſtisſima erat mulier Ylerica habitu figūraq; corporis ſimilima viro agili, & expedito colore ſubſcuro, quæ nunquā per menſes purgabatur, ac ſemel tantum (cum tamē ad ſenectutē uſq; cum uiro uixerit) in utero habuit reliquo autem tempore fuit infœcunda. Scimus nos in Vrbe noſtra mulierem fuiſse fortem, & audacem, manu promptam, iracundam, & petulanti lingua, & ad contumelias mox.pronam, quæ iure optimo virago erat appellata, hæc nunquam menſtruas purgationes habuit & tamē bis utero geſtauit, ac bis peperit primo maſculum ſecundo fœmellam ambo optimè conformatos, & plurima carne præditos in partu excrementi menſtrui uix tantillum exiuit at in puerperio nihil penitus affluxit. Quo pacto aūt id fieri posſit docet Ariſtot.3.de hiſtoria animal.c.2. quo loco hæc leguntur. Quæ menſibus carent fœminæ ſteriles magna ex parte exiſtunt, verum fieri poteſt ut aliquæ etiam ſine eorum profluuio concipiant, quibus tantum humoris ſeu ſanguinis menſtrui colligitur quantum ijs, quę purgantur reſtare ſolet quamquam non tanta copia vt & foras posſint profluere. Quod prænarratis mulieribus accidiſſe non eſt dubitandum, ob idq; concipere, ac parere potuiſſe, ſi quidem cum menſes ad conceptū maximè faciant concipere nequirent mulieres ullæ, nec conceptum fœtum alere niſi à uenis in uteri cauitatem ſaltem profluerent, & ſi non ea copia vt extrà uterum pelli posſint, & extra manare. Ob idq; Duretus in ſcholio Holerij.57. ſic ſcriptum reliquit. Conſtat autem multas mulieres concepiſſe antequā menſtrua paſſe eſſent, atq; nos dum hæc ſcribimus tractauimus mulierem ruſticam, quæ cum utero gereret, ſe morbo aliquo detineri arbitrabatur eo quod iam per multos menſes minime conſuetas menſtruas purgationes paſſa haud fieri poſ ſe cenſebat ſe concepiſſe, ac in utero habere, tamen nono menſe optime conformatum fœtum edidit, ventriſq; tumore morbo graui cura qua præmebatur liberata fuit. Quod & alteri nobilisſimæ mulieri dū hæc edere paramus contigiſſe certò ſcimus quæ non fluentibus menſibus

ſibus concepit,& 4.impręgnationis menſe paſſa eſt aborſum.Nec illud certe admiratione caret quod refert Doctiſsimus Trincauelius li. 11. de cor.aff.par.c. 15. Se inquam uidiſſe mulierem cui vterus plurimum procideratgerentem in utero,quæ tamen ex abortu mox obijt.

Numeroſi partus. Cap. XXIIII.

VT plurimum mulieres vnicum filium, multoties geminos parere conſueuiſſe omnibus palam eſt, at plures raro admodum obſeruatum eſt, plurimos demum nō ſine ingenti admiratione conſpectum fuit.Ariſt.9.de hiſt.animal.in Aegipto,& tres,& quatuor naſci filios in ſingulo partu crebrò fieri teſtatur, Quin etiam Aegiptijs mulieribus accidiſſe tradit ut quinq; etiam filij vnico in partu naſcerentur,qn quidē mulierem vnam quatuor in partibus viginti pueros enixam, qui adoleſcere & nutriri potuerint.Ariſt.contigiſſe affirmat. Ita & Solin⁹ de mirabilibus Mundi refert quod fuit Mulier quędam ex plebe nomine Fauſta,quę genuit uno partu quatuor,duos mares,& totidē fœminas, ſubditq; Gneum Pompeum Archichidem fœminam iam ſibi exhibitā tertiam enixam cum viginti eius liberis in Theatro publicaſſe; Aegyptoq; frequenter euenire. Idem Solinus ex Tragedi cuiuſdam aut. ſeptenos unico partu gigni,ibidem partum ternum eodem tempore ex eadem muliere minime mirabile eſſe ſcribit Aulus Gellius Noctiū Atticarum lib.10.c.2.refert Diuo Auguſto imperante, qui tempore ei⁹ hiſtoriam ſcripſerunt tradidiſſe Ancillā Cęſaris Auguſti in agro Laurēti peperiſſe quinq; pueros,eoſq; pauculos dies uixiſſe,matrē quoq; eorū nō multò poſtq̄ peperit mortuā,monumentūq; ei factū iuſſu Auguſti in uia Laurētina in quo numeri puerperij ipſius erat ſcriptura; Lodouic⁹ Bonaciol⁹ li.1.muliebriū teſtatū reliqt ſe nouiſſe mulierē q̄ ſeptē part⁹ abegit.Annis ſuꝑiorib⁹Brādimarti cuiuſdā plebi vxor 26. annū agēs ī 8.mēſe graue vtero cū ꝑmeret quatuor filios viuos peperit duos maſculos & duas fœminas oī ex parte formatos,q tñ baptiſmate recepto nō multo poſt ab vteri egreſſu obijcere mre ſuꝑſtite, q̄ res toti⁹ Vrbis nrę ppłm ad illos īuiſēdos magno oīum ꝯfluxu attraxit,ita vt Ser.Duciſſa Leonora Dña nra paupcula domū adire nō fuerit dignata,ac puerperā,filioſq; īuiſere,multaq; elemoſina donare.Cōciliator noſter dixit in Villa ſua de Ebano ſex Embriones ob unam mulie re emiſſos,quorum quilibet motum habebat res quippe ſtupenda mul tum hæc Sauonarola cap.de ſuperfœtation.Albucaſis lib. 2. hæc habet, quandoque formantur in matrice unus aut duo, tres, quatuor

quin-

quinque ſex,& ſeptem,& plures decem,& iam verificatum eſt mihi qđ mulier ab oriente emiſit ſeptem, & alia quindecim omnes formoſos Auic.9.lib.animal.refert,quod quædam mulier abortiuit, ut ipſe audiuit à fide digno ſeptuaginta partus unico abortu vel ſeptuaginta octo ut refert Petrus Aponenſis in com.probl.24.10.particulæ probl. Ariſt.Fr.Thomas Fazellus de rebus ſiculis lib.6.prioris Decadis ita ſcriptum reliquit. Pancica Agrigentina mulier ætate mea Bernardo Belluardo Agrigentino nupta tantæ fuit fœcunditatis ut tricies circiter enixa tres ſupra ſeptuaginta ediderit liberos,& paulò infrà anno ſal.1430. Meſſanæ mulier quædam annos viginti quatuor nata nouem infantis vno ſemel partu edidit,quæ poſtquam peperit. vnam cũ filiis extinctu eſt.Albertus Magnus.9.Animal. Sic ſcriptum reliquit Mihi narratum fuit à Medico experto quod quædam Nobilis Mulier in Germania peperit ſexaginta filios qualibet uice quinque,& nullus eorum venit ad ętatem dimidij anni, & addit Auic. de quadam meminiſſe,quę aborſum fecit de vigintiduobus figuratis,atq; etiam ſubdit ſe à fideli Medico recepiſſe, quod ipſe vocatus fuit ad curam cuiuſdã mulieris nobilis quę fecit aborſum de centum, & quinquaginta ſimul, & putabat ſe uermes emiſiſſe de matricæ, & cum aperirentur telæ inuenti ſunt pueri figurati habentes quantitatem ſicut eſt auricularis digitus hominis,& plures eorum habebant motum dilatationis,& cõſtrictionis,& plura alia ſigna uitæ,& in pelui omnes iacebant ante oculos eius,& erant oculi eorum incompleti,& digiti manus quaſi capillares,& ſimiliter digiti pedum.Martinus Cremòneſius de Rebus Polonorum lib.11.tradit Matthiam Golancieuuim cognomento Palucam Slauunici Caſtellani Naclenſis filium, gente Toporum Vuladiſlauienſem Epiſcopum à matre cum 11.alijs filijs vnico partu editum, & ex duodecim illum unum uixiſſe,reliquis mox ut nati erant mortuis. Et lib.9.idem author teſtatur quod anno ſalutis 1269.In Cracouienſi regione honeſta quædã matrona Margarita Virboſlai Comitis uxor triginta ſex pueros uiuos uno partu edidit viceſima die menſis Ianuarij. Habemus à Carpo in Anatome,hæc ab ipſo relata. De numero etiam fœtum hic eſt Bononiæ quidam Iulius Scatinarius adhuc uiuens, & fœcundus Bononiæ Ciuis,qui venit in lucem cum ſex alijs fœtibus & ipſe fuit ſeptimus,& mater eius erat ſoror D.Floriani de Dulphis mihi affinis.Et ego Carpi uidi unam mulierem parere quinque filios in uno partu,& dixit mihi fide digniſſ.Dom.Alexander de Campo Fregoſo Epiſcopus Ventimilienſis,& iurauit ſupra pectus ſuum fide Epiſcopali,quod vna mulier Ianuę de egregia familia de Bucanigris peperit ſexdecim fœtus humanos magnitudine medij palmi,qui omnes ha

bebant

bebant motum,& ultrà iſtos ſexdecim fœtus,qui habebant formã humanam peperit etiam vnum animal habens formam equinam,& etiam habebat motum & omnes 17.tam habentes formam humanam, quam illud annimal,qui habebat formám equinam erant inuoluti in una ſecundina,hoc tamen eſt monſtruoſum. Auguſtinus tamen Iuſtinianus Nebij Epiſcopus in annalium Ianuenſium lib. 5. aliter hanc hiſtoriam memoratur,ait namq; anno 1485.Bartholomeam vxorem Ioãnis Antonij Bucęnigrę unico partu decem & ſeptem edidiſſe filios informes quidem motum tamen habentes dactili oſsis formam præ ſe ferentes. At quod omnem fermè naturalem fidem excedere videtur.Illud eſt cuius marmoreum,Regiumq; ſepulchrum in Cœnobio quodam Monialium ex ordine D.Bernardi Loſdunæ appellatum, & in Holandia Batauiæ inſulę parti poſitum certã fidem facit, & à quolibet cerni poteſt teſte Guicciardino, qui nuperimè illius Regionis hiſtoriam ſcripſit In quo huiuſmodi inſcriptio legitur.Illuſt.Domini Florentij Comitis Holandię filia cuius mater fuit Mathildis filia Henrici Ducis Barbãtiæ fratrem quoq; babuit Gulielmum Alamaniæ Regem,hæc præfata Domini Margarita anno ſalutis milleſimo,ducenteſimo,ſeptuageſimo ſexto ætatis ſuæ anno 42.ipſo die paraſceuis hora nona ante meridiẽ peperit infantes uiuos promiſcui ſexus numero trecentos ſexaginta quatuor,qui poſtquã per uenerabilem Epiſcopum D. Guidonem Suffraganeum pręſentibus nonnullis proceribus, & magnatibus in pelui quadam baptiſmi ſacramentum percepiſſent & maſculis Ioannes, fœmellis uerò nomen Heliſabeth impoſitum fuiſſet ipſorum omnium ſimul cum matris animæ ad Deum æternaliter victurę redierunt,corpora autem ſub hoc ſaxo requieſcunt, huius quoq; meminit hiſtoriæ Fazellus de reb⁹ Siculis loco ſuperius citato,Victorius Trincauellius lib. 11.de curat.par.aff.c.17.hæc ſcribit Aliquæ mulieres adeò fœcundæ ſunt ut non modo geminos unico conceptu generent, ſed & tergeminos,& plures etiam,namq; aliquas genuiſſe tres,noui ; Vnam verò Bononię quę erat uxor Ferrarij,fabri quæq; P.geminos altero partu tres 3.uerò quatuor peperit,ex quatuor nullus uitalis fuit,ex tribus un⁹. Hanc hiſtoriam prætermittere nolui non ſolum ob numerum fœtuum ſed & propter ordinem admirandum,ſicuti nec illud ſilentio inuoluẽdum,quod recitat Gaſpar Bugatus lib.4. ſuarum hiſtoriarum. Sub põtificatu ſcilicet Nicolai Papæ,qui obijt anno. 1280.obijſſe Antoniam Mutinenſem quæ quadrãgeſimum ętatis ſuæ annum non prætergreſſa quadraginta tres filios habuit. Ex prænarratis hiſtorijs patere exiſtimo Ar.dictum affirmantem quinquegenarium numerum eſſe finem multi iugæ hominum paritionis,neq; plures ſimul unquam genitos cõ

pertum

pertum fuiſſe non omnino recipiendum eſſe. Numeroſæ parturitionis cauſam Gal. in lib. de hiſt. philoſophica ex Empedoclis ſententia in ſeminis abundantiam, & diſtinctionem reicit Aſclepiadem autem id ipſum naturæ ſeminis adſcripſiſſe ait. Nam ut hordeum reperitur quod duorum, vel trium ordinum ſpicas generat, ita fertiliſſimum ſemen extat, quod plures fœtus procreat. Eraſiſtratum in apræhenſionē matricis cauſam retuliſſe, ut in brutis quoque contingit ibidem ſcribit. Stoicos autem uoluiſſe vuluas habere loculos, cumq; in duos ſemen īcidere geminos, cum in tres tergeminos fœtus edi, cui opinioni fauere uidetur, illud quod in lib. de ſpermate Gal. adſcripto legitur ſeptē ſcilicet eſſe matricis receptacula, ex quo loco illud apud Iuriſtas receptum exiſtimo, quod in ſuis Codicibus ſcriptum legimus ſeptē ſcilicet eſse matricis receptacula, & in Digeſtis de ſolutionibus, & liberationibus in probatulo, quod eſt, & ante pedes inuenies apud Iuriſconſultum Iulianum quinq; iuxta Ariſt. ſententiam poſse fœminam parere, fortè cum tot ſint loculamenta, acceptabula, capſulæq; matricis quod tamen falſum eſse anathomico experimento comprobatur, Cūque Gal. lib. 14. de uſu partium, & 15. & in lib. de diſsectione vteri, & in com. aff. 48. 5. lib. vteri duos tantum ſinus eſse ſtatuit, non tamen reprehenditur iure à Veſsalio, quod non cognouerit matricis unicam dumtaxat eſse cauitatem, quia ad bina eius cornua reſpiciens binos quoque ſinus habere protulit, ex quib. lib. de ſpermate ſupracitatum illius nequaquam genuinum eſse conſtat. Qui tamen cum Galeni nomine in fronte inſigniatur Mundino, Centili, Nicolo, aliiſque poſterioribus eiuſdem ſobolis errandi occaſionem præbuit, dum aliqui iterum ſeptem cellulas ſcriptum reliquere, tres quidem in dextera ad maſculos procreandos, tres verò in ſiniſtra ad fęminas ſuſcipiendas, ſeptimum in medio Hermaphroditis dicatum quod effingere non modo illis ſat uiſum fuit, quinimo & mendacium addentes mendacio ſeptem illos ſinus decem rugoſos obtinere inflexus affirmarunt, & ſeptenas quidem ſcrobes ruhas autem ſeptuaginta enumerantes totidem ſimul fœtus concipi poſse contendunt. Auic. fen. 21. 3. tract. 2. c. 17. plurificationis fętus duas potisſimum cauſas enumerat nēpe multitudinem ſpermatis, & illius diuiſionem, & ingreſsum in bina cornua matricis quicquid Iacobus de partibus in com. & Nicolus ſe. 6. trac. 1. c. 22. alias ſuperadentes falſo illi imponant. Albucaſis eiuſdem plurificationis fœtus cauſam inquit eſse quod id fiat ſecundum menſurationem glorioſi ſapientis, quę cauſa vti uera, ita minus naturalis, nimiſq; remota quare audiamus Ariſ. loquentem magis philoſophice 6. de natura animal. c. 19. plurificati partus cauſam in abundantiam nu-

trimenti

trimenti parentū vel in eorundem proprietatem indualem. Et in problematibus inquit Hominem eſſe quaſi intermedium animal inter duo genera quorum vnum naturaliter generat multos filios, & aliud naturaliter generat vnum filium, eo quod homo naturaliter generat vnum filium, ſed propter ſuperabundantiam caloris, & humoris aliquando generat duos filios, & plures, ex quibus cū plurificationis fœtus cauſam in parentum ſuperabundantem caliditatem, & humiditatem naturalem, id quoq; in multitudinem ſpermatis referi uidetur cum ſemen ex ſui natura calidum, & humidum multiplicetur ex calidis, & humidis. Nec obſtat quod Ariſt. dixerit. 4. de genere animal. Et quod latius declarat Albertus. 19. de animal. ca. 2. multitudinem ſeminis eſſe potius cauſam monſtruoſi partus non copioſi; Nam omnium natura conſtantium terminus eſt ut ratio determinatæ magnitudinis, ſicut itaq; terminum ſeruare naturæ conuenit hominis, ita materia ex qua creatur non erit indeterminatę quantitatis, ſed habebit terminum notum naturæ, cum itaq; homo quiſpiam in coitu multum ſperma emiſerit, & in copia vt posſit plures filios procreare, ſemen illud à virtute informatiua diuiditur ſecundum determinatam quantitatem, fitque materia generationis multorum filiorum. Eſt enim iſta virtus animę habens poteſtatem in diuidendo ſperma, & proportionando tam conuenientię multitudini membrorum, quam etiam ei quod conuenit multitudini conceptuum ſecundum quantitatem determinatam ſi itaq; homo multum ſemen in matrice ſpermatizet quod ad plures concept° generandos ſufficiat rectè operante virtute plures filij naſcentur, ſed ſi ſpermatizet multum nec tamen multitudo illa ad plures conceptus ſufficiat, quod ab vno fœtu ſupra exempli gratia ſuperfluit uirtuti rectè operanti fit ſingulus conceptus, & quod ſuperfluit à calore matricis conſumitur & exſiccatur ſecus autem fit in monſtruoſo conceptu in quo ſi pars aliqua plus iuſtò fit maior id accidit uirtute comprehendente maiorem materię portionem quam illius membri generationi recte conueniat, monſtri enim cauſa non ſolum ex materia, ſed etiam ex vitio virtutis agentis prouenit, quemadmodum. Ariſtotel. 4. de gener. animal. declarat.

Qq Molæ

Molæ admirabiles. Cap. XXV.

NVlla pręter naturam affectione corripiuntur mulieres in qua euentus uarij, & admirandi conſpiciantur æque ac in Mola dicto morbo. Nobilis Vrbis noſtrę mulier indubiæ honeſtatis matrona quinquageſimum ſextum annũ nata, carnoſo corporis habitu donata, ac plurimo ſanguine redundante cum iam per aliquot annos menſtruę purgationes deffeciſſent annis 1573. & 74. molas plures carnoſas edidit, fluentibus veluti in naturali partu menſibus copioſè, & maximis cum cruciatibus interpoſito nonnunquam duorum aliquando trium vel unius menſis ſpatio diligenter q̃ pcontata ſe nullum fœminis profluuium in ſomnis, nec ullam oblectationem perpeſſam conſtanter affirmauit, fluebãt tamen interim, præſertim cum ſe plus iuſtò exercebat mẽſes albi, erãt autem carneæ molæ nonnullæ ad pugni craſsitudinem alię minores, durisſimę nonnullæ, alię uerò minus duræ, atq; ut plurimum, poſtquã erant excretæ ſub aere diutius detentæ, & permanentes in aqueam ſoluebantur ſubſtantiam liquefactę mirum ſanè videtur mulierem hãc molas adeò frequenter generaſſe abſq; viri concubitu cum id fieri poſſet Gal. clariſsimè neget. 14. lib. de vſu partium c. 8. quod & antè ipsũ Hip. ſtatutum reliquit per hæc verba. Molæ conceptus cauſa hæc eſt cum multi menſes exiguum, & morboſum ſemen exceperint; quod verò intelligat Hipp. de ſemine virili & non muliebri ex ſerie verborum ipſius facilè patere poteſt Ibidem & ex ijs etiam quæ de eadem re locutus lib. de ſterilibus ſcriptum reliquit, tradens namq; molę cauſam inquit, cum multi menſes modicum, & morboſum ſemen conceperint neque fœtus rectus fit, & venter plenus eſt veluti pręgnantis, ex quibus colligitur ipſius uerba prolata eſſe de ſemine virili cum ex muliebri abſq; maſculino fœtus perfectus minime fieri poſſe unanimi oĩum ſententię decretum ſit, Gal. & Hip. Ariſt. quoq; opinioni minimè refragatus eſt, namque. 5. de gener. animal. cap. 7. de mola ſcribens inquit. Accidit hoc vitium mulieribus grauidis, quamquam rarò, pariũt enĩ quod molam uocant. Iam accidit enim mulieri cuidam ut cum concubuiſſet, & ſe concepiſse putaſset, primum ventris moles augeretur, vt reliqua ex ratione uenirent, ſed cum tempus pariẽdi iam eſset nec pareret, neque moles minuiretur, ſed annos tres, aut quatuor ita perſeueraret quo ad diſsenteriæ, ideſt difficultatis inteſtinorum implicata eoq; modo periclitata demum peperit carnem quam molam vocãt. Hęc Ariſt. ex quibus colligere licet ipſius fuiſse ſententiam ſine uiri

con-

congreſsu mulierem haud carneam molam generare poſse, ait namq; id vitium grauidis accidere, at grauidæ non ſunt, quæ cum uiris nõ cacunt, ſubditq; mulierem molam concepiſſe cum concubiſſet ex quibus Hipp. & Gal. Ariſt. conſentire videtur, ex his enim quæ lib. 10. de hiſt. animal. c. vltimo, & penultimo ſcripta reliquit ex mulieris ſemine molam procreari poſse voluiſse videtur, ſed hęc nos haud mouere debẽt cum liber ille ſeu potius fragmentum Ariſt. minimè cenſeatur, ſed alterius authoris, ob idque Theodorus Gazauire optimo in ſua verſione illum prætermiſit, quod ſi eumdem Bernardus Felicianus interpratatus eſt tamen in fronte eum haud Ariſt. eſſe affirmat, & reuocat in dubium cuius authoris ſit, ſed quid dicemus ad Ariſt. dicta lib. 2. de gen. animal. c. 4. ubi quærens cur fœmina marem deſideret, nec ex ſe ipſa generet cum habeat animam eandem, & fœminæ excrementum generationis ſit materia, reſpondit huius cauſam eſſe quia animal differt ſenſu à planta, & mas dat ſenſum quo animal diſtinguitur à non animali, quod exemplo comprobat ſumpto ab ouis ſubuentaneis, quæ generãtur à Gallina abſq; Galli concubitu, & ideò dicuntur viuere tantum anima vegetali, ſi igitur mas requiritur ad hoc dumtaxat vt det, ſensũ cum molæ propriæ acceptæ ſenſu careant ergo mas ad molæ generationem neceſſario non requiritur. Huic rationi ſatisfaciendum dicẽdo quod & ſi Ariſt. concedat Gallinas oua ſubuentanea ſine Galli cõcubitu generare poſſe, non tamen inferendum mulierem molam ſine mare generare poſſe, & licet marem ſenſum exhibere ſcribat, nõ tñ ob id concludendum ergo fœmina ſpetiei humanæ molam quę ſine ſenſu eſt ex ſe ſola generare poterit, ꝗnimo potius oppoſitum ex ipſius Ariſ. verbis colligitur ibidem ut Au. teſtatur in com. loci illius ait namque a muliere virtutem actiuam ſeparari ſecundum omnes operationes ſuas à Gallina vero ſeparari tantum ſecundum vltimam perfectionẽ actus, vnde generat oua ſubuentanea, quia ipſi ineſt virtus actiua, & creatiua oui; quod tamen non poteſt recipere formam pulli quia ab ipſa ſeparatur uirtutis actiuæ ultima perfectio quę eſt in mare. Clarius autem idem Au. in com. 7. 4. lib. de generat. animal. oſtendit molam huiuſmodi abſq; maris cum fœmina congreſſu procreari non poſſe tradens namque cauſam generationis molę hanc asſignat, quod natura non concordat inter duo ſemina, ſcilicet maris, & fœminæ in quantitate, & qualitate, & paulò infrà hoc uitium proprium eſſe mulieribus plus quàm fœminis aliorum animalium dicit quia plus abundant menſtruis, q̃ eſt una ex cauſis indigeſtionis, & ſubdit, & ideò accidit eis hoc præſertim quando ſemen maris eſt malę complexionis, Dij boni, quid clarius dici poteſt, ſileant itaq; qui Ariſt. oppoſitum ſentiſſe con

tendunt exemplo illo ab ouis ſubuentaneis deſumpto inixi, quod ita Fernelij doctiſſ.mentem affecit, vt contraria de re eadẽ ſcripſerit lib. namq; ſeptimo de procr.hominis c.1.hęc ſcripta reliquit. Fieri itaq; non poteſt vt vel mas per ſe, vel ſola fœmina ex ſe ipſa animal perfectè generet quamquam plerumque rudem quandam, & inchoatam molam producit, quod de mola, & gallinarum ouis, quę noſtri ſubuentanea dixerunt compertum habemus cuius oppoſitum legitur 6. de part. morb.& ſymp.per hęc verba.Molæ cauſa efficiens non eſt ſolum ſanguis menſtruus, neq; hanc (vti oua quę appellantur ſubuentanea) efficere poteſt ſolum muliebri, ſemen cum nuſquam viſa ſit mulier ſine mare molam concepiſſe, ſed molę cauſa eſt uiri ſemen, idq; aut corruptũ aut quouis modo inualidum, quod alimentum quidem trahere nihil vero conformare poteſt. Verum ad rem noſtram reuerſi & ſi Ariſtot. Hipp. Gal.reliquique doctiores antiqui ſine maris congreſſu fœminã molam minime generare poſſe teſtatum reliquerint, experimento tamen omnem rationem ſuperãte exemplo à prænarrata muliere deſumpto cuilibet facile patere poterit materiam ſupeditãtibus menſtruis excrementis, & muliere ſemine efficientis cauſę vicem ſubeunte; Quã ſententiam aperte ſecutus eſt Gordonius in ſuæ praxis parte 7.c.18. inquiens molam fieri cum multitudo ſeminis calidi currit ad matricem cum carentia ſeminis uirilis, quinimo paulò infra concludit molam etiam animatam alia anima à uegetali ex ſemine mulieris corrupto generari poſſe, defficiente ſpermate uiri, quam etiam opinionem inter recentiores quoq; ſecutus eſt Sauonarola.c.de mola, hocque de mente (vt ipſe ait) Auic.10.de Animal. Plinius & ipſe lib. 10. cap. 64. natural. hiſt.ita ſcribit. Molas gigni putant ubi mulier non ex mare verum ex ſemetipſa tantum conceperit, ideò nec animari, quia non ſit ex duobus, altricemq; habere per ſe vitam illam; quæ ſatis arboribuſque contingat. Sic Nicolaus Rocheus de morb.mul.cur.ca. 7. ſcribit molam fieri à ſeminis muliebris, & plurimi ſanguinis menſtrui in vtero retentione, & affluxu, quem calor immodicus cogit ac in carnis formam tranſmutat. Ego profectò crediderim molã nullam, quæ ſenſum, aut motum habeat ſine viri cum fœmina coitu ullo pacto generari poſſe, ſicuti motu, & ſenſu carentes ſine maris ſemine procreari poſſe nõ dubitarim. A qua modo uteri intẽperie huiuſmodi molæ ortum trahant, non omnibus eodem eſt ſententia. Ariſt.loco citato 4.lib. de generat.animal.in caloris imbecillitatem id reicit Auic.vero fen.21.lib. 3.tract.2.c.18.uehementiæ caliditatis id aſcribere uidetur, cui experimẽtum adſtipulatur, huiuſmodi namq; mulieris quę ſine uiro molas concipiunt uirgines ſunt, & calido corporis temperamento donatæ,

ad hæc teſtamur nos bona fide in pluribus mulieribus obſeruaſſe pa-tientibus menſium ſuperfluum fluxum ſanguinem extra venas manan-tem in fundo vteri detentum in grumos coaleſcentem ita ex loci cali ditate coaluiſſe, atq; abduruiſſe ut cultro diuidi poſſet. Conciliari ta men Ariſt. & Auic. dicta poſſumus, dicentes Ariſt. locutum fuiſse de debilitate caloris ſeminis uiribus quemadmodum illius uerba accura te legenti facilè conſtare poterit. Auic. vero verba de caliditate mu-lieribus uteri intelligenda eſſe, cum & ipſe ibidem ſcripſerit mulierē in coitu propter deffectum virtutis maſculinitatis concipere molam ex quibus verbis etiam patere poteſt Auic. quoque ipſum eiuſdē fuiſ-ſe ſententiæ cum Ariſt. Hip. & Gal. rationibus uero, quę à doctiſſ. Trin cauelio. c. de mola adducuntur pro confutanda. Auic. ſententia de ca liditate efficiente cauſa molæ facile ſatisfacere poſſumus. Ad primam namq; dicimus Auic. dictum intelligendum eſſe de calore præterna-turali, quod videtur ſentire author lib. 10. de hiſt. animal. ca. ult. dum ait quod uterus aliquantulum inflammatus efficit hanc fœturam, ad ſecundam dicimus quod ſeuis euenit in ſanguine extrauenato in ali-qua parte, ſecus uerò in ſanguine menſtruo in utero contento, ſanguis enim menſtruus materia eſt apta ad generationem embrionis tā per-fecti, quam imperfecti quemadmodum eſt mola, vteruſq; pariter aptiſ ſimus eſt locus ad talem conceptum efficiendum undè licet illius ca-lor naturalis effectus fuerit uehementior, & quo quomodo magis ad igneum tendens, non tamen corrumpitur menſtruus ſanguis ſed tran ſit in molam, quamuis enim caloris præternaturalis propria operatio ſit corrumpere, & non generare, tamen & ex eodem prouenit genera-tio licet imperfecta, quod in animalium ex putredine ortum ducen-tium generatione clariſsimè patere poteſt. Ex dictis non ſine admira-tione adnotandum videtur huiuſmodi molas non dumtaxat ſolas in vtero generari poſſe, ſed nonnunquam etiam cum fœtu legitimo, & vi uente in utero detineri licet plerumq; abortus ſint cauſa, quinimo & eidem alligari, & connecti quod Valeriola lib. 1. obſeruationum obſer. P. ſe in propria uxore obſeruaſſe ſcribit, quæ peperit carnem infor-mem, craſſam, & duram cui quatuor uinculis fortibus infans maſcu-lus quadrimeſtris alligatus erat. Quod pariter & nos ſemel vidimus in Sigiſmundi currus ductoris vxore anno 1574. mēſe Septembri quæ cum fœtum maſculum nulla affectum iniuria peperiſſet, adhuc prætu mido uentre exiſtente, ita ut obſtetrix de altero retento fœtu dubi-taret, decimoſeptimo die à partu carneam molam pueri decem anno rum caput ſuperantē magnitudine excreuit, cui pediculus inerat quo fœtus legitimi ſecundis annexum cenſuimus, & poſt varios labores re

ſtè auxilijs adminiſtratis conualuit. Admirandum quoque molam per plures annos in muliebri utero retineri poſſe quinimo, & per totum vitæ curſum, quod Ariſt. Pauli Aetij, Auic. & Raſis aut. comprobare poſſumus, experimentoq; confirmare, ſi quidem teſtatum reliquit Sauonarola c. de mola ſe uidiſſe in Domina Fantina de Montebellone perduraſſe molam per quinquennium. Molarum nomine non ſolum carnes informes accipiendæ ſunt, ſed malorum genera complura à Medicis deſcripta fuere molæ, ſi quidem nomine durum vteri tumorem ſiue illius oſtiolo, ſiue in toto eiuſdem corpore perminuerit, Paulum lib. 3. c. 69. & Aetium ſec. 16. c. 80. comprehendiſſe manifeſtum eſt, ſic & tophaceam materiam in utero contentam molæ nomine Paulus ibidem, & Alſaharauius lib. pract. tract. 25. ſec. 2. c. 1. donarunt. Cuius exemplũ nos. c. 30. 4. lib. admirãdum ſanè deſcripſimus. Aliam molæ ſpetiẽ ventoſam deſcribit Auic. lib. 3. fen. 21, tract. 2. cap. 18. quam ſe vidiſſe Vlixbonę in quadam Hebrea teſtatur Valaſcus de Taranta in ſuo Philonio c. de mola, huic enim cum ſe prægnantem eſſe exiſtimaret, præparata ſunt omnia quæ parturienti neceſſaria eſſe conſueuerunt, dũque obſtetrices vuluam, & uterum pertractarent tanta uentoſitas ſine aliquo alio humore exiuit à matrice quod fuit mirum eſt per totã Ciuitatem Vlixbonę, & per totum ſtudium fuit diuulgatum, ab huius generis mola ſe deceptum fuiſſe in propria vxore fatetur Ioã. Matth. de Grado in com. ſuis in Raſim, c. de mola, namq; dum crederet uxorẽ in utero habere poſt decimum quartum menſem omnia imprægnationis ſigna, & uentris tumor delituere ex uſu pil. Alephanginarum, ſic & ventoſam molam geſtatam ſe uidiſſe confirmat Alex. Benedictus lib. 26. de morb. c. 34. Hoc anno 1575. Viderunt multi Medici in Vrbe noſtra non ſine magna omnium admiratione Annam de fortis mulierem hæbream ex Caſtro Briſcello, quæ iam tranſacto 15. menſe in utero habere uidebatur, nam uenter maximè intumuerat vt iam noni menſis ĩprægnationis tumorem æquaret, dumq; uenter à nobis comprimeretẽ manus retro pellebatur violentia quadam, atq; per uniuerſum abdomen motus quidam palpitationis conſpiciebantur ac veluti ſaltus ꝑ interualla in uolontarios, ſatiſque validos ita ut ab imo uentre uſque ad os uentriculi motus hi excitarentur, quod ipſi à laborioſo partu ſuperuenifse aiebant, menſes tamen prodibant ſtatis tẽporibus. Nos omnibus ritè conſideratis in eam uenimus ſententiam quod os uteri ex callo, vel carne ſupercreſcente poſt partus labores penitùs coniuiſſet, eo pacto quo caruncula in virgæ meatu poſt abraſionem excreſcere ſolet, unde multi flatus craſsi in utero collecti exitum minime ĩuenientes motus illos efficerent; nec obſtabat quod menſes ſtatis tẽporibus

poribus

poribus fluerent ex venis enim colli matricis prodire poſſe ſuperius. c.15.docuimus. Admirãdam magis hiſtoriam refert Lycoſtenes, quã & Cornelius Gemma lib.7.Coſmocr.c.1.recenſet, Hæbræ ſcilicet in Thuringia hunc infandum partum accidiſſe, Coniugem ſutoris cuiuſdam cum triduo in partu laboraſſet obſtetricibus uarijs ob negocij difficultatis conuocatis tandem enixam fœtum mortuum in ipſa autẽ contentione, nixuque præcipuo cum iam infans umbilico tenus promineret ingens auditus eſt ab utero fragor velut excuſſo tormento bellico, mox, & flamma exiliens, tum obſtetricis manus, tum pueri nates ambusſit, atq; excitatis vesſiculis inſigniuit; cuius rei cauſam & ſi ipſi non referant, nos naturalem indagantes dicere poſſumus ex uaporum colliſione mutua atq; attritione ipſos accenſos eſſe, eoque modo crepitum, & flammam excitaſſe, quo in aerijs impræsſionibus præcipuè corruſcationibus, & tonitruis fieri traditum eſt ab Ariſt. in lib. Meth. ita ut hanc flatuoſam molam, ſeu potius igneam appellare non iniuria poſſumus. Alterius ſpeties molæ meminit Auicen. loco citato, quam fieri ex plurimo ſanguine menſtruo ſuperfluo in matrice retento affirmat, hancque ſanguineam molam vocat, huiuſmodi ſe obſeruaſſe tradit Alex. Benedictus eodem lib.c. 36. quam ex retentis dumtaxat menſibus ad 15. menſem geſtaſſe mulierem, quæ medicatis locis concipere ſperauerat aſſerit, & tamen vno, & continuato ſanguinis profluuio exonerata fuit. Alia quoque mola aquoſa nuncupatur, cuius idem Alexander ibidem c.34. tradit exemplum à ſe obſeruatum in nobili matrona Franciſca Clara, cui cum omnia ex ratione conceptus ueri veniſſent præter quod in ventre punctiones crebras ſubmordentes patiebatur poſt 15. menſem ſoluto exiguo aquæ, cętera per ſe ſubridere. Iacobus de partibus in com. fen. 22.3. vbi Auic. huius affectionis meminit, binas hiſtorias refert per hac verba. Noui quęndam Dominam generoſam, quæ ſic prægnans eſſe credidit, & ita Medici uiſitantes eã exiſtimabant, & iudicabant quòd ipſa erat prægnans, & dum uenit pariendi tempus. Etiam prouiſerat de bona obſtetrice, & compatribus, & comatribus, multa aqua prodijt à matrice ipſius per uuluam defluens, & illicò venter penitus detumuit, & ſic illa, & Medici fuerunt illuſi; & paulò infrà aliam talem recenſet, Vidi quandam, quæ aquam tribus annis geſſerat in matrice ſua, quam ſubito eiecit, & hinc aleuiata ſana eſſe credidit, ſęd debilis affecta poſt tres dies obijt. Veſsalius lib.5.fab.hum.corp.cap.9. tradidit hiſtoriam mulieris textricis Auguſtanæ in cuius utero ſeroſæ aquæ ſupra ſexaginta auguſtanas menſuras, quæ ſingulę tres pendent libras, poſt mortem vnà cum multis Medicis reperijt. Nullibi interim circa inteſtina præſente aqua, aut laxo

in

in manibus, & pedibus tumore aut etiam uiſcerum, aut alterius cuiuſdam organi ſe ſe offerente vitio, præterquam quod magnus illæ uterus cuius fundi os miris modis occaluerat, tota ſua anteriori ſede peritoneo erat conatus, & dextri teſtis glandulæ, nō ſecus excreuerant, quam ſi nouem decem ve anſerum, aut ſtruthio Camellorū potius oua vni ineſſent membranæ ſingula humore alborum ouorum non abſimili, aut paulo craſsiore oppleta. Fernelius li. 6. c. 8. & 15. de par. morb. & ſymp. meminit mulieris cuiuſdā, quæ hydrope uteri correpta, quoties appetebat menſtrua purgatio omnem aquarum colluuiem ex vtero per ceruicem protundebat, peluesq́; ſex, aut octo implebat aqua citrina feruentiſsima dum uenter totus ſubſideret, mox dein menſes inſequebantur ex naturæ præſcripto, collecta proximo menſe pars colluuies ſtato dein tempore profluebat, Hæc tandem perſanata uterum geſtauit, peperitq́; uitalem fętum; Veſalius ſcripſit loco citato ſe ſectione deprehendiſſe quibuſdam mulieribus, & uirginibus uterum annis aliquot mira fuſcæ, craſſæq́; aquæ copia turgidum fuiſſe, quibus alioquin menſtruus ſanguinis & ſi non ordinatis omninò uicibus, certiſq́; interuallis eiuſdemq́; perpetuò quantitatis perfluxerat. Vidimus nos vxorem cuiuſdam ſericorum pannorum textoris Fœlicitam appellatam, quæ cum vtero ſe gerere exiſtimaret intumeſcente quotidie uentre, prægreſſo ſtatuto tempore partus, malo corporis habitu, febriculaq́; lenta correpta, extincta eſt, cumq́; ægritudinis tēpore diſpar ſententia inter Medicos prolata eſſet, quod nullus ipſorum animaduerterat diſecto ventre uterum aquæ plenum reperiere. Rembertus Dodonæus molæ aquoſæ in Vidua quadam meminit in ſcholio c. 50. exemplorum medicinalium. Hæc affectio, ſeu mola, ſeu hydropem uteri appellemus ab Arabibus omnibus ferè cognita fuit, ex Græcis Hipp. lib. 1. de morb. mulieribus eiuſdem meminit, & Aetius ſec. 16 c. 79. Ex Latinis Priſcianus matricis hydropicæ ſigna, & curam docet. Alterius modi molam deſcribit Io. Arculanus in com. in 9. Raſis c. de mola, quam vocat humoralem, hancq́; ſe uidiſſe his uerbis tradit. Vidi tantum ſemel molam ab humore flegmatico groſso ad ſimilitudinem pultis factæ per ſuperfluam milij decoctionem in aqua, quæ tantum excreuit, ut poſt mortem patientis facta anatomia eſſet maioris quantitatis, & ponderis quam reſiduum corporis ipſius. Sunt & molæ ſpeties quædā membranoſæ, & globoſę. Tales ſe bis obſeruaſsè tradit Franciſcus Valeriola lib. 1. obſeruat. obſ. vlt. per hęc verba. Loyſina Rouerini Ciuis Arelatenſis filia cum utero ſe geſtare exiſtimaret octauo geſtationis menſe, magnis doloribus ſubortis ingente peperit membranaceū globum, totum aquoſis bullis, iuſtar ouorum piſcium refertum, erant aūt

bullæ

bullæ rotondæ tumidæ, pellucidę, diluta ſanie plenæ fœtidæ, atq; per omnem membranam qua integebantur diſſeminatę, tanta quidem copia, atq; numero ut compræhendi nullo pacto poſſe uiderentur perſimilem quoq; & in filia Conſtantię obſtetricis uxore Georgij pannorũ tonſoris, poſt ſex mentitæ geſtationis menſes, eiectam rurſus uidiſſe ibidem teſtatum reliquit. In vtero quoq; progignuntur molæ animatę, namq; carnes informes viſæ ſunt, quæ ex ſe ipſis mouebãtur. Quod Io. Matthæus de Grado loco citato non ſemel ſe uidiſſe affirmat. Scribit namque ſe bis in una muliere nobili quæ uere uidebatur prægnans in 10. menſe cum grauiſsimis partus accidentibus intenſiuè, & extenſiue tandem eduxiſſe fruſtrum carnis magnum durum habens duo additamenta ſeparata in parte tenuiori, poſtea in alia parte erat rotonda, & groſſa ad longitudinem duorum digitorum & vltrà & mouebat nõ habẽs alias diſtinctiones. Et paulò poſt ſubdit. Et ego uidi bis, vel ter in facto fruſtrum carnis aliqualiter figuratum, & mouebatur, & ita vixit per horas. Sed horribiles ſunt, admirandæq; magis animatæ molæ, & formatæ, quarum plures leguntur apud ſcriptores exempla, veluti bubones, lacertæ, ranæ, aues, & ſimilia aliaq; monſtra, quod uitium agro Piſano, & Apuliæ familiariſsimum eſſe ſcribit Sauonarola c. de mola. Ita mulierem ſerpentem enixam Romę teſtis eſt Appianus Alexandrinus de bellis Ciuilib. lib. 1. & Io Matthæus de Grado loco allato, ſcribit ſe audiuiſſe animal generatum in matrice cum alis, quod cum matricem exijſſet volauit. Gatinaria. c. de mola teſtatur ſe uidiſſe quãdam mulierem Papienſem quæ cum putaret ſe eſſe prægnantem poſt duodecim menſes emiſit fruſtum vnum carnis ſatis magnum, & alia multa parua, & ſimul cum illis peperit animal ad ſimilitudinem unius Tenconis piſcis, & erat coloris uiridi, oſcuri ſupra tergũ, & infrà erat rubei coloris, & habebat coruim ita durum, quod uix cum gladio ſcindi poterat, & habebat motum, & explicabat ſe ſicuti Hericius Iacob. Holerius lib. 1. de morb. int. in ſcholio. c. de mola, ſcribit uidiſſe mulierem quæ cum nouem menſium ſpatio vtero geſtaſſet, omnibus, quę in legitimo partu euenire ſolent mirificè reſpondentibus tandem nihil aliud prętér animalia quædam ranis haud abſimilia cum multis purgationibus cruẽtis, & corruptis in lucem edidit. Legimus apud Amatum Luſitanum cent. P. cur. 27. filiam Io. Gualteruci recens nuptam, cum omnium opinione pręgnans diceretur loco fetus quatuor animalia ranis ſimilima peperiſſe. Similiter mulier Dioniſij Pinſi cum puerũ optimè peperiſſet inter ſecundas animal ranę ſimilimum eiecit. Mercatoris quoq; q. ex Anglia uenit uxor abortiuit, & ſecũdo die poſt aborſum ſimile quoq; animal peperit, ut multis alijs eueniſſe uidimus precipuè

Rr

pue Anconitanis, ijs adiungere eſt quod ſuperioribus diebus mulieri ad ſcalas Sancti Cyriaci habitanti interuenit, nam utero ferebat & quinto menſe puellam abortiuit, ſequenti tandem nocte alteram pepe rit puellam, poſtquam & ſecundę prodiere, tandem ſequenti die fruſtũ quodam Carnis Galli criſtæ cum roſtro Gallinaceo ſimilitudinem ha bens. At audiamus poſtremo loco longè admirabiliorem. Leuinius Lẽ nius. c. 8. 1. lib. de admirandis occultæ naturę hæc habet, ſuperioribus annis me uſa eſt Medico mulier quædam Inſularis, quæ cum ex nautici generis homine concepiſſet in tantam, tamq; inuſitatam molam illi cœpit intumeſcere uterus, vt non videretur ſuffectura geſtando oneri decurſo, exactoq; nouem menſium ſpatio, quod anni dodrantem confi cit. accita obſtetrice primũ magno conatu, ac molimine maſſam quan dam informem enixa eſt, quam ſuperfœtatam poſt legitimum conceptum conicio, cui utrinq; anſæ duæ annexæ erant in brachiorum longi tudinem, ac modum exporectæ, palpitabat autem, illiq; vitale quiddã ineſſe uiſum eſt, vt ſpongiæ, & vrticæ marinę, poſtmodum moſtrum di lapſum eſt ex utero adunco roſtro, longo, teretiq; collo, oculis uibran tibus, cauda acuminata, eximia pedum agilitate, id poſt primum lucis intuitum conclaue ſtridoribus implet, atq; ultrò, citroq; diſcurrens latebras perſequitur, tandem mulieres puluinis impetunt, ac ſuffocã do perimunt, poſtremò mulier hæc plus ſatis delaſſata non ſine ſummo vitę diſcrimine prolem maſculam edidit, à moſtro ita excarnificatum, vt à ſacra lotione quam minimum uitę ſupereſſet. Aug. Iuſtinianus Epi ſcopus lib. 5. Annalium Ianuenſium memoriæ prodidit anno 1491. Ianuę Margaritam Laurentij Valiſtari vxorem ſerpentem peperiſſe alas eo habentem loco quo manus eſse conſueuerunt. Huiuſmodi Monſtri ficos partus quandoq; naſci obſeruatum legimus Cacodemone mulie re comprimente, quod enim demones quos incubos, & ſuccubos vocatos nouimus modo ſub maſculi ſpetie, aliquando ſub fœminæ imagi nę cum mortalibus hominibus coire ſoleant, id à pluribus traditum non ignoramus, huiuſcemodiq; plures hiſtoriæ leguntur apud Hecto rem Bohetium in hiſtoria Scotica lib. 8. & quoad præſens negotium ſpectat huiuſmodi quædam; Accidit in Marrea regione vt puella natalibus altis, forma conſpicua cum plurium nobilium auerſata conubiũ in infandam cum cacodemone conſuetudinem inciderit, quæ cum vte rum ferret parentum rigore coacta edere ſtupratorem adoleſcentem mira pulchritudine frequentius ſecum nocte, interdiù nonnunquam conueniſse, unde veniſset quoue abijſset inde, neſcire ſe reſpondit: Parentes tam & ſi parum filium crederent, accuratius rem aduertentes, conſilio quis eſset qui ignarę expugnaſset pudicitiam explorandi, cognito

gnito tertio poſt die indice ancilla ſtupratorem adeſſe, recluſis forib' auento tædarum ingenti numero, cubiculum ingreſsi horrendum mo ſtrum, figura ſupra humanam exiſtimationem terribile in filiæ ample xibus ſunt conſpicati; Currere otius complures ad fœdum acciti ſpe ctaculum inter eos ſacerdos probatæ vitæ ſacræ diſciplinæ haud igna rus qui cœteris haud trepidè abeuntibus, aut pauore terrę illiſis cũ Chriſti, Apoſtoli Ioannis Euangelij initium recitare orſus ad eum lo-cum, Verbum caro factum eſt perduxiſſet malus Demon horrendo ſub lato clamore, cubiculi tectum ſecum aſportans omni ſuppellectili incẽ ſa abijt; fœmina periculo ſeruata poſt triduum enixa eſt moſtrum un-dequaq; fœdum aſpectu, quale nuſquam antea inter noſtrates uiſum, id obſtetrices ne ſeruatum in contumeliam eſſet familiæ accenſa ingẽ ti pyra citiſsimè concremarunt. Etenim in Romuli legibus. 18. legitur talis. Monſtroſos partus ſine fraude ceduntor. Hoc in memoriam re-uocat quod aliquando apud Lod. Cœlium Rhodignum lib. 2. lect. anti quarum. cap. 6. legi demonas ſcilicet eſſe ſemine fœcundos. Auguſt. quem teſtem adducit ſcribentem ſe experientia magiſtra didiciſſe Syl uanus, & Faunos quos vulgo incubos vocant improbos ſæpe extitiſſe mulieribus, earumq; appetiſſe, ac peregiſſe cõcubitus, & quoſdam de-mones, quos Galli Duſios nuncupant hanc aſsiduè fœditatem tenta-re, adijcit tamen ſe nihil hic admodum temerè auſum affirmare. An-gelos verò Dei ſanctos ea turpitudinum inquinatos non credere. Ex demone genitum Merlinum Britannum hiſtoriæ affirmant. Ita forte à ſerpente comprẹſſam Olympiadem Alexandri Magni matrem, & à Dra cone Galerij Armentarij genitricem, quod ſextus Aurelius Victor de vita, & moribus Imperatorum in Epitome vitæ Galerij ſcriptum reli-quit, antiquitatem tradidiſſe arbitrari non eſſe incongruum eas ſcili cet à Demone Incubo ſub Draconis ſpetie compræſſas, niſi potius to-tum id fabuloſum rectius dixerimus.

Vermium hiſtoriæ miræ. Cap. XXVI.

VErmes in vna quaq; corporis noſtri parte generari poſſe ex hiſtorijs pluribus inferius adducendis manifeſtum fiet; qua de re cum hoc vulgatum non ſit idcircò iure meritò hoc loco ſibi in tractatione noſtra locum vindi-cat. Et ſi uerò ſuperius. c. 5. lib. 1. de pediculorum gene ratione uerba facientes nonnulla dicta ſint, quę & lumbricorum tra-ctationi maxime congruere poſsint, nihilominus & longiori oratione rem hanc in præſenti capite inſtituere occaſio poſtulat, & clarioris

huius intelligentia gratia latius diuagare propoſita materia ſuadet; qua de re altius exordientes dicamus animalia, quæcunq; vel per ꝓpagationem, vel ex putredinem oriri quemadmodum Ariſt. 1. de gen. ani mal. c. 1. teſtatum reliquit, illa quidem perfectiora ſunt, hæc verò imperfectiora cum enim priora inuicem coeuntia ſibi ſimilia generent perfecta eſſe habemus. 3. de anima tex. com. 45. ſicuti è contra, ſecũda quę ex putri matæria fiunt non generant, & ſi quando generant non ſibi ſimile animal generant, & id quod prodijt nec mas, nec fœmina exiſtit, ut idem Ariſt. 1. de generat. animal. c. 1. & 2. eiuſdem. c. 4. decretũ reliquit; quicquid in oppoſitum latini iniuſte Aueroem repręhendentes ſentiant. Hæc itaq; animalia ex putri materia procreata iurè imperfecta appellantur. Nec obſtat quod Auic. li. 9. de animal. teſte Aue. roue. 8. Phyſ. com. 46. crediderit poſt diluuium homines genitos fuiſſe ex terra per virtutem, & determinatum aſpectum ſtellarum, quam ſententiam pariter videtur non improbare Alb. in 3. lib. Meth. & Cardanus ſecutus eſt, quem meritò Iulius Cæſar Scaliger exer. 193. ob id impiũ, & nefarium appellat, impiј ſſimum namq;, & ſtolidiſsimũ quoq; eſt cenſere hominem animantium perfectiſsimum ex putredine gigni poſſe; nec eſt quod placitum hoc irrationabile confirmat quiſpiam ex hiſtoria quam recutitus Amatus Luſitanus in ſuis cent. recitat addito teſtimonio Iulii Camilli de puero Chymico artefício conflatò, qui omnia ſua membra perfecta contraxerat ac motum habebat, qui cum à vaſe vbi continebatur eſſet extractus moueri deſijt, hæc namq; fabuloſa ſunt, nec à uiro chriſtiano, philoſophoq; audiri nedum credi poſſunt quamuis & alias ſummę doctrinæ, ſed minus ſanę authores habuerint. Namq; quod Au. in com. 1. cap. 1. lib. de generat. animal. notat, nõ poteſt dari unum, & idem factum ab arte, & à natura ut perperam imaginati ſunt Alchymiſtę, cum cauſę artis, & naturæ ſint diuerſæ. Nec eſt quod quis ad Auic. ſententiam tutandam dicat, ſpeties generari poſſe bifariam propagatione ſcilicet, & putredine, exemplo murium, qui ex putredine oriri, nec non etiam ex propagatione omnibus receptum eſt. Namq; & ſi in animalibus minus perfectis id concedi poſſet, non utiq; in perfectiſsimis qualis humana eſt ſpeties id erit admittendum, ſed nec mures qui ex putredine generantur ſunt uerè mures eiuſdem ſpetiei, cum muribus ex propagatione generatis, ſed quid ſimile, ſi enim vna & eadem ſpeties inquantum eſt una poſſet fieri ex propagatione & putredine, tunc natura ageret quid otioſum, uel alterum illorum eſſet a caſu, at nulla ſpeties poteſt eſſe a caſu, uel fortuna ut ibi probat Au. eadem autem ratio eſt de ſpetie, & indiuiduis illius, cum ſpeties habeat eſſe in ſuis indiuiduis; ſed hæc miſſa faciamus,

ſta-

ſtatutumque ſit cum Ariſtotel. alterum genus eſſe animalium ex propagatione genitorum, quæ perfecta ſunt, aliud verò imperfectorum, quę ex putredine fiunt. Huiuſmodi cenſendum eſſe aues quæ Bernacę appellantur, & naſci in Hibernia tradit Abraham Ortelius in ſuo Theatro orbis terrarum, quas inquit naturam mirum in modum cō tra naturam producere anates quidem paluſtribus ſimiles, ſed minores, & lignis namque abietinis per æquora deuolutis primo quaſi gūmi naſcuntur, deinde tamquam ab alga ligno coercente conchilibus teſtis ad liberiorem formationem incluſæ per roſtra dependent & ſic quouſque proceſſus temporis firmam plumarum veſtituram indutæ vel in aquas decidunt, vel in aeris libertatem volatu ſe transferunt. multoties ſe vidiſſe teſtatur idem author oculis proprijs pluſquam mi nuta huiuſmodi auium corpuſcula in littore maris ab vno ligno depēdentia teſtis incluſa, & iam formata. Non ex harum coitu ut aſſolet oua gignuntur, non auis in earum procreatione ouis incubat, ſed ex putredine modo quodam procreari credendum, Sed quis forte addet etiam tertium modum generationis animalium imperfectorum occaſionem nactus ex Ariſt. uerbis. 5. de hiſt. animal. cap. 19. ubi habemus animalia quędam naſci in ijs, quæ putredinē nullam recipere poſſe exiſtimant, vt ī iure vetuſtiori vermes q hirti ſunt pilis, & rubidi, qm̄ ipſa nix vetuſtate rubeſcit, ſed ī niue medię terrę cādidi, & grādiores reperiunt, torpent oēs; ac difficiliter mouent; ꝑterea in Cypro Inſula ęrarijs formatib⁹ vbi chalcitis lapis ingeſt⁹ cōplurib⁹ dieb⁹ crematur beſtiolæ in medio igne naſcūt pēnatę Paulo muſcis grādib⁹ maiores q̄ ꝑ ignē ſaliāt, & ambulēt, emorit hoc gen⁹, & aliud niuis alumnum cū alterū ab igne, alterū à niue dimotū eſt. Hacten⁹ Ari. qđ etiā Strabo li. 12. Geographię ex Apolonidę, & Plinius lib. 2. naturalis hiſtoriæ c. 34. & 35. confirmant. Itaq; cū hæc in niue, & igne genita animalia non ex propagationē, nec ex putredine ortum ducere ſit dicendū dabit. 3. modus generationis aīaliū & diuiſio bimēbris allata māca erit, & dimi nuita. Satisfacim⁹ dicētes huiuſmodi animalcula ex putrefactione fie ri licet q̄ in igne generantur non ex putredine proprie accepta ſed lar go modo ortū ducant, qđ ut clarius fiat altius exordiendū eſt. Sciēdū itaq; corruptionē, & putrefactionē diferre in hoc qđ corruptio cōuenit elementis, & mixtis, putrefactio vero ſolis mixtis ut notat Sueſan⁹ in com. 4. Metheorū ex Alex. ſententia in com. tex. 4. Sciendū præterea putrefactionē pluribus modis accipi, uno modo ꝓ rerū naturali īteritu, cū ſcilicet humidū qđ calidi īnati pabulū exiſtit, & ī quo calor retinet deficit & mixtū ꝓpriā formā amittit, ſicq; oīa corpa, q̄ natura cō ſtāt, nulla adueniēte cauſa violēta tādē neceſſario diſſoluunt, voco hoc

loco

-oco calidum, illud quod ex mixtione elementorum in mixto reſultat, quod non ſolum in animantibus, ſed plantis, lapidibus, mixtiſq; demũ omnibus reperitur, quæ ſeneſcere omnia, & interire dicuntur, & hic modus corruptionis minus naturalis non eſt quam ipſa generatio in qua internus calor humorum uincens formabat; & putredo in hoc ſignificatu accipitur, ab Ariſt. 4. Meth. cum ait corruptionem naturalem, ideſt naturalem mixti diminutionem qua mixtum tendit ad non eſſe, uiam eſſe ad putrefactionem, & hoc pacto accepta putrefactio, potius corruptio appellanda eſt, quam putrefactio, cum ſit accepta propriè generationi opponatur, quemadmodum Ariſt. ibidem ait, vbi eam vocat σκψιν & σαπρότητα, ideſt putredinem, erit itaq; putredo finis corruptionis naturalis, quę in omnibus mixtis conſpicitur, omnia ſiquidem ſic ad putredinem terminantur cum ſcilicet defficiente interno calore, & humido non amplius retento frigida euadũt, & ſicca, & hæc putredinis ſpeties nunquam fit à contrario ſcilicet à frigido, & ſicco, quia hęc corruptionis ſpeties, quæ à contrario fit nõ eſt naturalis ſed uiolenta, & vocatur potius extinctio, quam putredo à Græcis σβέσις. Secunda putredinis ſpeties ſemper eſt violenta, & fit à calido, ſed non naturali quidem, ſed extraneo in calorem naturalẽ agẽtem, & per conſequens in humidum in quo detinetur paulatinè agit eum extrapellendo unde quæ putreſcunt exterius humida, & humeſcere conſpiciũtur, hæc autem putredinis ſpeties eſt maxime propria, & in uia, & in fieri, ſicuti priori modo accepta in facto eſſe, & terminata; putredo hæc ſecundario accepta præcipuè conſideratur à Medicis. Verum animaduertẽdum quod calor extraneus in hac propria putredinis ſpetie ita in calidum innatum agere debet, non vt confeſtim eum extinguat, & corrumpat, ſed ut paulatinè agendo in eum à putreſcente miſto exire faciat, quod non ſolum ex agentis qualitate, ſed & ex patientis fieri ſolet. Namq; ſi calor exempli gratia igneus in corpus calidum, & humidum, puta carnem aget, ſtatim eam comburet, & corrumpet, ſicq; caro illa, non dicitur propriè putreſcere, ſed potius corrumpi, ſicq; orietur tertia quædam ſpeties putredinis, quę potius corruptio erit appellanda, cum ſtatim calor, & humidum innatum abſumantur, & non paulatinè extrapellantur, putredoq; hæc erit in facto eſſe, & uti terminus non autem in uia & in fieri; ſecùs autem ſi calor extraneus igneus aget in patiens humidum, & calidum naturaliter malè diſpoſitum ad patiendum eum non ſtatim comburet, & corrumpet, ſed paulatinè extrapellet, ſicq; hic putredinis modus ad ſecundã putredinis ſpetiem, quæ eſt in uia reducetur, vt clarius inferius demõſtrabimus. Notandum præterea quòd elementa duobus modis poſsũt con-

conſiderari, ut habetur ex Com. 3. Cœli, com. 1. & vlt. Vno modo quo ad eorum vniuerſitates, & quatenus ſunt partes mundi, & hoc pacto conſiderantur in lib. de Cœlo, & mundo ab Ariſt. Alio modo conſiderantur in quantum ſunt cauſæ compoſitorum generabilium, & corruptibilium quo pacto conſiderantur in lib. de generat. & corrup. 1. modo accepta elementa ſunt ingenerabilia, & incorruptibilia, & æterna ſecundo modo ſunt generabilia, & corruptibilia ſecundum partes ut notat Com. in 2. Meth. c. 1. An uerò elementa hoc modo accepta poſſint etiam putrefieri indagandum de tribus loquor, nam de igne oẽs uno conſenſu fatentur quòd non, quia cum putrefactio fiat vincente externo calore naturalem calorem rei corruptibilis, ignis autem ita ſit calidiſsimus natura, ut à nullo calido uinci poſsit, non vtiq; corrũpi poterit prætereà cum nihil putrefiat quod non habeat humidi q. c. quam in ſe, ignis uerò huiuſmodi ſit vtiq; putreſcere nullo pacto poterit, ſed de tribus alijs elementis aliter ſentiunt expoſitorum nonnulli Alex. ſententię inixi, auiutq; putrefieri poſſe putrefactionem ſecundum quid, non putrefactionem ſimpliciter accepta, cuius rei rationẽ aſsignat, quod habeant in ſe omnia ad putrefactionem requiſita. Aer enim, & aqua habent humiditatem naturalem; terra uerò accidentalem, per quam ſcilicet eius partes ſunt continuæ, & unitę, prætereà poſſunt habere calidum ſuperexcellens exterius, vt putà calidũ ignis, ergò poſſunt putredine corripi. Alij expoſitores aſſerunt, nullum elementum purum manens in ſua ſimplicitate poſſe putrefieri. Quę opinio magis rationi conſona videtur, atq; congruere cum Ariſt. verbis 4. Meth. tex. com. 5. ubi ſic ſcriptum legimus: Atque putredo in iis ꝓpriè dicitur, quæ ex parte intereũt cum à natura diſceſſerint, Idcirco & cœtera omnia, uno igne excepto, putreſcunt, nam & terra putreſcit & aer, & aqua, quando quidem materia ignis hæc ſunt omnia. Et ijs Ariſt. uerbis manifeſtè colligitur, cum hoc modo dicta elemẽta putreſcunt non eſſe ſimplicia, ſed receſiſſe à propria ſimplicitate & natura, nempe cum ſunt impura, & alteri rei permixta, quod ſuperius cum de aere locuti fuimus demonſtrauimus, obidq; ex illorum putredine poſſunt oriri animalia, at ex igne cum propter rationes ſuperius dictas putreſcere nequeunt, huiuſmodi animalia naſci non poſſunt, ſed bene in igne, quod vt clarius innoteſcat ſciendum duplicem ignem à Peripateticis conſiderari; vnus qui eſt ſuperius, in propria ſphera, alius verò qui eſt apud nos, habemus namq; 4. Cœli com. 32. quòd ignis q. eſt elementum; ignis enim ut notat Alex. 1. Cœli com. 91. qui eſt ſuperius non dicitur ignis cum iſto; qui apud Nos reperitur niſi æquiuocè, ignis namq; qui hic reperitur corrumpit corpora, ſed ignis qui eſt in

ſuo

ſuo loco naturali eſt generans ex 2. cap. de ſubſtantia orbis. Quod in igne ſimpliciter accepto, & in propria ſphæra nō poſsint animalia ex putredine orta reperiri manifeſtum eſt, quinimò nec animalia rationalia, & perfectiora, morti tamen obnoxia eo in loco reperiri poſſe Ariſ. negat, quod ſi quando ea admittere videtur in calce cap. 10. lib. 3. de generat. animal. & 1. de anima tex. com. 29. id non ex propria opinione dixit, ſed ex ſententia Platonis: quemadmodum Io: Philoponus, ſimplicius Amonnius & Albertus ibidem adnotarunt. Et ſi legamus apud Ciceronem lib. 2. de natura Deorum hæc verba. Cum igitur aliorum animantium ortus in terra ſit, aliorum in aqua, in aere aliorum, abſurdum eſſe Ariſt. videtur in ea parte, quę ſit ad gignenda animalia aptiſſima animal gigni nullum, & Plutarcus lib. 5. de placitis philoſophorū. c. 2. in hanc ſcribit ſententiam. Eſt inquam Ariſt. tractatus quidam in quo animalium genera quadripartita eſſe dicit. Hic tamen liber, quem legiſſe Plutarcus & Cicero videntur apud nos minimè extat, quam pariter animantium diſtributionem ſecutus eſt, Ouidius lib. 1. Metham. ſed quod non poſsit dari animal ex elemento ſimplici conſtitute Ariſ. in fine lib. 3. de anima clarisſime demonſtrat Nihilominus animalia in igne generari ex ſuperius relatis authoritatibus palam fit, nec ſolum in igne, ſed & in niue quæ minime putrefieri poſſe exiſtimatur. Hoc tamen difficile creditu inquit Doctiſſ. Hieronymus Mercurialis li. 3. variæ lectionis. c. 14. quinimò, & Ariſt. contrarietatis, & in curiæ accuſat, quæ non uera ſint non quidem vt tanto uiro detrahamus, ſed poti⁹ vt veritas illuceſcat breuiter perpendendum eſt. Ait itaq; primo cum ad animalium quæ ſine propagatione fiunt generationem duo potiſsimum requiruntur, nempe calidum, & humidum, quorum cum alterum ab igne alterum à niue maximè abſint, non eſt dicendum in illis poſſe generari animalia Sed hoc falſum eſſe palam fiet, ſi quæ ſuperius. cap. de pediculorum generat. diximus, memoriæ reuocauerimus, putrefactionem ſcilicet fieri à calore præternaturali extrinſeco ſuperexcellenti agente in humidum mixti putrefactibilis, extrahendo calidum naturale, quod in illo fundatur, qui calor exiens cogendo humidum animalium generationem cauſat, cooperante quoq; in animalis generatione calore cœleſti, ſi itaq; hæc omnia in igne, & niue fieri poſſe demōſtrabimus, vtiq; manifeſte erit, & in illis animalia generari poſſe. Noto itaq; ex Au. 2. coll. ca. 1. mixtum quodlibet vt declaratum eſt etiam. 4. Metheorum conſiſtere ex dominio partis calidę agentis, & partis humidæ patientis ex quibus fit mixtio, & concoctio, ita quod licet mixtū aliquod à prædominio qualitatis magis ſe in illo manifeſtantis dicatur frigidum vel ſiccum, nihilominus in illo ſemper reperitur calidum na-

turale

turale, qui in humido conſeruatur, qua de re calor hic naturalis neceſſario reperietur in niue, & ſi frigidiſsima temperamento ſit: cum enĩ & vapore fiat; qui ex duobus potiſsimum elementis eleuatur aqua ſcilicet, & aere accidit illi caliditas reſpectu aeris, & humiditas reſpectu vtriuſq;, quotieſcunq; itaq; à calore extraneo ſuperueniente calor hic naturalis niuis vnà cum humido cui incumbit excernitur, calidũ hoc naturale humidum cogendo in animal concreſcit operante calore ſuperno, at quod calor extraneus in niuis calorem naturalem agat non ſolum frigiditas non obſtat, quinimò quam maximè auxiliatur ſi Ariſt. credimus. 4. Met. tex. com. 3. quo in loco docet caliditatem extraneã primam principalem, & potisſimam putredinis cauſam eſſe minus vero principalem frigiditatem propriam rei ipſius putreſcibilis, putreſcibile namque patitur à calido extrinſeco propter indigẽtiam, & deffectum caloris extrinſeci, eò enim patitur putrefactibile, quo defficit in calore, quod autem defficit in tali caloris virtute eſt omne frigidũ, qualis cum ſit nix ipſa facile etiam, & rationi propriæ frigiditatis dominãtis à calore extraneo patietur. Nec obſtat quod Ariſt. eodem loco dixerit in frigoribus res minus putreſcere, quam in caliditatibus, quod pariter quotidianum experimentum comprobat, namq; loquiť ibi Ariſt. non de frigiditate, & caliditate rei putreſcibilis, ſed de calore, & frigore ambientis. Secundo modo frigiditas niuis etiam per accidens illius putredini auxiliatur, namq; nix terræ incumbens efficit vt calor extraneus tùnc in terra, & plantis repertus magis uniatur, & uigoretur (contrarij namq; conſuetudo, & natura eſt fortificari ꝑ ſuum contrarium ex 1. Metheorum cap. 4.) ſicq; facilius agat in calorem niuis naturalem illiuſq; putrefactioni accomodet; hinc uidemus quo tempore nix putreſcit terram illi ſuppoſitam tepeſcere, & calefieri. Addamus in niue reperi partes multas per ſe calidas, vt colligi poteſt ex Ariſt. dictis lib. & c. 2. de generat. animal. quod pariter diſputat Petrus Pomponatius in com. Metheorum dub. 62. quare uidetur dicendum minimè impoſsibile eſſe uermes in niue generari, non vero e terra emanantes in illa ſeſe inuoluere, quod Mercurialis cenſet, perperam tamen, quemadmodum ex Ariſt. dictis ibidem conuincitur, qui ait uermes hoſce torpere & difficulter moueri, & ſi a niue amoueãtur emori, quod vtiq; non eueniret ſi nix non eſſet illorum locus proprius. Namque animal quodlibet exempli gratia in aere, vel aqua innatũ nõ ſentit aliquam caliditatis, aut frigiditatis qualitatem in eis ſi fuerint in ſimplicitate propria, ſed tantum cum illis admiſcentur corpora extranea calida, vel frigida, & ratio eſt quia ſunt in loco ſuo naturali, & locus eſt ſimilis locato, & ſenſibile debet eſſe contrarium ante paſsio-

nem ex com.115.2.lib.de anima. Quare cum uermes in niue reperti, ſi ab ea ſeparentur emoriãtur, ſtatuendum eſt, niuem eſſe proprium eorundem locum; ex quo ẽt patet animalia illa reperta in fornacibus metallorum non erumpere ex terra commixta cum metallis, quod Mercurialis exiſtimat, ſi quidem ſi remoueantur ab igne emoriunt̃ Ariſt. ipſius teſtimonio, cum tamen in illo ambulent, & ſaliant. Nec obſtat quod Plinius id accidere loco citato affirmet ob defectum pabuli ſibi proportionati, hoc enim falſum eſſe colligitur ex eo, quod citò, & ſtatim per longam inediam deficiant, & emoriantur animalia iſta. Cõcludamus itaq; potius in igne oriri huiuſmodi animalia quadam putrefactionis largo modo ſumptæ ſpetie, ſi quidem calor ignis in metalla mineralia, terraſq; illis comixtas paulatinè nonnihil caloris illis a natura ex elementorum mixtione inſiti, vnà cum proprij humidi in quo ſedem habet, portiuncula agendo excernit, qui humidum cogendo ſuperoperante calore formarum datore in igne fiunt animalia illa uolatilia, humidum enim ex quo fiunt, leuius, & tenacius eſt, ſicuti craſci⁹ animalium aliorum quæ ſerpunt, vel repunt, vel alio motu gradiuntur materia eſt quemadmodum Alb. Mag. in com.4. Metheorum adnotauit. Concludamus itaq; in igne generari poſſe animalia ex putredine non primo modo accepta, quia putredo illa ut diximus naturalis eſt, non 3. modo, quia potius corruptio eſt, nec paulatinè fit, ſed 2. modo accepta quatenus ſcilicet eſt in fieri. Nec mirũ eſt animalia illa in igne uiuere cum ibidem generata ſint, atq; ignis illorum proprius ſit loc⁹, igniſque naturam ſapiant. Sic in Panonia in Aquis calidis quæ a mœnibus Budæ Vrbis diſtant ſtadijs fermè duodecim ranę ingenitæ frequentes innatare conſpiciuntur nulla noxa percepta, cum tamen ſcaturientis aquæ tantus ſit furor, ut pede uix tentari poſsit, & in eam a Lanijs proiecti porci facilè depelentur, quod atteſtantur hiſtorici, & inter alios Paulus Iouius lib. 32. hiſtoriarum ſui temporis, & Frater Leander in ſua Italia in Acquẽſibus Thermis in aquis feruentiſsimis herbulas uireſcere tradit. ita & ſub niuibus innoxiè degere Gallos ſilueſtres dictos in ſeptentrionalibus terris teſtatur Olaus Magnus lib. 19. c. 33. Mirandum ſanè magis quod Ariſt. lib. 5. de hiſt. animal. ca. 19. ſcriptum reliquit Salamandrum ſcilicet tali corporis temperamento præditam eſſe ut non ſolum in igne inocuè moretur, abſq; quod eius corpus abſumatur, quinimò per ignem perambulans illum extinguere posſit; Quod verò Ariſt. obijcit Mercurialis, contrariari ſcilicet ſibi obliuioſum philoſophum, cum dixerit. 2. de generat. animal. c. 3. qđ ignis nullum animal generat, nec quicquam denſis, vel humidis vel ſiccis conſtituti videtur, facile diluitur, nam hęc non contrariantur illis

quæ

quæ in c.19.5.lib.de hiſt.animal.dixit Ariſt.Namq; Ariſt. eo loco non negauit vt per peràm cenſet Mercurialis doctiſsimus in igne non poſſe generari animalia, neq; in ignitis ſiue ſiccis, ſiue humidis quicquid Iulius Cæſar Scaliger in lib.exercit.aduerſus Cardanum exerc. 194. ſcripſerit: ſed Ariſt. ſententia eſt ſi rectius illius dicta perpendamus, quod non ex igne tamquam materia quatenus ignis eſt animalia generari poſſint in quauis materia conſiſtat, quia humiditate caret nec etiam ab igne tamquam cauſa primaria, & efficiente per ſe, cum poti⁹ ſit corruptiuus, quam generatiuus hoc pacto acceptus, ſed bene in illo poſſunt generari ex alia materia animalia, & ab illo tamquam efficiente per accidens, quatenus ſcilicet mixtum diſſoluit, illiuſq; humidum vna cum calore extrapellit, quod humidum à calore naturali coactum coagente calore cœleſti, animalium generationis eſt materia, ſi itaq; interpretemur Ariſt. dictum, quod ignis per ſe, ſeu illius calor nullo pacto generare poſsit, ſed bene per accidens, & ſecundario modo dicto, utiq; nulla contrarietas in dictis Philoſophi aderit. Huiuſmodi conſilium magis arridet, quam ab alijs excogitatum ſcilicet Ariſtot. de animalibus iſtis per ignem volitantibus, quę à Plinio Pirales, ſeu Pirauſtæ appellantur, non ex propria ſententia, ſed ex aliorum opinione uerba feciſſe. Hoc enim minimè exiſtimandum cum Ariſt. abſolutè de illis meminerit cum enim ex aliorum ſententia, quippiam ꝓfert illi nos eſt apponere (vt aiunt) ſic lib.9. de hiſt.animal. c. 1. dum inquit Vireonem quidam fabulari ex flagratione procreatum, cumq; etiam loco citato de Salamandra meminit addit vtrobiq; (vt aiunt) Quod ſi Gal. teſtatus eſt ſe fornaces illas Cyprias inuiſiſſe, & tamen animalia huiuſmodi ibidem ſe non vccidiſſe, literis mandaſſe, non ob id tamen falſum eſſe Ariſt. dictum arguendum. Namque Gal. ibi per paucos dies commoratus fuit, forte tunc non erant, non ſemper enim ſunt, non rogauit fortaſſe fornacarios, quinimò & ſi forte uidit ut uulgatam rem noluit chartis mandare, potiuſq; exiſtimandum ſi pyrauſtas non uidiſſet homo alioquin Ariſt. carpendi auidiſsimus Ariſt. tamquam mendacium obijcere non omiſiſſet. Quare ſtatuamus huiuſmodi animalia generari poſſe in igne nec abſonum à ratione eſſe Ariſt. dictum præſertim cum Petrus Pomponatius dub.62. in 4.lib. Metheorum ſcripſerit multos fuiſſe in Inſula Cypri, qui affirmarunt uerum eſſe generari huiuſmodi animalia in fornacibus apud quem dub.P.& 61.63.& 64. multa arg. aduerſus hanc Ariſt. ſententiam adducta, eorumq; ſolutiones legere poterit curioſus lector. Nos enim conſultò omittimus cũ plus iuſto rei ſubtilitate alecti minus medicè in re hac vagati fuerimus: initio enim diximus animalia quædam imperfecta generari poſſe ex pu-

Sſ 2 tredine

tredine; quod potiſsimum in corpore noſtro fieri quotidie obſeruam⁹ exemplo uermium horum autem efficientem cauſam ex iam dictis præſertim.c.5.lib.1.palàm eſſe exiſtimo,ex qua uero materia uermes procreātur,Medicis non omnibus eadē eſt ſententia.Auic.16.fen.3.trac. 5.ex cruda,craſſaq; materia;pituitoſa putreſcente generari uermes in corpore nr̄o tradidit,cui Serapio tract.3.c.3.& Paul⁹ li.4.c.57.& Haly.9.Theo.c.28.adſtipulari uidentur Gal.in com.aff.26.3.lib. videt̄ aſſerere fieri ex cibis corruptis.Ariſt.lib.de natura animal.5.ca.19.ex excrementis procreari lumbricos ſcriptum reliquit quę omnia non ſolum lumbricorum eſſe materiam poſſe credimus, ſed & cum Oribaſio in com. paulò ante citati aff. ex quolibet humore procreari poſſe ad intrà corpus putreſcente ſtatuimus,& ſi Gabucinus in tract. de lumbricis c.7.ex hac una ſententia Oribaſij com.illa minime genuina eſſe affirmare auſus fuerit,cum tamen huius immemor inferius c.13. lūbricos nonnullos nigros,nōnullos bilioſos eſſe ſcribat. Si quidē orta ſuis principijs atteſtantur Nec obſtat quod utraq; bilis ratione ſuę ſiccitatis uermiū generationi ſit inepta,nāq; licet talia à prædominio ſint, biliſq; nigra frigida, tn̄ humiditatis, & caliditatis naturalis participes ſint & ob id à calore prçternaturali illorum calidum & humidum naturale in putredine ſeparari poteſt,ſicq; uermes generari modo toties ſuperius dicto lumbricorum tria eſſe genera Ariſt.lib.5.de natur. animal.c.19.tradidit Hip.& ipſe duas in aff.illo.de 3.verò lati ſcilicet in lib.de morbis dari meminit.Ita & Gal.in com.toties citati aff.quibus Paulus Aetius,Serapio,Haly.aliiq; conſentiunt,à quibus Auic. & Cel.lib.4.c.17.uariant 4.re lumbricorum ſpeties asſignat Auic.duas verò dumtaxat Celſus;in illiſq; aſsignandi ſatis inconſtans Auic.uidetur quamuis Manardus epiſt.1.4.lib.illum tueri conetur.Nos verò exiſtimamus plurium ſpetierum vermes in corpore noſtro generari poſſe, quemadmodum,& in mundo magno fieri conſpicimus,tres tamen frequentiores eſse non ambigimus.Teretum ſcilicet,Aſcaridum,& latorum. Teretes ij ſunt qui frequentisſimè in pueris præſertim obſeruantur rotondi inquā, & palmari longitudine. Aſcarides autem ſunt illi qui in caſeo,putribuſq; carnibus conſpiciuntur per ſimiles, & quales iumenta cum male cibum concoquunt excernere videmus.Latus verò lumbricus miræ longitudinis cum ſit,& cœteris crasſior rarisſimè cōſpici omnes fatentur Huncq; Hip.Paulus,& Aetius locis citatis uidētur aſſerere fieri ex mutatione internæ inteſtinorū membranæ,ad animalis corpus, nihilominus ſi eorundem dicta diligentius perpendantur non ſic fieri ſtatuemus,ſed potius ex plurima mucoſaq; pituita loricę modo inteſtina introrsū ambiēte,& ex calore p̄ternaturali, & ex-

trane•

traneo putreſcente, non autem ex frigiditate denſato quemadmodũ Hieronymus Gabucinus nõ cõtẽnendæ doctrinæ uir.c. 3.tract. de lũbricis male ni fallor aſtruxit,quod enim non propriè ex inteſtinali mẽbrana,ſed modo dicto latus lumbricus gignatur.Auic.c.2 tract.5.dicti per hæc uerba docet lati,& rotundi ſunt ac ſi progignantur ex ipſis uiſcoſitatibus fixis in ſuperficie inteſtinorum,quas compræhendit paniculus mucoſus velans & quaſi ipſi generantur ex eo, & in ipſo putrefiunt.Cuius ſententiæ quoq; fuiſſe Aetium, & Paulum dicimus diligentius eorum dicta ponderantes ambo enim cum de re hac uerba faciunt non propriè fieri ex inteſtinali cortice affirmant; alter enim ait(ut ita dicam)alter uero(ut quiſpiam dixerit)& Hip.dixit eſſe uelu ti abraſionem albam inteſtini,ita quod nemo ex illis determinate affirmarit latum lumbricum fieri ex inteſtinali membrana;Huius lati lumbici ſigna, & partes eſſe cucurbitinos uermes cum excernuntur oẽs fermè ſcriptores teſtantur.Serapio namq; c.de Filice ubi Gal. & Dioſcorides habent latos lumbricos cucurbitinos ipſe ſcribit,cum re uera cucurbitini latum ipſum conſtituant,obidq; cœteri Arabes omnes vti Aui.7.coll. Haly.Abynzoar,Alsharauius c.proprijs latos Græcorum lumbricos cucurbitinos appellant, & quæ illi latis lumbricis remedia præſcribunt,iſti cucurbitinis accomodant. At id cœteris clarius Ariſt.c.19.5.lib. pluries citato inquies. Latum autem illud ſolum inteſtino adhærens parit ſimiles cucumeri ſemini, quo iudicio Medici id genus lumbrici ineſse intelligunt.Quod pariter ex hiſtoria à Beniuenio.c.87.alata firmari poteſt. quo loco habet ſe ĩ Auenionis Thermis quę ſunt in agro Senenſi mulierem uidiſſe,quæ continuis ſeptẽ diebus aqua epota,quamplurimos tandem ex ijs quos Medici,propterea quod cucurbitę ſemina imitantur cucurbitinos uocant, uermes eijecit,qui ita inter ſe ſe dum ſcilicet alter alteri mordicus inhęreret iungebant ut cũ ſua ipſi ſerie,quatuor cubitorũ longitudinẽ excederent, vnũ tñ vermem,vnum dumtaxat corpus putares·Ioannes Barbitonſor Patauinus, qui artẽ Mantuæ exercet inteſtina aureo pepone inſignita anno 1556.circa primã Autumni partẽ duabus tertianis nothis correptus eſt,ut cum inter alia ſymp.maxime ſtomachi ſupinitate uexaretur aluus ſponte ſoluta eſt,& præter multa liquida, & corrupta lõgam ſeriem uermium cucurbitinorum inuicem cohærentium egeſsit, putarant vero aſtantes ipſeq; met uittam eſſe quandam,ſiue ex illis digitalibus, & ſericis faſciolis aliquam quibus noſtrates mulieres crines ſubnectunt,& circumligant, ac uarijs nodis exornant, neque ſanè illis erat abſimilis, namque longitudine ſeptem cubitos æquabat figura depreſsa, & digitali latitudine, colore albo, ut facile qui uis

cum

cum illis errare potuiſſet, niſi quod quibuſdam lineis, quę ſeſquidigitū diſtabant erat notata, & circa lineas parum ſe colligebat, erant tot cucurbitini uermes, qui ſe inuicem excipiebant, quod lineę illę conſpiciebantur. Conciliator diff. 101. tradit de cucurbitinis lumbricis, q; latum conſtituunt uerba faciens; quod quidam retulit ſe copulam ipſorum quindecim pedum menſura emiſiſſe. Narrat Hieronymus Gabucinus loco citato ſe uermem latum mirę longitudinis palpitantem conſpexiſſe, & motu locali ſe mouentem, quem mulier quædam in febri quotidiana egeſſerat, nec non etiam alterius lati uermis portionem (partes enim illius quandoq; excerni trium, vel quatuor cubitorum author eſt Hip. in lib. de morbis) ſibi allatam diligentisſime conſideraſſe, ac interius per eius totam cauitatem cucumeris ſeminibus conſimilium animalium ſeriem conſpexiſſe, quæ ſe ſe mouentia illi portioni quoque motum præbebant. ſcribit idem Gabucinus eodem lib. c. 13. anno poſt Chriſti Domini noſtri ortu. 1538. latum lumbricum integrum Recinæ Picenum Ciuitati mirę longitudinis roſtro veluti quodā acuto, A cus piſcis more præditum, qui mouebatur ac ſe contrahebat terreſtrium lumbricorum more, qui in æreo uaſe aqua repleto per diem ferè non ſene asſidentium incredibili, ac totius Recinenſium admiratione hunc egeſiſſe puellum tradit ætatis ſuæ annum agentem ſecundum, & menſes quatuor. Tralianus lib. 3. c. 3. meminit lumbrici excreti à muliere quæ βουλιμίαν patiebatur duodecim cubitorum, vel ut alius habet textus duorum ut ſuperius adnotauimus. Nil aliud Pliniū lib. hiſt. natural. 2. c. 33. per illam tricenum pedum Tęniam quàm lumbricum latum intellexiſſe cenſendum, huius autem propagines eſſe cucurbitinos appellatos vermes; Quod etiam doctiſſ. Braſauolo in com. aff. toties citati placuit, qui ſemel ſe uidiſſe ſcribit vermiculos quoſdā albos ad vnguis latitudinem, & longitudinem excretos, quos cucurbitæ ſeminibus perſimiles fuiſſe dicit at certè qui à lato lumbrico prodeunt, longè ungue arctiores, & breuiores eſſe conſpiciuntur, quod pariter probari poteſt ex hiſtoria de pullis equinis Herculis Illuſtriſſ. Ferrariæ Ducis, quam ibidem narrat. Cum enim decem ex illis aperti fuiſſent in omnibus ingentem vermium copiam inueniſſe tradit, qui totum ventriculum integrè occupabant, erat autem colore rubro, & ſeminigro, & cucurbitę ſeminis formam referebant, hoſce autem lati lumbrici partes minimè fuiſſe non ſolùm ex colore, eorumq; qualitate, ſed etiam ex eo quod in ventriculo errare conſpiciebantur manifeſtum fit. Alij quoq; mirandæ formæ vermes præter enumeratas ſpeties aliquando obſeruati ſunt. Scribit Beniuenius c. 2. lib. toties citati Ioannem fabrum lignarium quęndam agentem annum quadrageſimum

cum

cum à cordis dolore ferè perpetuò iam tribus annis grauiter urgeretur vna cum craſsiori pituita, lumbricum tandem vomitu expuliſſe lõgitudine digitorum quatuor, ſatis meherclè plenum, capite rubro, leui, rotondoque, quod piſi magnitudinem non excederet; cœtero corpore lanugine quadam confecto, cauda furcata, ad ſimilitudinem nouæ Lunæ, pedibus nixus quatuor, duobus in dexteriorem, totidem in ſiniſtriorem partem coaptatis, ſcribitque tùnc adfuiſſe dum uermem monſtruoſum Medicis oſtenderet, ſeniorem quendam, ſed artis medicæ ignarum, qui talem ſe aliàs uidiſſe teſtabatur ab Alexandro quodã Cœnobita uomitu quoq; propulſum, qui ſtatim eo propulſo mortuus eſt; vocitabat autem hoc monſtrum vermem cordis, Gabucinus in cõ. de Vermibus cap. 13. ſcribir perſimilem uermem anno 43. quændam ætate iam ingraueſcente conſtitutum cum multis diebus maximis terminibus diſcruciaretur, lumbricum tandem aluo depoſuiſſe, nigrum, piliſq; refertum, longitudine pedum quinq; magnitudine qualis eſt harundo; ſubiungitq; ſe uidiſſe lumbricum qui palmi magnitudinem nõ excederet rotondis in omnibus perſimilem, prȩterquàm quòd dorſũ habebat lanuginoſum, ita ut pilos rubros imitaretur, qui Iuuenẽ quẽdam ad mortem uſque perduxerat, quem tamen pharmaco ad febrem terzanã notham qua laborabat exhibito, unà cum pharmaco euomuit, atque incolumis euaſit. Teſtatus eſt pluries Antonius Capriana Vrbis noſtræ Medicus Laurentium Zaffardum, Patritium Mantuanum febre biliosa valde moleſta, nauſea & ex oris uentriculi cõſenſu cardiaca clamoſa laborantem euomuiſſe uermem, qui per ſeptem horas ſuperuixit longitudinis vnius palmi, bina cornua flexibilia habentem, & centum pedes vtrinq; quibus miro ordine progrediebatur, erat autem caloris ſub rubri non corporis teretis, ſed inferius depreſsi. Rhõdeletius de dignoſcendis morbis c. 17. ſcribit cum eſſet in caſtris Perpenianis uxorem cuiuſdam militis poſt uſum alliorum reicifse vermem duorũ cubitorum ſcolopendriam in corporis ſciſſuris refferentem, ſine oculis, nec aliquibus partibus diſtinctum, quem propter raritatem exſiccatum adſeruauit. Beniuenius ca. 88. meminit Iuliani Medici qui cum dolore miſerabili circa ventriculum vexaretur, locumq; Medico dolẽtem oſtenderet, atq; illum Medicus ut moris eſt manibus pertractaret, patiens in uomitum erupit, quo fruſtrum carnis ad paruæ pilæ magnitudinem, in quo vermis non ſecus ac brucus in ſiliqua recludebatur, reiectans ad priſtinam ſtatim reuerſus eſt ualetudinem, Conſimilem ferè hiſtoriam tradit Gabucinus cuiuſdam mulieris Fanenſis, quȩ cum ſtomacho grauiſsimè laboraret, plurimumq; pituitæ uitreæ euomiſset ac ueluti animo linqueretur paulatim quaſi grauiori ſomno

exci-

excitata in moleſtiſsimum uomitum incidit, quo tandem durioris pituitę globum eiecit quam asſidentes mulieres cum ueneficio affectā dicerent, adueniente Medico fruſtrum illud ueluti carneum apertum in illoq; uermiculum bruco quam ſimilimum ad inuentum, quo eiecto mulier conualuit. Ex hiſce itaq; hiſtoriis patere exiſtimo, & ſi illa tria uermium genera ſuperius deſcripta, hominibus magis ſint familiaria, alios tamen, & diuerſæ formæ in ipſis generari poſſe, nec ſolum varia ſed & uarijs corporis noſtri partibus, quamuis præcipuus locus ĩ quo generari conſueuerint ſint inteſtina ipſa. Quod enim in ventriculo minime generari poſsint (vt interim antiquiores omittam) Hieronym° Gabucinus Fanenſis, & Hippolitus Brillus, qui de re hac integros libros ædidere affirmant, minime recipiendum eſt. Namq; ſi calor extraneus in materias aptas generationi lumbricorum quocunq; loco ſint poſitæ ita agere poteſt, vt putreſcant, non uideo cur in qualibet corporis parte huiuſmodi animalia procreari non posſint, cum in qualibet parte putreſcere posſint, dummodo partes illę uiuẽte animali putredinem ferre posſint; Quod exemplis comprobare libet. Habemus ab Auicena lib. 3. tract. 2. c. 3. Quod quidam Medici Indi dixerunt qđ quandoq; ſunt cauſa in ſoda vermes generati in partibus capitis motu ſuo, tenſione ſua, & corroſione ſua lædentes, & ſtatim ſubdit ex propria intentione. Nam uermes naſcuntur multotiens in anteriori capite, & ſuper locum, qui eſt in ſtrictura narium, & posſibile eſt, ut naſcantur apud uelamina, & ſi rarò contingat. Idem Raſis 1. cent. c. 9. affirmat, & Nicolus ſer. 5. tract. 7. cap. 53. ſcribit in capitibus quorundam animalium vermes repertos fuiſse. Iacobus Holerius lib. 1. cap. 1. de morbis internis teſtatur ſe non ſolum uidiſſe uermem generatum in cerebro, ſed & amplius addidit cuidam Italo, ex frequenti odoratu Baſilicæ herbę ſcorpionẽ in cerebro natum, qui uehementes dolores, & lõgos, & mortem deniq; attulit. Quod tamen ualde mihi dubium videtur cum ex Galeni ſententia lib. 2. de alim. facult. falſa ſit opinio illa quam refert Plinius lib. 20. hiſt. natur. cap. 12. ſcilicet ex Ocimo contrito, & ſub lapidibus poſito, naſci ſcorpiones, quinimo ſcorpionum veneno pręſentaneum eſſe remedium docet Dioſcorides lib. 2. ca. 130. quod & Arabes ſentiſse tradit, & ſi ex eodem maſticato, ſoliq; expoſito naſci uermiculos ſcribat, quod pariter Plinius loco citato ex quorundam ſententia affirmare uidetur Beniuenius ca. 100. recitat quod quidam eius amicus nomine Filippus cum dolore capitis acuto, alienatione mentis, caligine oculorum ac alijs prauis ſymptomatibus affligeretur ſeptima die aduentare cum iam mors eſset in proximo ui tandem robuſtioris naturæ uermem ex dextera narę palmo longiorẽ

emi-

emiſit, quo propulſo omnis ſtatim languor amotus eſt. Cornelius Gēma lib. 2. coſmogr. ca. 4. ſcribit quandam fuiſſe matronam in Ciuitate propè Moſam cui poſt capitis uehementisſimos & diuturnos cruciatus diſſecta caluariam magnam putredinis vim oſtendit circa ſubſtantiam cerebri, & inter meninges tum vermiculorum, tū cimicum copiā incredibilem. Victorius Trincauellius lib. 9. de curand. par. aff. ca. 11. ita ſcribit. Et ego quidem Venetijs nobiliſsimum Venetum Patricium vidi, qui dum febre laboraret, & quotidiano, prę ſertim noctu capitis dolore tentaretur tandem per naſum vermem eiecit obſcurioris coloris, longitudinis quatuor ferè digitorum, qui vtrinq; ſecundum longitudinē quoſdam tenues, & breues pedes habebat, & exceptus uitreo velociter ferebatur, eiectus autem fuit inuolutus mucis, craſſoq; & nigro ſanguine, ex qua etiam putreſcente materia ortum habuerat. Legimus in ſcholijs Ludouici Dureti in lib. Holerij de morbis internis, quod puella quædam ad portam D. Iacobi album uermem latū palmo maiorem ſatis craſsum reiecit per nares nulla tusſi, nullo vomitu antecedente, præceſſerat acerbisſimus capitis dolor per duos dies, nec eſt dicendum præmemoratos vermes ab alijs corporis infernis partibus ad nares perrepſiſſe, quod Paulus lib. 4. c. 57. adnotaſſe videt, nam cum id fit non adſunt ſæua illa ſymp. dicta. Habemus à Fernelio lib. 5. de part. morb. & ſymp. c. 7. ꝙ in quodā milite qui reſimis erat naribus ex fœdiore quadā eluuie diutius cohibita uermes duo villoſi inſtar digiti illi geniti inuētiq; ſunt qui tandē in furorē illū adegerūt, febreq; non admodū manifeſta de medio ſuſtulerunt die circiter uigeſimo. In dentib' ex humore ibi putreſcente generari uermes author eſt Alſaharauius trac. 7. prac. c. 4. ubi illos necare docet Fernelius lib. 6. de part. morb. & ſymp. c. 10. in dentibus naſci vermes teſtatur, nec nō & in auribus, & Valaſcus de Taranta in ſuo Philonio ſcribit ſe vidiſſe, duos, aut tres uermes ad formā granorum pini grosſiores tamen expulſos ab aure unius Iuuenis vbi erant geniti, qui febre acuta laborabat, & ſanatus eſt. Author eſt Alſaharauius. c. de tusſi, & Abynzoar P. Theiſis trac. 11. c. 3. vermes in aſpera arteria genitos ſuo motu tusſim excitare. Muſa aff. 79. lib. 4. quęndā Tusſi expuiſſe vermē ſcriptū reliquit. Ita & vermes in pulmone genitos tusſis causā eſſe teſtis eſt Aloyſius Mūdella nō cōtēnendæ authoritatis Medicus dialogo. 4. Beniueni'. c. 77. ſcribit Antoniū Siculū q̃ moleſta quadam tusſicula laborabat, multos conſuluiſſe Medicos, ac tandē Marubij ſucco cū melle deuorato, īteriectiſq; tpib' ſcyllā lūbēdo verme ex ei' pectore vnà cū tusſi ꝓpulſo ſanitati reſtitutū, vermiū ex pulmonib' excretorū meminit Ferneli' loco citato, quod fieri poſſe non negat Gal. in calce lib. 4. de loc. aff.

Tt Ephebum

Ephebum Athenis ſerpentem puſillum piloſum, & pluribus pedibus ſtatim ambulantem multo cum ſemine eduxiſſe recenſet Excell. Mercurialis lib. 1. Gymnaſticæ c. 7. Vermes uerò cum lotio excutos ſe uidiſſe teſtatur Gentilis in com. P. 3. tract. 2. c. 3. in Guidarello de Baglionib. Ciue Peruſino qui paſſus fuit febrem quotidianam cum dolore renum per octo menſes, & in conualeſcentia emiſit vermes paruos, & latos cũ vrina, & ceſſauit dolor ex quo in renibus genitos fuiſſe contendit. Rhõdelitius de dignoſc. morb. c. 17. ſcribit D. Griffeum ſibi monſtraſſe vermes per urinam excretos, & in illa natantes, Ibidemq; ſubdit Argenterium Medicum aſſeruiſſe ſe uidiſſe cum urina reiectum Dracunculum cum alis. Aloyſius Mundella dialogo 4. meminit ęgrotantis cuiuſdam quę interdum maximam urinæ difficultatem patiebatur, & dolorem, pluriesq; uermes cum urina ad digiti longitudinem protenſos Elydinij craſsitudine uiuos, & rubentes minxiſſe, & illis qui perſępè in excrementis cernuntur perſimiles, concluditq; huiuſmodi uermes in veſica genitos fuiſſe. Rhembertus Dodonæus in ſcholio c. 77. Beniuenij ſcribit admirandum eſt in veſica naſci uermem quod tamen cuidam viro accidit, cui in ueſica exiſtens prouocato donec tandem per penis meatum ſponte egreſſus finem doloribus imponent. Fernelius lib. 6. de part. morb. c. 10. vermes exiguos in renibus genitos ſe uidiſſe profuſos teſtatur. Scribitur in ſcholio 47. lib. Iacobi Holerij de morb. inter. ſe uidiſse duos, quibus pituita in ueſica putreſcere in uermes cõuertebatur, quos emingebant, & aduocatus Beanuder poſt dolores renum uermem magnum eminxit, & ſubdit quod quidam ad Hiſpanũ ſcriptas literas oſtendit, quibus conſilium petebatur pro calculoſo, cui eiectis calculis aliquot, & arenulis prodierant duo uermiculi acuto capite, corniculato uentre, & dorſo teſtula inductis inſtar teſtitudinis nigri, niſi quod rubebant uentre, apud eundem quoque authoré legimus quod anno. 1553. 9. Aprilis in quodam e renibus longi præcedente magno lumborum dolore uermes per vrinam reiecti ſunt, & in alijs duobus obſeruatum uermes paruos per urinam excretos, quod minime mirandum, ſi quidem Capillitiũ illud de quo meminit Gal. aff. 76. lib. 4. nihil aliud eſt, quam pituita, quæ in longum deducta à calore exurente capillos reprçſentat, quę animari poſſe non eſt ambigendũ in cuius aff. com. tradit quidam uir. de ſe ipſo, ſe minxiſse uermiculos plures albos, breues, & tenuisſimos, qui nec pediculi dimidium equabant, diuq; uiuebant. In ouibus, quæ ueluti peſte affectæ moriebantur extractis uiſceribus uermiculi in hepate adinuenti ſunt. Et Gabucin. fatetur ſæpè ſe uidiſſe animantia quædam in uenis hepatis ouium, & caprarum cucumeris ſeminibus haud omnino disſimilia. Cornelius

Gemma lib. 2. ſcribit quod anno 1562. in Hollandia lues nefanda pecoris fuit natis uermibus paſſim circa hepatis regionem. Aetius lib. 15. c. 7. refert Philoxenum aliquando reperiſſe animalia in tumore culicibus, aut paruis muſcis ſimilia, uermes, & animalicula in ulceribus, & abſceſsibus reperiri teſtatur. Gal. lib. de Tumoribus præter naturam, & Auic. 4. 4. & Raſis 13. cont. Hip. 7. morb. popul. meminit Dinij filij in Abderis cui umbilico mediocriter ſauciato fiſtula parua relicta eſt, vnde quandoq; etiam lumbricus ſatis craſſus per ſe ipſum penetrauit. Leuinus Lemnius inter neotoricos ſic ſcriptum reliquit lib. 2. de occ. miracul. nat. c. 40. Ex ſordidis ulceribus ac uomicis unguium teſtarũ: osſiculorum lapidum fragmenta exempta, & uermiculos caudatos, atque inſolita forma beſtiolas uomitu etiam eiectos nouimus. Recordor me dum medicinam facerem inuiſiſſe Franciſci Burſati Iuriſconſulti ſeruum cui nomen erat Federicus hic cum laboraret apoſtemate in capite medij manus digiti aſſociante dolore intentiſſ. tandem pure cõfecto aperto apoſtemate ex ſe ipſo exiuit uermiculus albus, & piloſus dempto capite quod nigerimum erat, magnitudine perſimilis illis qui in caſeo reperiri ſolent, quo excreto omnis dolor penitus ademptus: unde non immeritò legimus apud Erotim de paſsionibus mul. auxilia ad uermes manum, & pedum c. 54. & c. 61. medicamenta ad uermes faciei, ſic & Cleopatra in lib. matricis ad uermes mamillarum præſidia docet. Garcias Lopius de uaria lect. c. 13. ſcribit ſe vidiſſe Matronam, per uteri collum multitudinem uermium Aſcaridum magnam expuliſſe, quæ poſtmodum dolore quo cruciabatur liberata eſt. Scribit Meſues c. de ægritudinibus cordis quod uermes aliquando penetrant ad vltimas cordis partes, & aliquando uſq; ad cor, & ſunt cauſa mortis feſtine, Ex ijs itaq; iam luce meridiana clarius patere exiſtimo vermes ſicuti in alijs corporis partibus ita quoque & in uentriculo generari poſſe, cum ibidem & materia & agens ad uermium generationem requiſitos reperiri posſint, quod & Braſauolus Rhondelitius, Sauonarola, Theodorus. Priſcianus, Petrus Aponenſis clariſsimè affirmare minimè ueriti ſunt, vt interim omittam pleroſque alios, qui eiuſdem fuerunt ſententiæ, ſi enim ex putreſcentibus humoribus in uentriculo apoſtemata generari poſſunt, non obſtante plurimo illius calore non video cur ex materia in eodem loco putreſcente vermes quoque pro- creari nequeant. Inq. t Gabucinus apoſtemata toto genere eſſe præter naturam, vermes uerò à natura, ideoq; ſimilitudinem locum non habere, at interim ipſe ſibi met reſpondet, nam ſui immemor paulo antea dixerat generationem lumbricorum in uentriculo toto genere eſse præter naturam ac etiam ſuperius. cap. 4. affirmauit lumbricos eſſe mor-

bum in numero,& pter naturā ipſi homini euenire. Qđ ſi Ariſt.4.Metheorū cenſuit in ventriculo nō generari vermes ſed eò aſcēdere ab īteſtinis id ſano modo intelligēdū eſt,& vt interptant Albert⁹,& Cōciliator verba ipſius intelligēda ſunt de vētriculo ſano in quo nō inſit calor putredinalis agēsī materia putredini obnoxia,& ex qua vermes pcreari posſint,nec obſtat qđ ibidē Gabucin⁹ opponit humores ſcilicet ī vētriculo putreſcētes ibi tādiù morā minime trahere poſſe, quo ex ipſis vermes generent cū ventricul⁹ multiplici motu moueat,at id certè reticuiſſet doctiſſ. Gabucin⁹ ſi memorię reuocaſſet huiuſmodi materias,& humores diù vētriculi tunices herere poſſe Gal.verò noſtrā ſententiā ſecutū fuiſſe facile poterit patere legēti com. aff. 26. 3. lib.qđ ſi 1.de locis aff.c.5.lūbricos in inteſtinis generari tradit,nō ob id tn̄ negat,qn,& in vētriculo ſicuti,& in alijs corporis nr̄i partib⁹ gigni posſint.Teſtatū reliquit Auic.fen.16.3.trac.1.& c.1. qđ rarò corpus noſtrū eſt ſine uermib⁹ nō enim vt ipſe falsò imponit Gabucinus in hoīe ſemp affirmauit lūbricos adeſſe,qđ certè non admiratione caret,at certè meherclè longè admirabilius,qđ Hip.tradit 4.de morbis, latos ſcilicet lūbricos in infante dū adhùc in utero materno eſt naſci, Iuuenib⁹,& pueris pſertī,ſicuti magis familiares sūt lūbrici ita quoq; min⁹ periculoſi,at è cōtra ſenib⁹ rarò,accidūt,lethales tn̄ ut plurimū ſunt ēt ſi egerunt.Scribit Valaſcus in ſuo Philonio c.30.ſe frequenter vidiſſe ſenes habentes uermes, qui ueluti affecti colica affectione detenti ſeſe iactabāt dolētes quib⁹ īpoſitis enchematib⁹ vermiū copiam excernebant modò 15.modò 18.numerò,& illicò reqeſcebāt in pace. Mirū eſt qđ maxima in copia ab aliquo excreti ſint uermes,refert Braſauolus in cō.aff.26.3.li.hiſtoriā ſanè auditu dignā loco ſuperius citato ſe habuiſſe in cura ſenē annos ſupra octoginta natū,q uermes pluſquā quingentos excreuit & Beniueni⁹ teſtat̄ c.85. Laurētij Lanij filiū ſeptimū agentē annū unica uice duo de qnquaginta vermes depoſuiſſe ex àluo. Nec etā admiratione caret, qđ nōnunq̄ obſeruatū legim⁹ uermes vētrē perforantes etrà prodijſſe,quēadmodū teſtat̄ Auic.fen.16. 3.trac.5.c.1.& Alex.Tralian⁹ in Epiſt.de lūbricis,quo loco legim⁹ vermes ob alimenti inopiā,ita ſæpè uētrē laceraſſe,ne dū īteſtina, vt egredi per cutim ipſam creſi.Idē quoq; Raſis 25.cont.& Paul.lib.4.c.57.affirmant,Narrat Nicol⁹ ſe.5.c.8. qđ in quodā Comitatino plures uermes ex vmbilico egresſi ſunt,& vixit ī Vrbe Tridētina, quo tpe ibi Cōſiliū celebrabat̄,aderat mulier qdā, q̄ pterq; qđ ſingulo menſe illi menſes ex umbilico erūpebant indè quoq; uiui lumbrici effundebant̄. Mirandū ſane quo ex quāta quāq; diuerſa magna,& ſęua ſymp. accidant ex uermib⁹,ex ijs enī qn̄q; Epilepſiā, dolores, anxietateſq; ventriculi

ſyn-

ſyncopas,& Lypothomias,& tremores cordis colicam affectionem,bu limum,& alia huiuſmodi genita, Quandoq; obſtruunt ita oeſophagũ vt ſuffocatio homini immineat quod teſtatum reliquit Auic. fen. 16. 3. tract. P. cap. 4. per hęc verba. Iam autem accidit cuidam nothorum noſtrorum difficultas deglutiendi, propter retentionem rei ve degluto- rio ignotæ, & perduxit illum ad ſimilitudinem præfocationis, & fecit cum ſyacopirari cum nauſa cum qua euomuit uermes plurimos cum quorum expulſione faciliori facta eſt deglutitio,& ablata eſt præfoca- tio. Mirabilius profectò quod ſcribit Gabucinus c. 17. ſe puellam ſci- licet curaſſe, in qua cuncta ſpectabantur ſympt. quæ pleuritide laborã tibus ſolent obuenire; dolor in primis aderat punctorius in Thoracis dextera parte tusſicula quædam ſicca, vel leui quaque occaſione com- mota, pulſus arteriarum durus, terræ haud omninò diſsimilis, ac re- currens ſpiritus offendens, febris continens, totum corpus interdum frigidum, interdum calidum cum malæ alterius rubedine quæ ſumpto medicamento ad lumbricos necandos ſtatim plures eduxit, atque in- columis euaſit. Non vulgare ſymp. excitant quandoq; uermes, & ſunt ventris inferioris & ventriculi ſaltus, & palpitationes inuoluntariæ quod Nos bis in duobus nobilisſimis infantibus obſeruauimus quo- rum alter diem vltimum obijt, alter vero non niſi magna cum difficul- tate euaſit, huius quoq; ſymp. meminit Duretus in ſcholia Holerij tra dens. Ruſticę cuidam mulieri pluries prodijſſe cum antea incredibili palpitatione, & fluctuatione uentris laboraſſet, undę aſſurgentis & tu mentis, vt in grauidis conſueuit robuſto fœtu Ioannes Herburtus in ſua Chronica, ſeu hiſtoria Polonicę compendio lib. 18. c. 5. meminit an no. 1285. Prusſiam nouo uermium genere infeſtatam, qui caudis cãcro rum præditi, quoſcunque aculeo pupugiſſent intrà tertium diem ex- tinguebant, quod pariter confirmat Martinus Cromorus de rebus Polonorum lib. 10. & quod magis mirandum eſt tradit Ioannes Villan⁹ hiſtoriarum ſui temporis lib. 7. c. centeſimo primo, Filippo Francorũ Rege Gironam Catalonię Vrbem obſidente Muſcas obortas in exerci tu, quę morſu venenato homines, atq; aĩalia pungentes neci tradebãt.

Lotij miræ excretiones. Cap. XXVII.

NOn deſunt circa lotio inſeruientes partes admirandæ hi ſtoriæ quarum primo loco narrabimus nonnullas de ma xima urinę copiæ excretione, quæ tum criticè, tum etiã ſymptomaticè accidere ſolet. Criticè fluxus urinæ cõ- pioſi meminit Holerius, ſeu Duretus in ſcholio lib. de

morb.

morb.int.49.per hæc verba. Conſuli Quelim nephritico in febre profluuium urinæ motum in quo ſeroſa vrina ad duas quartas emingebatur, ex quo euaſit. Fernelius lib.6.de partium morb.& ſympt.cap. 13. hæc tradit. Quibus venter, aut corporis habitus aquoſi humoris copia tumet ijs interdum magno impetu vrina, quàm potus longè copioſior emanat, quomodo obæſum quendam, & tumidulum uidi ex multa mictione diebus circiter octo mirum in modum extenuare, & concidere. At longe admirabiliorem hiſtoriam huiuſmodi narrat Marcus Gatinaria in ſua pract.c. curæ inuolontarij exitus urinæ in hunc modum. Nota quod magiſter Franciſcus de Buſte Mediolanenſis in dicta Ciuitate Mediolani anno 1481. habuit in cura quandam puellam annorum 18. quæ paſſa eſt ſuperfluum fluxum vrinæ, adeò quod ſingula die mingebat boccalia ſexdecim urinæ, & continuauit per ſexaginta dies, & illud quod ſumebat inter cibum, & potum non aſcendebat ad quantitatem boccalium trium, & patet manifeſtè quod ſi totum corpus diſſolutum fuiſſet, non aſcendiſſet ad quantitatem tantam. Qua de re Medici Mediolanenſes quærentes inter ſe cauſam, Ioannes Marlianus reddidit illam dicens, quòd aer qui erat in poroſitatibus corporis iſtius, & aliæ humiditates corporis, & in membris ex diſpoſitione corporis iſtius, conuertebantur in aquoſitatem vrinalem, & tandem puella liberata fuit nec erat multum extenuata. Legimus in ſcholio Holerij cap. 49. lib. de morb.int. anno. 1558. Auguſti fine in uico uetere templi con ſul.du Val. in febre continua quotidie ſex pintas (quas vocant lutetię) urinæ mingebat in 8. obijt, tales urinæ fluxus in febribus continentibus, & ardentibus cum totius corporis macie non ſemel obſeruauimus, Hęc vrinæ profluuia Aretæus lib.& cap.2. Diabeſicam paſſionem cenſuit inquiens Diabeſis, qui uocatur affectus miraculum quoddam eſt, haud ita ſæpè hominibus vſitatus carnium, ac membrorum in vrinam colloquatio. Sed re uera alia apud Medicos affectio Diabeſis eſt. Siquidem cum qualis aſſumptus eſt potus talis, & immutatus mingitur tunc laborantem pati Diabeſicum affectum dicunt Medici. Quę paſſio profectò non ſolum ex ſui natura maximè ſuſpicienda, ſed & cum rarò fiat ob id in ſui admirationem Medicos trahit. ita vt Gal. 6. de loc. aff. affirmarit, ſe totius uitæ ſuæ tractu bis tantū hanc affectionem uidiſſe. Et Rabi Moyſes particula octaua ſuorum Aphoriſmorum ita ſcriptum reliquerit de Diabeæ uerba faciens, &, Ego nō uidi eam contingere in occidente, neque audiui ab aliquo meorum Doctorum antiquorum quod eam uiderit. Sed tamen hoc uidi in Aegipto aliquos patientes hanc ægritudinem infrà decem annos, pluſquàm uiginti, & fortè accidit ex potu aquæ Nili ſaporoſę quam frequenter

bibunt.

bibunt. Ioannes Baptiſta Theodoſius epiſt. 48. ſcribit ſe in toto uitæ ſuæ tempore ueram Diabeſicam affectionem uidiſſe tantum in duab' mulieribus. Non ſolum itaq; in Diabeſica Paſsione copioſa urina excernit, ſed & qualis illius materia intrà corpus ſuſcepta eſt talis prorſus, & redditur. Huius Hiſtoriam legimus apud Victorium Trincauellium lib. 10. de curand. part. aff. c. 11. Nobiliſſ. Frater Reuerendiſſ. Cardinalis Piſani cum laboraret febre, eaq; ſatis maligna, atq; ſitis, quę neque etiam multa erat eſſet impatiens bibere nolebat, niſi gelida ferè eſſet aqua, & reliqua quibus in potu vtebatur, quæ quidem iubebat in puteis demiſſa urceis perpetuò ſeruari, undè ad eam imbecillitatē renes deuenere vt potus nihil omninò mutatus mingeretur, ſeruans eumdem colorem, conſiſtentiam, ſaporemq;, & odorem, utebatur autē primum propter febrem iulep roſaceo diluto ex aqua, & vrina quę paulò poſt à potu mingebatur eadem omninò videbatur, quæ prius erat in cyatho antequàm biberetur, eundemq; referebat colorem aſpicientibus, & odorem olfacientibus, ſed & quidam qui illi miniſtrabant guſtare uoluere, qui affirmarunt neque in ſapore vllam factam immutationem. Hanc autem affectionem, ut plurimum à cauſa frigida prouenire fatentur omnes, ſed quod etiam aliquando, & à calida cauſa, ſeu intemperie fiat idem ſcriptor ibidem per aliam hiſtoriam comprobat huiuſmodi. Mulier nobilis, & Abbatiſſa cuiuſdam Monaſterij Muriani quæ ex uehementibus animi perturbationibus incidit in Diabeſicam affectionem, affligebatur autem ſiti ineſtinguibili neq; etiam per potum leuabatur, linguam enim ſtatim etiam à potu aridiſsimam habebat, æſtum ingentem in uiſceribus perſentiebat cōtinenter febre detinebatur inquieta plurimum erat, & tandem cum iam antequam Medico curandam ſe traderet morbus plurimum inualuiſſet ex eo obijt, & omni dubio procul affectus calidus fuit. Diabeſica paſsio in memoriam reuocauit longè omnium admirandam magis hiſtoriam, quam Patauij accidiſſe nobis teſtatus eſt Excellentiſſ. Venetijs Medicus Nicolaus Nouocomenſis, qui curationi interfuit, vna cum Doctiſſ. tunc Medico Domino Petro de Natale Teſtem autem adducimus Excell. D. Alexandrum Panizzam Medicum, eiuſdem Domini Nicolai Generum, Narrabat itaq; Nouocomenſis indubiæ fidei uir, quod ſuperioribus annis Patauij Iuuenis Monialis habitu gracili, & tenui uictus ratione utens in æde Diuę Agathę ſacra, dum ad pulſandas campanas noctu pergeret, quibuſdam phantaſmatibus, quæ (ut ipſa paulò poſt aſſeruit) intuita eſt, maxime exterefacta horrore correpta, paulatinè in melancholica, incidit ſymptomata, quorum profligationi dum ſtudet Medicus, ecce mirabile dictu, urina ſupreſſa eſt, ita ut per menſes ſex

ni-

nihil urinæ excreuerit,ſed demum urinam emittere rurſus cœpit, ſupreſſo omnifarium aluo per quatuor ferè menſes,deinceps,loſium cohibitum,nec non etiam aluus ſupreſſa in regione uentriculi reſudante humore ad plurium librarum pondus colore,& odorem urinam referente. Cuius urinæ fluxus multi cauſam reddẽtes, niſi in Dęmonem referre uoluerimus,medicè loquentes dicere poſſumus,ex multa, eáque citisſima alimenti diſtributione nihil ad inteſtina delatum fuiſſe, tenuiori parte diſtributioni inſeruiente,nouo potu, & cibo ſuccedente ad renes,& inde ad ueſicam detruſa, quod ex Gal. colligere poſſumus 6.de locis affec.c.3.ita ſcribente, Atq; alius interdum affectus occurrit Diabeſi perquèm ſimilis,& quidem à multis cibis, qui nec crudi ſunt,neq; per aluum deijciuntur,neq; plenitudinem efficiunt, neq; etiam probè alere poſſunt,ſed disſipantur, diſcutiunturq́; celeriter, cuius uti crebrior quam Dipſaci euentus,ita faciliorem admittit curationem, quippè quod prius quam ad ſummum peruenerit cognitũ, haud ita difficulter curabitur,nam ubi quis duplum alimentorum cõſuetorum aſſumpſerit,neq; ali corpus uideatur,idq́; citrà alui fluorẽ, hunc affectum non ſolum priuati, uerum etiam Medici parui pendũt, cum verò triplum ingerit idoneis auxilijs liberari poteſt priuſquam ſcilicet ad quadruplum,aut quintuplum proueniat. Igitur rationi cõſentaneum eſt, hunc affectum à celeri disſipatione incipere omnibus partibus attractricem, atq; ei coniugatam facultatem, quæ propriè appetentia vocatur ſeruantibus. Cum itaq; Monialis hęc caſu,vel adhibitis pręſidijs hæc uitio liberata eſſet,in oppoſitum uitium incidit, vacans ab urinæ excretione,fluuente tamen aluo,conſumpta ſeroſa alimenti parte à præternaturali membrorum calore, ſi quidẽ febriebat, & in Maraſmum,ut audiui tandem incidit, uerum refrigerato in corpore conſumpto ſiquidem calore naturali à præternaturali cum potiſſimum liquidis cibarijs puta iuſculis,& cõtuſis aleretur uirtutes omnes nutritioni inſeruientes labefactatæ ſunt, forteq; abolitus tranſitus ad renes,& ueſicam unde exſiccato uniuerſo habitu ſeroſitas omnis facile à uentriculi cauitate extra reſudarit,hæcq́; copioſa & urinã pręſeferens,ob diò retẽtam, & aboletam mictionem ante ut diximus. Quod confirmari poteſt ex alia hiſtoria,cuius teſtẽ adducimus Abraham de ſummis de Fortaleone medicum Hæbreum Gentila de Francheti s formoſisſima puella Pleiadum ortu tertiana duplici interpolata primo demum continua correpta fuit, qua cum diù contabuiſſet, hæctica febris eam inuaſit,nulliſque remedijs proficientibus(mirabile dictu)remotis nondum ab ore poculis, hauſtæ liquidiores potiones à præcordijs hebdomadarum duarum ſpatio eadem copia, qua erant

ab-

abſorpti, abſq; alteratione ulla reſudabant, ita ut ex rubeo lyeo, colori rubeo ab albo uiſculo, albo itidem tunc inficiebantur ſubūculæ, ob quam calamitatem anxiam uitam ducēdo tandem ex maraſmo perijt. Ex quo videre poſſumus affectionem Diabeticæ non valde diſimilem nam prȩcordijs plus iuſto exſiccatis auide potiones attrahentib', eas tamen contineri minime poterant nec minus alterare, ſed quales inditæ, tales per carnis per os extra reſudabant, cum exſiccate magis laxos affectos, exſiccato namq; humano corio ſcribit Luſit. cēt. cur. poros rarè factos admodum & patentes conſpici. Meminit Io. Baptiſta Theodoſius epiſtola 32. frequentis mictionis admirandȩ per hæc verba. Nicola' Leua Lucenſis omni ferme hora ad mictionem cogebatur, & urinam ſubtilem, albam, & ſine ardore mingebat quod ſi aliquando eam retinere conabatur, ſentiebat quoſdam flatus excrementoſos, fuliginoſoſq; à partibus ueſicȩ eleuari, ex quo uentriculus inflari videbatur, & magis aſcendentes diaphragma cōprimebāt, tusſim excitabāt, & ad cerebrū aſcendentes motus quoſdam uertiginoſos cauſare uidebantur cum catharri deflūxu, & deiectione crebriore, & urina miſſa, omnia hȩc ſymptomata ſtatim ceſſabant, quorum omniū cauſam. Ibidem ſtudioſus Lector legere poterit. Vrinam aliunde quoq; quam per conſuetam uiam naturam deſcēdere ſuperius ex Monialis hiſtoria, di dicimus, narrat quoq; uarios huiuſmodi lotij exitus Beniuenius de abd. morb. cap. 7. per hæc verba, Quis non miretur ſi audierit quod & nos uidimus, puerum ſcilicet duodecimum agentem annum cum urinam ſeptimo iam die non redderet, propterea quod concretum q̃d ex pituita, & ſanguinȩ urinæ ipſius canaliculos obſtruxerat eam tandem ex ano euacuaſſe? præſertim ſi nouerit & ueſicam ipſam, ceruicēque eius minime foraminalentam, aut ſurgoſam exiſtere, & inteſtinum quod penetrari debuit ſolidæ, & concretȩ eſſe naturȩ ut decet unicas omnes quæ neruoſæ ſunt, oportuit enim aut inciſam ueſicam, inteſtinumq; quod citrà mortem fieri nequit, aut naturam cui imposſibile nihil eſt huiuſmodi aperuiſſe uias vt inde urinam redderet. Vidimus & militem, cui illatum vulnus in coxam veſicȩ ceruicem inciderit ac ſubinde incuria Medici adeò cōglutinatum obcalluit, vt penitus iter urinæ obſtruxerit, ſed ea nihilo ſecius carne paulatim eroſa, coxa altera extrinſecus erupit, indeque quo ad uir ille uixit rite profluens reddita eſt.

Lotij mirabiles retentiones. Cap. XXVIII.

SIcuti ſuperiori capite Lotij fluxus admirandos adnotauimus ita in præſenti mirabiles urinę retentiones recēſendę ſunt. Prior Cœnobijs Diuæ Agnetis Mantuæ vrinę ſuppresſione tentatus eſt annum quinquageſimum agebat corporis habitu pituitoſo præditus, nullaq; p̄cedente manifeſta cauſa, vrina paulatinè, ſenſim, ac ſenſim imminui cœpit, ita ut ſemel dumtaxat diminuteq; admodum in die meieret, donec omninò cohibita eſt, nullo tamen ſenſibili ſaltem nocumento in renum urinarum uaſorum, vel ueſicę regione percepto quo pacto per plures dies perſiſtens, corpus uniuerſum intumeſcere cœpit, atq; in longe maiorem conſueto molem attolli per omnem dimenſionem cute perlucida apparente, molliq;, ita ut ſub ea urinam contineri facilè diudicaret, Medicus qui ipſius curam ſuſceperat, nec non & Excell. fœlicis recordationis Præceptor meus Franciſcus Facinus Ducalis Medicus qui aduocatus fuerat, aderat pariter leuis, continuoq; febricula affligens ægrotantem, ſicq; incaſſum præſidijs omnibus tentatis, uitā cum morte commutauit, cuius ſymptomatis cauſam indagare operę prætium erit.

Cum ex ventre in venas, atq; in vniuerſum tandem corpus meare chimum eum, qui ex cibis eſt, in ſanguinem hepatis uirtute mutatum oporteat crasſiorq;, ac compactior natura ſanguis exiſtat quàm ut facile venas quæ ſunt in hepate multæ, & anguſtæ pertranſire posſit, neceſſe fuit, ut illi Comes eſſet, atque permiſceretur tenuis quæpiam & ſeroſa humiditas, quę facile per anguſta loca permeare poſſet, hunc ſanè humorem Hip. ὄχυμα τροφῆς, ideſt uehiculum nutrimenti appellauit, tenuis hic humor unà cum ſanguine aliquandiù immixtus ad id quod diximus opus perficiendum derelinquitur, quod ubi expleuit munus, onus, alienumq; fit uenis, à quo ipſe uenarum emulgentium renum, vreterum, & ueſicæ beneficio expurgantur, quod excrementum communi appellatione vrina uocatur, nihilq; aliud eſt Gal. ſententia com. 1. ad 3. lib. de morb. vulg. tex. 6. quam ſerum humorum in venis cōtentorum, vel ſanguinis colatura ex Actuario lib. 1. de diff. urin. ca. 4. Hæc à uenis ad renes deriuari mediante propria renum naturali facultate attractrice, nec alio modo id fieri poſſe antiquorum quorundam confutans ſententias, Gal. lib. 1. de natural. facult. abūde docet, qua de re ſi hęc à renibus tollatur, & defficiat, vrina ad ipſos minimè deriuari poſſe, nec per conſequens per ueſicam excerni non eſt ambi-

gendum, ſicq; urinæ ſuppreſsionem ſubſequi. Et ſi enim lotij ſuppreſſio quam Græci ἰσχουρίαν appellant Gal. teſt. 6. de loc. aff. veſicæ ſymptomata proprium ſit ſupprimi nihilominus vrina poteſt, ueſica ipſa, haud quaquam affecta, ſed renibus uel ureris, uel urinæ fiſtula, quemadmodum ipſe Gal. primo eiuſdem docet. Qua de re cum ęgrotus pdictus nullo uitio circa ueſicam ureteres, & cannale uirgę ut coniectura aſſequi poterat, detineretur, renes male affectos fuiſſe videbatur dicendum, hos autem cum tumore, obſtructione, alioue conſimili morbo deſineri nullo inditio deprehenderentur, cōſequens erat affectionis cauſam reijcere in eorum facultatem attractricem per initia quidem diminutam, procedente uerò morbo penitus abolitam, ex quo cum ſanguis in venis contentus à ſeroſo excremento expurgari non poſſit id tandem per partem poſt partem per vniuerſum corporis ambitum diſeminatum fuiſſe; quod uero perdita renum actione urina in veſica omninò non veniat Gal. clariſſ. 3. de ſymp. cau. c. 2. docet ubi inquit ſymptoma id à vulgo medicorum iſchuriam vocari; licet iſchuria propriè ſit veſicę tantum ſymptoma; permittendos tamen eſſe ita nominare, cum propriam appellationem non habeant. Prænarratæ hiſtoriæ non diſimilem ſcribit Iacobus Carpus in ſuis Iſagogis in Anatomen per hęc verba. Venis emulgētibus euenire poteſt inter alios morbos debilitas attractionis ſoliti ſanguinis aquoſi, ſicut etiam renibꝰ, quia aut non attrahunt, aut debiliter inde uenit difficultas uel totalis urinæ ablatio etiam exiſtente urina in ueſica, & iſte eſt caſus ſingularis ut plurimum inferens mortem; quem ego uidi pluries, & inter alios cum multis alijs honoratis Medicis fui in cura Mag. ac Illuſtris D. D. Galeatij de nobili familia Palauicinorum qui ab urinali aquoſitate in uenis totius aggregata ſuffocatus eſt, & hęc aquoſitas induxit ei ſquinantiam pro qua applicauimus ventoſas ſine ſacrificatione diuertendi gratia, & uentoſæ per poros. cutis implebantur pura aquoſitate. Supprimi quoq; contingit lotium ex laxatione cuius exemplum habemus à Gal. deſcriptum 6. de locis aff. ſicuti, & 1. eiuſdem tradit hiſtoriam percuſsi in peritoneo, qui urinam reddere non poterat, qđ pariter accidit reſolutis neruis veſicæ ſenſum inferentibus, atq; etiā muſculis abdominis, cuius exemplum legi poteſt apud Trincauellium lib. 10. de curand. par. aff. c. 9. Quo loco etiam meminit ſe tres variis temporibus Venetijs uidiſſe uiros ſanè nō obſcuros, ſed nobiles duos Venetos, tertium Peregrinum, qui cum obiiſſet ex ſuppreſſo lotio, qđ nullis unquam potuit remedijs euocari poſt obitum ſecti fuere, & reperti ſunt duo prægrandes lapides in renibus, qui impulſi fuerāt verſus originem uteterum, & erant duri admodum, colore mixto ex ni-

gro, & viridi, prçceſſerant autem dolores renales, alium etiam vide, q̃ diù ęgrotauerat in quodam Hoſpitali in cuius cadauere cum illud ſecaremus inueni prægrandem lapidem triangularem ſimilem fructui, quem tribulum appellant, qui à natura impulſus fuerat uerſus ureteras, illosq; perforauerat imò dilacerauerat. Vrinæ inſin peritonæum collectæ in moniali corrupto utero & veſica aliquot foraminibus hiã te qua parte ipſum contingebat meminit Rembertus Dodonæus ca. 34. exempl. med. ſicuti c. 35. tendit hiſtoriam fœcum longo temporis tractu infra peritonæum collecturum ex inteſtinorum perforatione ex laborioſo partu ſuccedente & quod magis ad prçſens negotium facit c. 47. vrinæ ſuppreſſæ propter fœces in recto inteſtino hærentes uerba facit. At longè meherclè magis ſuſpicienda hiſtoria rarius etiã contingens, cuius meminit Iulius Polux referente Alexandro Benedicto c. 3. lib. 24. prac. in hunc modum. Et nuper quidam difficulter urinam mittebat ijs exarefactis adęnis, quæ paraſtate vocantur uarici formes, ſeu adeniformes & ſunt partes additæ inter teſtes, & ſeminaria vaſa, quales in faucibus reperiuntur, nec niſi ingenti vrinæ pondere exonerabatur veſica, ſicq; perfundi eas partes unctionbꝰ, atq; uniuerſum corpus inſtaurari iuſsi, & ita libero vrinæ meatu, ſanitati reſtitutus fuit.

Mira exeuntia per vrinam. Cap. XXVIIII.

NOn ſolum lapides, & uermes unà cum urina & caruncu- las exiſſe, aliquando ſuperius adnotauimus, ſed alterius gñris ēt contenta, idq; rarò admodũ uiſa nunc oſtendere agredimur, unàq; etiam demonſtrare qualitates eiuſdem immutatas à naturali, & conſueto ſtatu, exordium ſummentes à corporibus capillis quam ſimilibus, qui aliquando cum vrina excerni teſtatum reliquere tum Hip. 4. aff. 76. tum Gal. in eiuſdem aff. com. quo loco inquit Gal. Vocant autem Medici recentiores hanc paſsionem capillitium, quoniam capillis, & albis quidem magis ſimilia uideantur, quæ ab urina efferuntur. Nuper quidam talia corpora tam longa mingebat, ut incredibilis longitudo uideretur, nam quidam ex ipſis ad dimidium cubitum extendebatur, hic autem toto ferè anno, qui anteceſſerat orobum, & fabam comederat, ſępisſimèq; caſeum, & tenerum, & ſiccum omneſq; alijs quibus talia mingere contigit cibis crasſioribus ueſcebatur, tali igitur humore in renibus aliquo modo uſto, capillos ſimiles ſubſtantię generantur. Huius affectionis pariter meminit. Gal. 6. de loc. aff. c. 3. per hæc uerba. Ea uerò quę

pilis

pilis ſunt ſimilia Hip.quoq; cum urinis excerni uidet,quemadmodum in aff.ſcripſit,ac ipſe etiã vidimus, aliquando quæ ſemipedis longitudinem æquarent,interdum etiam ijs longiora,ut mirarer quomodo in renum ſpatio tali poſſent conſiſtere, proinde probabilius mihi uidebatur in uenis huiuſmodi res procreari,quẽadmodũ in quodã Arabiæ loco(vt aiunt)in tibijs hominum dracunculi vocati naſcuntur neruoſa natura, colore craſſitudineq; lũbricis ſimiles. Igitur cum multos audierim,qui ſeſe uidiſſe eos dicerent,ipſe uerò nunq̃ uiderim iccircò,neq; de ortu,neq; de eſſentia ipſorũ quicquã exactè conijcere poſſum.At vbi pilos excretos meiendo vidi,tũ ex colore,tũ ex mole credidi dicẽtibꝰ eos ex craſſa lentaq; materia quã calor calefecit, exſiccauitq; in venis conſiſtere quamq̃ lõgitudinis ipſorũ cauſã nõ intelligo, Braſauolꝰ qđ Gal.hoc loco neſcire fateẽ in cõ.aff.p̃dicti ſe demõſtraſſe profiteẽ,vt eo loco legẽti patere poterit,an vere id plene aſſecutus fuerit nõ ſat ſcio,De loco generationis pilorũ hmõi ſeu capillorũ Au. 19.fen.3.lib.trac.2.c.20.à Gal.nõ diſcrepat,vtroq; tñ rẽ magis expẽdiſſe videẽ Actuarius de cau.uri.c.21.ad ureteras citrà ullã refferens hęſitationẽ.Scribit Braſauolꝰ loco citato.Nos multo craſſiores vidimꝰ q̃ ſint capilli,& q ita affecti eràt ſanitati reſtituti sũt. Ille aũt quẽ nos viſitauimꝰ ꝑ totã hyemẽ legumina comederat, tñ neq; dolorẽ ex iijs capillis habebat,neq; aliqđ nocumẽtũ ꝑſentiebat,ſed qñq; hæc videns exterritꝰ,ad me acceſſit; putãs ipſe lũbricos eſſe nõ erant multo craſſiores capillis;& erãt albi ut ex pituitoſa materia facti uiderenẽ, immo & nũc Reuerendiſſ. Virginẽ,ac pudiciſſimã Eleonorã Eſtenſem curamus,& in urinis veluti capilli vñr, qñq; ad ſpithami lõgitudinem extẽſi,ſed in huius uirginis vrina cyatho potius inhærer,& ſchaphio, quam ſint per urinæ ſubſtantiam ſparſi. Quodam vir Doctus ſcribit, & ipſi Capillos primum flauos ad palmi maioris lõgitudinẽ vidimus, quandoq; cum doloribus renum vehementiſſimis,& vrinæ ſuppreſſione,quandoq; & abſq; morbo uidimus,& aliorum colorum,& paulo infrà ſubdit. Alias dixi de quodam Nobili Hiſpano qui in omnibus excrementis, & ſanguine pilos emittebat, & me conſuluit non paucis datis aureis coronatis. Ibidem quoque meminit alterius per vrinam exeuntis non vulgaris in ſe ipſo obſeruati. Grumos ſcilicet atramento ſimillimos, & in magna copia omnes eiuſdem formæ, & magnitadinis lentis minoris quaſi, & circiter ſexaginta coni rotondi, ſed non acuti emittebam una uice modo plures, modo pauciores ſine ulla prorſus læſione. Nicolus ſe. quinta tractatus & capitulo ultimo alterius quoque in loci exeuntis corpore contenti admirandi maxime per hæc uerba meminit. Et Ego quidem

vidi

quidem uidi in Petro Chelini pilos in urina longitudinis quaſi medij palmi, groſsitudine parui digiti infantis, & ultra declinantis ad rubedinem, & cum eis aliquando emittebantur aliæ materiæ ignotæ, quæ aliquando habebant formas ſanguiſugarum, & aliquando ranarum cũ in principio generantur in aquis, ſolidioris valde pilis in quibus cum aperuiſſem quaſdam earum continebatur ſanguis aquoſus, quas tamẽ cum emittebat patiebatur dolorem in pectine quaſi intollerabilem, qui tandem perduxerunt eum ad mortem. Crepitus quandoq; & ſtercus una cum urina emitti teſtis eſt Fernelius lib. 6. de ſympt. & morb. par. c. 11. ait namq; uiſum fuiſſe anni abſceſſum interdum in veſicam penetraſſe ac tum micturo crepitus e pudendo perinde atq; e podice fœciſq; nonnihil urinæ mixtum prorumpebat. Excellẽt. Dominus Raphael Copinus, & D. Auguſtinus Valla ipſeq; Sereniſſ. Ducis Noſtri iuſſu Reuer. Ipſeph de Clericis Diuæ Barbaræ Templo pręsbiteris, ac cantoris curam ſuſcepimus, hic iam per plures annos per interualla magnis doloribus renalibus ſpetiem, & loco ſimilibus præcedentibus corpuſcula quædam per urinam emittit piſcium veſiculis colore, figuraque perſimilia craſsiſsima ſubſtantia eaq; pellucida conſtantia modo maiora, modo minora, modo unica, modo plura, & modo pauciora parietes ſeu tunicæ ſi diſſecentur craſſæ ſunt, atq; ſi adſeruentur, paulatinè maiori ex parte diſſoluuntur derelicta dumtaxat craſsiori parte, quæ exſiccatur ac dureſcit; Hæc generari in renum cauitatibus arbitrati ſumus ab humore craſſo vrinę permixto ſenſim, & ſenſim, cauitatum parietibus hærente, cumque calor non adſit exurens quo lapideſcant, incraſſantur dumtaxat, moxq; ab expultrice facultate naturæ cum negocium faciunt extruduntur. Conſimilem hiſtoriam legimꝰ apud Holerium lib. de morb. inter. ſcholio 47. ſe inquam obſeruaſſe intollerabili vrinæ ardore affectum qui pituitæ partes uelut chriſtalli, aut concocti ſucci, quem hælatinam uocant globulos colore. Accidit etiam quandoq; urinæ colorem naturalem, ex alterius humoris permixtione immutari, ſæpius autem ex ſanguinis mictione, cuius hiſtoriam ex caſu deſcribit Gal. 6. de loc. aff. 4. ex potu uero chantanidarũ hiſtoriam tradit Theodoſius epiſt. 47. Adoleſcentis Galli, qui eas ut ſalacior in Venere fieret deuorarat. Et Barth. Montagnana refert quẽdam Franciſcum Brancam ciuem Paduanum cum genui chantarides applicuiſſet plus pondo quinq; librarum ſanguinis eminxiſſe. Non ſolum autem fluit per lotij uias ſang. ſymptomaticè, ſed & nonnunquam criticè ut ſæpius diximus c. lib. præterea ſcribit Luſit. cent. 2. cu. 93. hiſtoriam Iuuenis cuiuſdam ſanguinea febre laborantis, qui ſanguinẽ cum urina minxit, & ſanitati reſtitutus eſt. Scimus Nos Donatum Arrigonum

rigonum Vrbis noſtræ mercatorem dum ad Nundinas quæ in Emporio Bahano quotannis quater celebrantur proficiſceretur direpente morbo regijo correptum fuiſſe dumq; Mantuam reuerteretur in diuerſorio cum ſocio in lectulo cubans, ac dormiens ſponte ex uirga maxima ſanguinis nigri copia emanauit, ita ut eum ſemimortuum ſocius illius ſanguine madens expergefecerit, Mantuamque non ſine labore, & periculo reduxerit, ab arquato tamē eo ſanguinis fluxu liberatum. Tradit Nicolus ſe.5.tract.5.ca.19.ſe uidiſſe in ſpina de Mugello apoſtema epatis expurgatum per fluxum urinæ poſt multum ſanguinem. Rhembertus Dodonęus in ſcholio cap.43.Beniuenti hęc habet. Nouimus uerò & nos ruſticum tantum in pectore puris habentem, ut capiti cum pectore deorſum reclinato ex ore illi efflueret, qui purulenta reddetu vrina ſanitatem mox conſequutus fuit. Nec reticendum cenſemus, quod rarò eueniens apud Aratium legimus lib.2.c.3. ita conſcriptum Cœterum nonnulli ſunt qui per quoſdam circuitus ſanguinem meuit, huiuſmodi affectus hemorroidum profluuio ſimilis eſt. Similis eſt quoq; corporis conſtitutio, nam valde paleſcunt, torpent, ignaui ſunt, cibum faſtidiunt, cruditate laborant, & cum excretus eſt ſanguis, languidi fiunt, membra reſoluuntur, caput uero leuius, & agilius redditur At ſi per circuitum nihil ſanguinis effluxerit, capitis dolore uexantur, oculorū acies hebet, tenebræ eis obuerſantur, uertiginem patiuntur. Inde alij infiniti in comitialem morbum incidunt, tumidi ueluti caligine perfuſi aquam intercutem patientibus ſimiles, alii morbo atrabilis, aut neruorum reſolutione tentantur, Nam ex cōſueti profluij ſanguinis retentione huiuſmodi mala proueniunt. Nec profectò prætermittendum cenſeo urinam illos reddere inoxiè penitus ſanguinem præſeferentem, qui fructus Opuntię (vulgo Indicus ficus appellatur) comederint; quod certè non ſine admiratione non ſemel uidimus.

Lapides in vniuerſi corporis ſingula parte. C. XXX.

SIcuti quotidie lapides in renibus, & veſica generari uidemus ita in ſingula propemodum corporis noſtri parte idem fieri docuit experimentum, cui ratio non refragatur, quod ut clarius innoteſcat altius exordium deſumentes, quomodo lapides in uiuentium animantiū corporibus conglobari contingat perquirendum, eo pacto quo à natura in magno mundo, nec non & ab arte lapides, teſtaceaq; vaſa fieri conſpicimus eodem quoq; in paruo mundo homine inquam enaſci nō eſt du-

dubitandum; de cauſa efficienti, & materiali lapidum naturalium parum, uel nihil Ariſt. ſcriptum reliquit. Auic, Theophraſtus, Albertus, & inter Recentiores Georgius Agricola ex terra uiſcoſa, & aquoſitatis partecipe materia generari lapidoſa corpora, calore tenuem partem reſoluente & craſſiorem denſante tradidere, idq; non ſolum in terra, ſed & in aeris regiõe, ita & in corpore noſtro lapides procreari cẽſendum licetq; de eorundem materia ſaltem propinquiori nec min⁹ efficiente Medicis omnibus eadem ſit ſententia, ferè omnes tamen in hoc conueniunt, quod materia lapidum in corpore noſtro ſit mucus ſeu humor uiſcoſus, lentus, & craſſus, ut Gal. ubiq; docet, hunc uerò non ſolum phlegma ipſum, ſed ſaniem, & ſanguinem in apoſtemate aggregatum eſſe poſſe docuit Auic. lib. 3. fen. 18. tract. 2. c. 16. & 4. parte Canticorum, ex melancolia lapidem generari docuit vnde non immeritò Io. Matthæus de Grado in com. in 9. Raſis ad Almaſorem parte. 1. c. 14. concludit, ex quolibet humore in corpore noſtro reperto dũmodo adſit lentor, & groſſities generare poſſe lapidem, & Raſis ad hoc reſpiciens 10. cont. docebat dignoſcere ex colore lapidum humorem ex quo ortum traxere Ioannes de Tornamira in ſua praxi. c. de lapide ex materia ſeminali in caſtis viris, & mulieribus cõglomerari poſſe lapides docuit. Id quoq; Raſi affirmante de ſententia Fabri in lib. in d. 10. cont. c. 2. Ariſt. demum 3. lib. de hiſt. animal. c. 15. ſcripſit in veſicam non ſolum humorem, ſed & ſicca quædam concrementa deſcendere ex quibus calculi fiant. Ex qua forte autoritate Fernelius lib. 6. de partium morb. & ſymp. c. 13. ſuam protulit ſententiam, lapidem in ueſica omnem rudimentum quoddam à renibus trahere, quibuſq; lapill⁹ per nephreticum dolorem excidens ſi grandiuſculus eſt in ueſica aliquandiu hęret, ac plerumq; illic perſiſtit ex allatarum, ſordium, craſſorumque ſuccorum adhæſu coagmentatur donec uerſus, confirmatuſque lapis fiat; quod tribus potiſſimum rationibus confirmare conat, quarum prima eſt quod craſſus, cruduſq; ſuccus, qui per uenas cum urina in ueſicę cauitatem influit, niſi obſtructa ſit ueſicæ ceruix in illa remorari tandiù non ſit credendum, ut in lapidem à calore exarefactus concreſcat, cum quotidie uideamus ſanguinis grumos, puſq; ipſum craſſum, vt lapilli ſunt illinc profluere cum vrina. 2. ratio ipſius eſt quod nullum unquam offenderit in veſica lapidem habere, qui nephriticis doloribus antea vexatus non fuerit, tertium argumẽtum experimento inititur, inquit enim quod ſi omnes calculi, qui à veſica eximantur terantur in eorum medio quaſi nucleus quidam reperietur, quod rudimentum à renibus exturbatum demonſtrat, pręſertim cum diuerſi coloris, & ſubſtantiæ ab inuolucero cœtero, & integumento manifeſtè

nifeſtè

niſeſtè conſpiciuntur. Pro hæc Fernelij opinione illud quoq; facere vi detur quod Garzia ab Horto in lib. de hiſt. aromatum, & ſimpliciũ Indiæ ſcribit c. 45. inquit enim quod lapis Bezar generatur in ventriculo cuiuſdam animalis, ex quodam Hirci generare in Perſia, Perſica vocatum lingua Pazam circa tenuiſsimam quandam paleam ſemper augeſcens, & veluti multis e tunicis cõtextus qđ ſe oculis obſeruaſſe tradit lapidem enim contritũ huiuſmodi tenuẽ pallam in maditullio continere inuenit; tum à iuris fide dignis accepiſſe oẽs in Perſia natos ſimili modo circa paleolã efformatos inueniri. Et Nicola⁹ Monardes q. Hiſpano idiomate eiuſdẽ lapidis hiſtoriã monumentis mandauit, ab eodem animali ortũ ducere non in ventriculo dumtaxat, ſed in uarijs corporis illius partibus internis enaſci, multiſq; cruſtis veluti in cepis videmus inuicẽ ſupercreſcentibus cõfici, nihil uero de paleola cõtenta dicit, ſed puluerem in ſui ſinu interno eiuſdem cum lapide ſubſtantiæ continere tradit; Fernelium Rhondelitius in ſui meth. curãdi morbos cap. 44. appendice iure meritò reprehendit eo qđ illud qđ aliquãdo, & aliquibus fit, omnibus & ſemper fieri putet, quod enim lapilli à renibus in veſicam deriuati, ibidemque retenti coagmentari ſenſim, & ſenſim posſint non eſt negandum, ſed quod & in ueſica quandoque initium ſumere posſint eſt fatendum. Si enim pueri cõmuni omnium decreto frequenter lapide ueſicæ laborant, raroque admodum nephretico dolore uexantur, quis dixerit in veſica lapillum initium habere non poſſe. Hieronymus Cardanus in com. aff. 26. 3. lib. tanquam rarò contingentem adnotauit puerum quendam de Gorlis pannorum mercatoris filium renum calculo laboraſſe, neminemque alium unquam eodem morbo affectum uidiſſe. Et Braſauolus in com. aff. 79. 4. lib. ſcriptum ita reliquit in noſtris autem pueris lapidem renum habere adeò rarum eſt ut alba cornix, cum enim in pueris calor uehemens, & uegetus ſit, fit ut in renibus omni liqueſcant, & ad ueſicam perpellantur ex Gal. ſententia, & Hipp. 4. de morbis in lactentibus quidem puerulis ueſicæ calculum generari poſſe docuit uitio lactis nutricis, at quod in renibus id fieri posſit ne verbum quidem protulit, concludendum itaque Fernelij ſententiam non undequaque recipiendam, namque ſi augeri lapidem in ueſica fatetur ipſe, cumque ex eadem materia, & ab eodem efficiente fiat augumento ex qua, & à quo fit etiam generatio, cur & in eadem generari poſſe negabimus? prima uerò ipſius ratio facilè tollitur, non ſemper enim ueſica eſt in eadem diſpoſitione, & ſtatu in omnibus, & in indiuiduali ſubiecto uirtus enim expultrix ualidior quandoq;, quandoq; imbecillior exiſtit, &

materiæ cum urina commixtæ quandoq; ſunt aliquando uero ſua naturali grauitate ueſicæ fundum petunt, ad hæc veſicæ collum patentiorem aditum præbere nonnunquam arctiorem uero quandoq; contingit. Ex quibus fieri poteſt ut materia generationi lapidis congruens modo extrapellatur, modo etiam retineatur. Nouimus Nos qui cum urina quotidie inſignem craſſi, ac uiſcidi ſucci copiam excernunt, q. ſæpè ſępius doloribus renum corripitur, nec tamen in lapidem veſicę incurrunt. Sic quidam vir Doctus tradit Leonem Monachum D. Auguſtini ann ū excedentem octuageſimum ſępe illi oſtendiſſe tantum pituitæ lentæ in matula ſimul concretæ, ut ouum Anſeris magnitudine ſuperaret, nec tamen in illo lapidem unquam genitum fuiſſe; falſum eſſe quoque illud cui ſecundum argumentum inititur, experimentum quotidie demonſtrat nullo ſcilicet lapide veſicæ detineri, qui antea nunquam dolores nephreticos paſſi ſunt. Falſum item quoque quod in poſtrema ratione ſupponitur in lapidibus omnibus veſicæ reperiri lapillum renalem pro rudimento exiſtentem; ſed ſi diſrumpantur lapides huiuſmodi ex pluribus corticibus, quemadmodum in cepis obſeruamus conſtare clariſſimè reperiemas. Ita Alexander Benedictus lib. 23. ca. 35. ſcribit ſe uidiſſe lapides e ueſica extractos magnitudine oui Gallinacei, quos paulatim materia uiſcoſa ueluti in cruſtis uarij interdum coloris, igneus calor indurauit atque ita increſcere ſenſim tradunt, quemadmodum margaritæ in conchis fieri eo modo cernũtur, unde Gemarij cum eas pulchriores reddere volũt ſuperiores cortices torno adimunt. Petrus Aponenſis in com. probl. 43. 10. ſec. ſecũdum ipſius partitione hæc tradit. Vidimus lapidem ueſicæ formatũ folium ſupra folium habentem admodum cæpę, quod ex diuerſis coloribus illius terreſtritatis humidæ efficitur. Et Iulius Cæſar Scaliger ad. Card. exe. 108. numero 3. ſcribit lapides multos ueſica cæparum more lamellis incruſtatos inferiore ſubinde coloris diuerſi conſpici. Hęc de materia lapidum omnium in corpore genitorum ueſicæq; pręſertim dicta ſint ſatis. Cauſa efficiens eorumdem non omnibus eſt eadem, pluresque a calore lapides generari tradunt, ſed & à frigore idẽ prouenire poſſe contendunt alij inter quos Marianus Sanctus in ſuo libello de lapide renum, & ueſicæ, & Cardan' in com. toties citati aff. tradidit materiam craſſam à calore, & frigore parte tenui conſumpta in lapillum in ueſica coaleſcere quamuis ſui immemor lib. 7. de ſubtilitate dixiſſet in quibuſdam animalibus puta Buffone limace, & cancro lapides generari poſſe à frigiditate in homine uerò à calore immodico dumtaxat. Verum exiſtimamus nos nullo pacto rationi conſentaneũ eſſe, nec in homine, nec in animalibus ipſis alijs lapides à frigidi-
tate

tate oriri poſſe de brutis clara eſt Ariſt. ſententia probl. 42. 10. part. in homine vero, quis tantam mente frigiditatem concipere poteſt q̃ congelationi materiarum craſſarum ſufficiat; Nec eſt quod exemplis quis oppoſitum probet. Scaliger enim loco citato ſcribit Senatoris filium eijeciſſe multos lapides, & maximos pultis modo, qui aeris contractu poſteà in gipſi tum ſpetiem, tum firmitatem concreuerunt, & ex Bauollis Oppidamus eminxit uitreum lapidem ex Praxagoræ pituita, qui dum mingeretur albuminis molitiæ erat, emiſſus verò ui ambiẽtis frigidi aeris duritiæ, ac ſplendorem vitri acquiſiuit, ideo dicendũ quis arbitrabitur, & à frigido in corpore animantis dureſcere, ac oriri lapidem poſſe, ſed comparatio claudicat, fatemur quidem ambientis frigiditatem quod Scaliger tradit perficere potuiſſe, at in humano corpore ſeu alterius bruti animantis eiuſdem cum ambiẽtis aeris frigiditate gradus frigidam qualitatem reperiri poſſe negamus, ſiq́; dederimus reperiri poſſe aliqua in corporis parte frigiditatem quæ coagere, ac in lapidem confirmare ſuccos poſsit in uniuerſo quoque corpore talem cum uita caloris gradum adeſſe fatendum erit, qui congelationem eorundem, diſoluere poſsit, ſi quidem quæ à frigido denſantur à calido diſolui, experimento coſtat. Quod ſi Gal. in 6. Epid. com. 3. aff. 15. dixit ueſicam frigidam neruoſam, & pauci ſanguinis exiſtentem craſsitudinem in ipſam tranſmiſſam cogere, & conſpiſſare, qđ etiam lib. de renum dig. & curat. c. 9. repetit id ſano modo intelligendum eſt, nam ſi per hæc uerba Gal. uoluiſſe dixerimus frigiditatẽ poſſe humores abſolutè ſuptam condenſare, & in lapidem cõuertere hoc maximum eſſet abſurdum, cum ſemper lapides ex renibus a calido fieri alibi pluries docuerit, præſertim lib. 1. de aliment. facult. cap. 5. & 3. eiuſdem cap. 1. 6. præterea & in com. 26. aff. 3. lib. lapidem in ueſica pueris ob uegetum calorem fieri tradidit, quod etiam idem Gal. & Hip. in lib. de natura humana tex. 1. docent. Et Ariſtot. ipſe probl. 42. 10. ſec. confirmat. Itaquè eius verba in Epid. ſunt interprætanda cum inquit in lapidem denſare poſſe ueſicam frigido ſuo temperamento ſuccos craſſos; per frigiditatem intellexiſſe non abſolutam frigiditatem, ſed calorem imbecilliorem, ſic enim Gal. cerebrũ, veſicam, aliaſq́ue partes comparatiuè ad calidiores frigidas ſolet appellare, quas tamen calore præditas eſſe non eſt ambigendum. Erit itaq; uerborum Gal. ſenſus, lapidem concreſcere in ueſica poſſe non ſolum per calorẽ excedentem, ſed etiam per tepidum calorem, quod ipſe clariſsimè li. de renum dig. & cur. per hæc uerba docuit. Si craſſa materia eſt ſuffi• cere poteſt tepida, & moderata caliditas, & quę naturalis eſt ad firmandam, & indurandam terrę modo hanc craſſam materiam, eſt enĩ

craſſities ad generandum lapidem ſingulariter accomodata. Sin tenuior eſt, vehementiore tum planè indigebit caliditate ſiue naturali, ſiue præter naturam qua dureſcat in terram, ſi quidam calor tantum tenues partes euaporare facit, atque ita vbi valuerit lapidem conformat, Ideoq; ſimplici verà calore in nobis fit calcul⁹ ad q̄ reſpiciēs Serapio tract.4.c.49. lapidis cauſam efficientē voluit eſſe ſm̄ plurimū caliditatē igneā, & qn̄q; caliditatē ꝑpatā deſinat itaq; Doct. Mercurialis facit lib.2.variæ lect.c.11.Gal.reprehendere, quod loco citato Epid. uoluerit lapidem à frigido efficiente condenſari poſse, quod tantum abeſt, Gal. mentem fuiſſe quin potius id aperte negarit loco citato li. de renum dig. inquiens fieri non poſſe ut uiuo corpore tantum frigus accidat, quo concreſcere ualeat in homine lapis, quemadmodum fieri videmus in externis; quod pariter Alex. probl.110.1.lib. comprobat, ait nunquam non ſolum in pueris ſed & in ſenibus lapides à calore fieri, haud enim tantam refrigerationem eſſe in illis putandum, quantū nix & gelu contrahunt, quippe ſummum frigus renes omninò interimere poſſe. Iam itaque quę cauſa tùm materialis tum efficiens in corpore noſtro lapidis eſſe poſſit ſatis quo ad præſens ſpectat negocium declaratum cenſeo, prę ſertim uerò in ueſica, cuius lapidum admirandorum, renumq; ſimul, primo loco hiſtorias recenſere decreuimus, A caſu notabiliſſimo quem in Vrbe noſtra contigiſſe notiſſimum eſt, exordientes. Nobiliſſimus Annibal Conſtantius læuis armaturæ equitum tùnc Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi Ducis Præfectus cum ipſum lapidem in veſica habere omnium ſignorum conuerſu Medici arbitrarentur, & certior efficeretur cathetere rem tentari uoluit, quare acceſiti peritiores Chirurgi impoſita ſyringa argentea, ſe nullum lapidem perſentire conſtanter unanimi conſenſu affirmarunt, verum nullis prę ſidijs conferentibus à Faloppio tunc Excellentiſſimo Medicinam Patauij faciente, vt curaretur Patauium ſe contulit, qui omnia lapidem atteſtantia ſigna conſpicatus, lapidem in ueſicam adeſſe teſtatus eſt, at cathatere impoſito ſe calculum perſentire non poſſe pluries miratus eſt. Quare negotio infecto Mantuam reuerſus, poſt multos, longoſq; cruciatus e uiuis deceſſit, diſecto cadauere lapis inſignis magnitudinis in veſica adinuentus vndiq; tamen humore multo, ac craſſo circumueſtitus inſtar anguillæ pellis inuolucro circumambiente, quem calor imbecillior (erat enim ſeptuagenarius) quominus lapideſceret effecerat, ſicuti anteactis annis calore vegetiori exiſtente eiuſdem ſobolis humor ſenſim, & ſenſim in lapidem degenerans concreuerat quominus itaq; ex ſyringę contactu lapidis ictus perciperetur à Chirurgorum tactu integumentum illud fuit in cauſa, quod nūquā

ab

ab alio authore obſeruatum legere contigit, ſiue antiquos Græcos, Latinos, & Arabes, ſiue recentiores ſpectes, uno excepto Iacobo Holerio cap. de Lapid. quo loco hiſtoriam mercatoris commemorat, qui cum omnia lapidis ſigna uiuens haberet nec tamen chatetere reperiri poſſet, eo tamen mortuo duo magni calculi inuenti ſunt ponderantes vnicas binas, cum tenui ſinguli membrana utrique ſua incluſi. 2. loco illud in lapide ueſicæ animaduerſione dignum putamus, quod ſicuti communiter calculum in veſica dimoueri urinaque inatare accidit, ita quandoque ueſicæ parietibus hæſere obſeruatum eſt. Aræteus capitul. 4. 2. libr. quibus ſignis calculum veſicæ hærere dignoſcatur per hæc uerba docuit. Quod ſi ueſicæ inhæſerit calculus ex colloquationibus patefiet, ſed neque dolorum, neque grauitatis expertes ſunt, licet urinam expeditæ reddant. Fernelius loco ſupra citato ita & ipſe ſcribit. At uero nonnunquam ſummæ ueſicæ adhæreſcens calculus, & quaſi ex illa propendens uix ullum ex dictis ſignis manifeſtè exhibet, & uiſi ſunt qui nullo dolore diù illam geſtauerint. Id tamen fieri non poſſe Raſis eſt author qui 10. cont. c. 2. ita ſcriptum reliquit, exiſtimauerunt quidam quod lapis generetur adhęrens ueſicæ omnino, & non ſic erit, quoniam non erit adhęrens ueſicæ omnino. 3. adnotandum lapidem unicum & plurimum in ueſica reperiri nonnunquam tamen licet infrequentius plures diſſecta ueſica reperti ſunt. Narrat Io. de Tornamira in ſua praxi. capitul. 75. quod quidam Cardinalis qui pluries in anno dolore renali ex calculo corripiebatur, dum fuit poſt mortem euiſceratus ut moris eſt reperti fuerunt in eius ueſica quatuordecim lapilli qui omnes erant rubicundi in centro, & omnes uenerant à renibus, quorum quidam erant in forma propria, quidam uerò ſuperinduerant tunicam, quidam duas, & qui vidit teſtimonium perhibuit; Braſauolus in com. præcitati aff. ſe in lanio quodam in ueſica lapillos renales plus quadraginta reperiſse teſtatur. Nec ſolum à renibus plures lapilli ad ueſicam detuſi in eadem adinueniri quandoque dicendi, ſed & plures in eadem generari poſſe, quod teſtatum reliquit Idem Braſauolus ibidem inquiens in D. Alberti Sauonarolæ ueſica poſt mortem illius ſe decem lapides reperiiſſe, qui magnitudinem oui columbæ, imo & maiores erant quiq; eandem præciſè formam ſeruabāt, ac ſi arte fabrefacti fuiſsent, quorum omnium ſimul pondus fuit unciarum ſex & ſemis, & ſinguli ſemi unciæ pondus excedebant, duriſsimiq; erant hos non à renibus ortum traxiſſe, ſed in ueſica genitos determinat, unde iure Auicena eodem tractat. c. 5. ſcripſit. Et accidit quandoq; ut in ueſica vnà ſint duo lapides, & plures illis. Et Raſis 10. cont.

dixit

dixit quidam emiſit lapides ſeptem, & Anſilis tradidit referente Nicolo cap. de lapide fortaſſe erit in ueſica de lapide numerus multus, fortaſſe euentuſque ad. 10. In Magiſtro Canano Vrbis noſtræ ceradone cum nunquam nephreticis doloribus vexatus fuiſſet poſt mortem deciſa ueſica tres lapides ſatis dicentis magnitudinis extracti fuere. In mulierum ueſica generari lapides rarum eſt eo quod ueſicæ collum latus, & breuis habeat, ob idque difficilius in earum veſicis craſſæ materiæ detineantur, hoc tamen aliquando factum à ſcriptoribus memoriæ mandatum eſt, Teſtatur Valaſcus de Tarantá. cap. de Lapid. ſe uidiſſe mulierem. 40. ferè agentem annum, cui extracti fuerunt duo lapides, quorum alterum erat ad magnitudinem oui columbę, alterum uerò ad magnitudinem oui carduelis. Scribit Beniuenius. cap. 80. mulieri patienti lapidem in ueſica ſuppreſſam fuiſſe urinam, at lapide ferramentis diſrupto reſanatam fuiſſe. Teſtis eſt Alexander Benedictus lib. 23. cap. 36. Virginem, quæ acum orinalem deuorauerat, & oui magnitudine Gallinacei lapidem in ueſica humoris mucidi circa acum ſenſim acretione, ad ultimam ferè tabem redactam, patefacta ceruice magno impetu lapidis ingens pondus in ſellam demiſiſſe Io. de Tornamira loco citato ſe uidiſse ſcribit binas mulieres uiduas pati lapidem in ueſica, quorum altera fuit ſciſſa infrà collum matricis, & lapis magnus fuit expulſus. Hinc non iniuria Hipp. lib. de natura muliebri medicamenta ad calculoſam Virginem deſcripſiſſe dicendum calculique in muliebri ueſica curam docuiſſe Aetium ſe. 16. cap. 99. In renam lapidibus illud mirandum quod aliquando hamati obſeruentur teſt. Aretei, qui ita lib. 2. cap. 3. ſcribit. Agerimè autem calculi tortuoſi exeunt quoſdam enim & hamatos vidi; Renum, & ueſicæ lapidem morbum hæreditarium eſſe adnotarunt nonnulli, imò pleriqueeo quod orta omnia principijs ſuis atteſtentur, vnde filij plerunq; talem membrorum temperamentum, & conſtitutionem uaſorum qualem patres obtinere conſueuere, & quod maius eſt atteſtante Ptolomeo in quadripartito, filij patris fortunam conſequi ſolent, ex quo tantò magis dicendũ ex ſanis ſanos, ex ualetudinarijs valetudinarios generari nihil prohibere dicente Hipp. lib. de morb. ſacro, quod ex pituitoſo pituitoſus, ex bilioſo bilioſus, ex tabido tabidus gignatur. Et lib. de aere, aquis, & locis quærens cur nonnulli circa Meothim Paludem capitibus oblongis naſcantur, id in ſemen genitale reijcit, cuius cauſa ex caluis calui, ex cæſijs cæſij, ex diſtortis diſtorti, & ex Macrocephalis Macrocephali progignantur, quam pariter ſententiam Ariſt. lib. 7. de natura animal. cap. 6. ſecutus eſt dum ait ex lęſis lęſos, ex claudis claudos, cæcos ex cęcis gigni, deniquè ſæpè ſimiles numero in re quæ præter na-

turam

turam comitetur, & ſigna habentes ſibi cognata hæreditaria, ut uerrucas, neruos cicatrices, aut quid aliud generis eiuſdem, idem quoque affirmarunt Gal. 6. aff. 18. & Auic. 2. p. Doct. 1. c. ult. & Lælius Aurelianus in lib. χρόνων. cap. 2. Accidit itaq; lapidem morbum eſſe hæreditarium etiam aut. Auic. cap. de Lapid. renum, ideſt quod Pater lapide renum vel veſicæ laborans filium in quo uitæ tractu naſcatur eiuſdem generis lapis generat. Non enim dicendum cum Rhondelitio iure hæreditario à parte filios lapides ſuſcipere, eo quod enim lapide multi naſcuntur Hipp. ſententia fuit lib. de Coacis prenotionibus hominis ab anno quadrageſimo ſecundo uſque ad ſexageſimum lapide non laborare quod ſicuti ſuis temporibus verum fuiſſe, forte credēdum, ita hodierno ſeculo falſiſsimum eſſe probat experimentum; nec mirum ſanè cum ipſe li. de aere, aquis, & locis antiquitus infames fuiſſe tradat, qui ante cęnam quicquam edebant, quod etiam teſtatus eſt Plutarc. 8. ſympos. 6. At noſtris temporibus pluries in die comeditur, nec minus prandio, & cæna utimur, illiſque lautiſsimis omnium cibariorum opiparorum genere, ac uinorum tum copia, tum uarietate affluentibus. Nec ſunt ut Horatius, & Martialis ſuadent mente faciles, & ſine arte, quinimò quotidie uaria æduliorum genera ab hominibus, uariiſque apparata culinæ artibus ad gulam imitandam contra Diſſarij Medici documenta apud Macrobium. 7. ſaturnal. cap. 4. proh pudor excogitantur, ſed ad rem noſtram reuerſi dicamus, quod licet Gal. 1. de locis aff. cap. 5. ſcripſerit lapidem ſolum in renibus, & ueſica, & ut nō nullis placuit etiam in colo inteſtino generari poſſe nihilominus in multis aliis corporis noſtri particulis idem effici poſſe multiplici experimento obſeruatum eſt, quinimo in qualibet generari poſſe corporis noſtri parte lapidem rationi conſonum eſt cum cauſatùm efficiētùm materia (quemadmodum ſuperius adnotauimus) reperiri liceat. In capite fieri poſſe lapidem uoluiſſe Hipp. lib. de vul. cap. tradit Braſauolus in com. 26. aff. 3. lib. quamuis me id in eo libello degiſſe non recordor, Author eſt Io. Komnanus in libello de lapidibus in humano corpore repertis, in cerebro pauperis cuiuſdam ex diuturno, & contumaci capitis dolore extincto, & diſſecto repertum fuiſſe lapidē Mori imaginem referentem. Cornelius Gemma lib. 1. Coſmo. cap. 6. ſcribit; In cerebro apud nos paruus inuentus eſt lapis illi non abſimilis, quem Deſdrenſis Medicus Io. Centimanus inter Geſnerij monumenta deſcripſit legimus Iacobum Holerium in ſcholio. 45. obſeruaſſe calculos in capite generatos. In guture generari lapidem author eſt Au. ſen. 9. 3. in calce capitis. 9. Sub lingua lapidem ad quantitatem fabæ generatum ſe uidiſse ſcribit Gentilis referente Nicolo. ſ. 4. tract. 1. c. 6.

& Abyn-

& Abynzoar lib. tract. & cap. 2. tradit ſe obſeruaſſe calculum adeò magnum ſub lingua generatum vt linguæ motum impedierit, quo extracto rediit lingua ad priſtinum ſtatum. Iacobus de Forliuio & ipſe affirmat ſe vidiſſe ſub lingua lapidem genitum in quodam D. Nicolao de ſumma Ripa. Koinnanus pingit in ſuo libello lapides in faucibus, & tõſilis repertos. Cornelius Gemma ubi ſupra inquit ſemel cuidam ſeni à Nobis diſſecto præſentib' ſtudioſis plurimi lapilli uiſi ſunt accreuiſſe circa baſim arteriæ magnę. In pulmonibus lapidoſum corpus genitum teſtatur Gal. 4. loc. aff. cap. ult. hiſtoriam deſcribens cuiuſdã diuturna tuſſi uexati qui fruſtulum quoddam paruo grandinis grano haud abſimile excreuit: refert Gentilis quod uidit mulierem ferè ſuffocatam, quæ tandem expuit quoddam fruſtum in quantitate oſsis dactili ſolidum conglobatum, & lapidoſum in pulmonem, ſubditq; & dixit AlKindus uidi patientem ſpuere per os poſt ſputum ſanguinis lapides paruos cum tuſſi uehementi. Tradit Beniuenius ca. 24. quendam Henricum Alemanum lateris dolore cum tuſſicula ſicca per trienniũ uexatum tandem calculum ad auelanæ magnitudinem extra pectus ꝓpulſaſſe ac ſanitati reſtitutum. Iulius Cæſar Scaliger ad. Card. exerc. 108. numero 3. teſtatur ſe uidiſse in pulmonibus Alberici Quæſtoris aliquot duriſsimos calculos æquabili ſuꝑficie, colore argillaceo. Calculi ex pulmonum arterijs excreti meminit Rembertus Dodonæus cap. 23. exemplorum medicinalium. Habemus à Fernelio li. 5. de part. morb. & ſymp. cap. 10. uirum quendam quoties exercitatione incaleſcebat concitata tuſsi calculos e pulmonibus edidiſse præduros, eoſque modo hordei, modo piſi magnitudine & in nonnullis ex ortopnea extinctis diſsectis in pulmonibus veros calculos deprehendiſse. Alex. Tralianus lib. 5. cap. 3. ita ſcriptum reliquit. At quod ego ſpectaui nõ prætereundum ſilentio eſse, ſed uobis quoq; exponendum duxi, nam mihi uiſum eſt peregrinum, & admirabile. Vir quidam calculum exquiſitè figuratum expuit, non craſsum humorem, & uiſcoſum, ſed re uera calculum non aſperum, ſed eum valde læuem durum, & renitentem, vt in terram quoq; proiectus ſonum ederet. Hic uir longo tempore tuſsi vexatus, non potuit ne ualde tuſsiret liberari quouſq; calculum expuiſset. Idem voluiſse Aretæum lib. 1. c. 12. videtur ubi de pulmonarijs verba faciens inquit. Tametſi his pulmo non ſuppuret, humorũ tã veluti concretorum plenus eſt. Victorius Trincauelius lib. 10. cur. par. aff. c. 6. habet: Fuit quidam Venetijs ut retulerunt Medici qui interfuere, qui uehemẽti tuſſi lapillos ex pulmonibus eiecit. In pulmonib' uiſos, & ab illis extractos manu propria ſcriptis mandarunt. Komnan' libello citato & Columbus de his quæ rarò in Anat. fiunt lib. 15. In

cor-

cordis arterijs etiam bilem in tophi nigri ſpetiem cōcretam in duobus qui à ualida pilæ exercitatione repentina morte ſublati fuere ſe obſeruaſſe ſcribit Fernelius lib.5.de part.morb.c.ult.In Corde repertos duos lapillos fuiſſe in muliere quadam legitur apud Holerium li.1.de morb.int.in ſcholio c. 27. In ventriculo generari aliquādo lapidē teſtis eſt Gentilis ut refert Nicolus.ſ.5.trac.4.c.53.hanc recitans hiſtoriam.Magiſter Ioan.Iuliani de Furliuio miſit mihi lapidem in quantitate unius nucis uomitu expulſum poſt dolorem ſtomachi, cuius lapidis durities erat ſupra duritiem gipſi, figuraq; eius erat ſicuti figura oui. Scripſit Gilbertus eodem referente Nicolo ſe uidiſſe lapidē vomitum reiectum in ventriculo genitum, Cornelius Gemma loco ſupra allegato ita ſcribit.Mulier quędam poſt diuturnos ſtomachi dolores lapidem excreuit per inteſtina triangularem caſtaneæ nucis quantitate credo in Pyloro per annum integrum latuiſſe, ut antecedentiū ſymptomatum ſeries,ac natura monſtrauit. In Epate generatum lapidem in Inclito Auguſtino Barbarico Venetiarum Duce inuētum fuit, cum illius uiſcera extraherentur à Chirurgo. In Epatis tunica repertos lapillos in muliere quadam nobili dolorem hepatis patientem, teſtatur Beniuenius cap.3. qui in Iecinoris membranæ parte decliniori colore,& figura diuerſa congeſti uiſebantur, alij tamen rotondi, alij angulares,quadrati alij prout poſitum,& caſus effecerat maculis etiā rubeis,coeraleis,albiſq; diſtincti, hi ſua grauitate ex tunica ſaculum longitudine palmi,latitudine uerò duorum digitorum effecerant,atque patientem ad mortem perduxerunt; & Dodonæus in ſcholio eiuſdem cap.habet. In hepatis membranis lapides reperiri ex rariſsimis eſt. Iecur autem vel unam aliquam eius partem indurari frequentius accidit, memini ego nonnullorum qui ab Ictero in Aſcite delapſi erant Iecinora uidiſſe, adeò dum & lapilles undequaq; plena ut nouacula perſcindi non potuerint perſimilem quoque hiſtoriam alterius mulieris deſcribit cap. 94. Author eſt Scaliger loco dicto ſe à remigis cuiuſdam hepate lapidem unum durisſimum carnei coloris diluti extractum uidiſſe, & in Iecore cuiuſdam Senatoris inuentos fuiſſe lapides atros qui in aquam iniecti intumuere.Scripſit Matthiolus li.epiſ.5.lapidem amigdalinæ nucis magnitudine in Iecore Aureliæ Petrucię Pandulfi Tiranni coniugis ſenis repertum.Trincauelius vbi ſupra ſcribit & ipſe.Nos autem cum aliquando ſectionibus corporum Venetijs operam daremus in quibuſdam cadaueribus quæ in illis Hoſpitalibus ſecuimus,reperiebamus interdum lapideas quaſdam durities in Iecinoris ſubſtantia concretas. Realdus Columbus loco ſuperius adducto ſe manibus propriis à Iecore lapides extraxiſſe affirmat,& Komna

nus libello iã toties dicto lapides ĩ hepate reperti figurã pingit. Ibidẽ Colũbus ait ſcribit In vena portæ ut tuis oculis vidiſti Iacobi Bonæ in Venerabili Egnatio Generalis Congregationis Ieſu lapides Inuenimus, nec nõ & in venis hem oroidalibus. Iacobus Camenicen' in quadã ſua Epiſt. ad Petrũ Andreã Matthiolũ eũ certiorẽ reddit ſe in hydropico quodam diſſecto, reperijſſe uenas hepatis in parte caua extẽſas prius, quam in cõem caudicem portæ deſinant, obſtructas omnes lapillis eas diſtendentibus, foris nigris, intus flaueſcentibus. In Meſenterio pueri cuiuſdam ſutoris lapides inuentos teſtatur Ludouic' Duretus in ſcholio.45. in Holeriũ. In ueſica fellis lapides plures viſi fuere, atteſtante Gentili ſe in quadam cui uiſcera extracta fuere, ut corpus aromatizaret in poro veſicę fellis ſeu meatu adinueniſſe lapidem ad uiriditatem decliuẽ, ex quo ictericiã fieri poſſe recetiores iure adnotarũt. Et Nicolus loco ſuperius allato tradit ſe vidiſſe in Kiſtibilis vxoris Dñi Gianozzi de Pandolphinis lapidẽ generatũ, & Beniuenius c.94. in quadam nobili muliere cui nomẽ Diamantes lapidẽ in fellis folliculo coloris atri magnitudine caſtaneæ aridæ adinuẽtũ, & Dodonę' in ſcholio eiuſdẽ c. tradit In folliculo fellis natos quoq; calculos & nos obſeruauimus ſolent aũt iſti ſubluteo colore pallere na ſit & cibi faſtidio laborare & diutine aduerſa valetudine frui, memorat p̃terea idem Beniuenius pluries in hepatis tunica repertos Camnicenus in memorata Epiſt. teſtis eſt Georgio Bohemiæ Regi poſt mortẽ folliculũ fellis exẽptũ in quo loco bilis lapis cõtinebat Hęmatitidi lapide colore ſimilis. Et Duretus eadẽ ſcholio 45. in folliculo fellis lapillos quinquaginta tres in Auernia nobiliſs. Muliere repertos ſcribit, de lapidis ĩ cyſtilli fellis inuenti figuratione legere eſt Komnanũ. In Vincentij de Rubeis anno 1574. extincto folliculo fellis inumeri ꝓpemodũ lapilli ſubnigricantes quidã flaueſcẽtes alij reperti ſunt piſi magnitudinẽ ęquatos quidã, cæteri minores oẽs, lapillorũ in ueſicula fellis extractorũ verba facit Realdus Colũbus lib. eodẽ 15. ſed quod à Fernelio ſcribitũ admirandum in ſene quodã ſcilicet decrepito mireq; ad iram prono poſt deceſſum nullã bilis ueſiculam adinuentam, ſed eius loco conſedentẽ magnũ calculum conſpectũ, ꝙ oẽm propemodum fidem ſuperat. Scribit Veſſalius lib. fabr. hum. corp. 5. cap. 9. in Ciue Patauino ꝑ triennium carcere detento, nigro arquato in maximis meroribus defuncto in gibba lienis parte adipẽ adnatũ in candidiſsimũ, & duriſsimum lapidem concretum in publica ſectione reperijſſe. Aeti' ſec. 16. c. 98. calculos aliquando in utero generari ſcribit. Et Hipp. 6. de popul. morb. famulæ Dyſeridis hiſtoriã recenſet, cui cũ eſſet ſexagenaria ex ore uteri extractus eſt lapis aſperus, & magnitudine verticelli fuſi, &

lib.

lib. de humoribus in matrice reperiri genitos lapides teſtatur. Marſilius de Santa Sophia in ſuis in Auic. com. ſe lapidem uidiſſe genitum ī matrice, & ab illa extractum teſtis eſt. Concretum lapidem in utero mulieris cui diſſecandæ in ſcholijs publicè præfuit author eſt Duret⁹ vbi ſupra. Extincta Hippolita Gata Corrigēſi doloribus vterinis diù vexata cum febre, lapis incredibilis magnitudinis gipſeæ conſiſtentiæ multò nigerimo mucore innatans diſſecto utero extractum fuit. cuius rei nos multos habemus teſtes. Nos in D. Federico Triuiolo diſpoſitorum equorum Mantuæ Magiſtro in glanduloſo corpore illo, qui veſicæ collo adnaſcitur, & in quod deferentia ſemen vaſa, poſtquam coiere inſeruntur ſeminis elaborationi præter alios uſus inſeruienti, quēadmodum probat Veſalius aduerſus Gal. lib. 5. hum. fabr. cap. 13. obſeruauimus lapidem infixum non poterat hic uir ſemen niſi paucū admodum, aquoſumq; valde in coitu excernere, diſſectuſque pro lapidis veſicæ extractione ab Empirico occubuit, & in Io. Maria Facino Medico Mantuano in eodem corpore glandoſo ut mihi retulit Corneli⁹ Manilius Chirurgus in diſſectione lapillum puſillum inuenit. Quare textus Raſis 10. cap. 2. cùm ait, Et non uidimus lapidē in glandulis exiſtimo mendoſum eſſe, & poti⁹ legēdū eſſe, Nos uidimus lapidē in glādulis, ita ut impreſſoris uitio littera. S. fuerit cōuerſa in. L. & N. Colūb⁹ ſe in ureteris vidiſſe lapides eodē loco cōfirmat. In Inteſtinis generari lapides quoſdā dixiſſe ſcribit Gal. 6. de locis aff. cap. 2. ſe tamen nūquam id eueniſſe uidiſſe, aut audiuiſſe teſtatˉ etiā lib. 1. eiuſdem cap. 5. quod generatur in colo lapis ut nonnullis placet. Auicena fen. 16. lib. 3. tract. 3. cap. 6. hæc habet: Et exiſtimauerunt quidam, quod quandoque lapideſcit illud quod retentum eſt in inteſtinis, & egreditur lapis. Et Raſis in Diuiſionibus ſcribit, & dixit Iudæus, quod fit etiam colica ex lapide generato in Colon quod pariter Iſaac confirmat, & 8. cont. habetur. Et dixit Iudæus plures uidi in ſtercore emittere lapides, ſed eos curaui cum oleo penta dactilibus, & hyera Gal. ſuppoſitis in clyſteribus facta aliquali mollificatione. Antonius Guainerius in tractat. de calculoſa paſsione. capit. 1. ſcriptum reliquit ſe Cherij vidiſse ruſticum quændam qui ſæpius per quindecim dies per aluum non depoſuit, excreuiſſe tandem non unum, ſed plures lapides in inteſtinis genitos magnitudinis unius nucis. Beniuenius capitul. 9. tradit Mariottum pallam pharmacopolam cum dolore inteſtinorum uexaretur, eiuſque uenter nihil ferè & id quidem ægrè, atque liquatum redderet, tandem lapidem uentre fomentis humidis emollito inſtas columbini oui proieciſſe. Braſauolus in Comento affect. 79. 4. lib. ſe Ferrariæ obſeruaſſe mu-

lierem Gallam lapides quinq; ex anno eieciſſe quos maleo ferreo contundens in puluerem redigebat ac ſi eſſent percoɛti lateres. Scaliger loco citato adnotat quod in ſene qui ſummo dolore inteſtinorum ſine febre, ſine tumore excruciabatur, ac pondus in ipſis inteſtinis percipiebat, & quotidianis deieɛtionibus aluum exonerabat, tandem inieɛto tertio clyſmate magna uis lapidum eduɛta fuit. Fernelius lib. 6. c. 9. morb. par. ſæpè ſe uidiſſe teſtatur ex craſsiori pituita in cæco inteſtino, aut coli cellulis diutius coercita calculos concretos inſtar nucis iuglandis, & in quodã magnitudine caſtaneæ calculos quarto, aut ſexto quoq; die dolore nullo exturbari. Legitur in ſcholio Dureti. 52. in Holerium anno 1559. accidiſſe mulieri cuidam nobili, ut nihil ſtercoris excluderet, dolor ingens aderat in ano qui nullis remedijs cedebat, nihil ſpeculo immiſſo apparuit in interiore reɛto inteſtino, tandẽ ſumma ui, & eo dolore qui in partu difficilè excitatur, rotondum globum tophaceum e cæco inteſtino deiecit. Scribit Ioannes Matthæus de Grado in 2. parte ad Alm. cap. 11. Ego caſum vidi mirabilem in vxore D. Antonij de Canobijs Papiæ in colica clamoſa, quæ non poterat aliquo ingenio curari, & tandem emiſit natura lenitiuis per ſurſum, & deorſum immisſis tres lapides magnos durisſimos, quorum quilibet fuit quantitatis vnius oui Gallinæ, & uidebantur quod eſſent fœces ita indurate, & erant cinericii coloris. Trincauellius li. 10. par. morb. cap. 6. Ita ſcribit. Ego memini quod Venetijs ingenuus quidã uir poſt multos uentris inferioris dolores, & cruciatus, cum ad deijciendum aſſurexiſſet excreto lapide inſignis magnitudinis ab omni dolore liber euaſit, ſed ille qui cum Eccellenti Fringemelica uerſati ſunt familiariter norunt ab eo ſuperioribus annis poſt uehementes dolores in inferiori ventre, lapillum fuiſſe cum reliquis excrementis excretum ꝑ inferiorem aluum. Sauonarola traɛt. 6. cap. 16. rubrica. 20. ſcribit. Vidim[9] Nos quendam puerum emittentem plures lapides groſſos ſicut nux per anum, & non tam groſſos per virgam. Komnanus lapidum ex inteſtinis excretorum icones pinxit, & Corn. Gemma eodem loco citato toties hęc adnotauit. Mirabilius multò quòd per ſedem ſimiliter excederit fœminæ uetulæ prægrandior lapis omninò rotondus, ſaltem ouali ſpetie foris partim fuſcus, partim ater ueluti ambuſtus, quem cum perforare paululum attentaſſem, disſiliens in duas partes intus ſubſtantiam inſtar uitri purioris, aut cryſtalli pellucidam multis ſtriis atq; radijs in unum centrum confluentibus oſtendebat hunc in cęco inteſtino per aliquot menſes concretum latuiſſe non dubitabam ex doloris loco. quem ante perceperat, partiſq; laborantis tenſione, & grauitate in dextro Ilio ſub coſtis ſpuriis, vbi cæcum illud inteſtinum ſi-

bris

bris membraneis tum peritoneo,& hepate,tum meſenterio allegatur. Lapidem ad oui Gallinacei magnitudinem Illuſtris Comitis Marci Taurelli ſcriba in colico dolore excreuit. In inteſtino côlo lapidem ſe uidiſſe teſtatur Columbus loco dicto ſuperius. Et Arculanus in 9. ad Almanſorem agit de Fluxu lapidoſo. Lapideſque exemiſſe à Peritoneo & omento;lapidoſam materiam gipſeam ſub umbilico extractam corpus in com.in Anatomen Mundinus atteſtatur ſe conſpexiſſe. Author lib. deffinitionum mod.tophos in umbelico generari ſcribit, & huiuſmodi affectionem Poromfalon appellat In Iuncturis Padagrici ſuo malo teſtari poſſunt manibus inquam,pedibus,genubus,cubitibuſq; præſertim tophaceos gipſeoſq; lapillos,nec non in aurium extremitatib', & palpebris generari,quod etiam quotidie Medici,obſeruant, & intuentur. In abſcesſibus lapides concreſcere Raſis 10. cont. 2. Gal.lib. de Tumoribus præter naturam,& 2. ad Glauconem; Et Trincauellius ubi ſupra ſcribit ſe uidiſſe dū nobili Matronę ſecaretur abſceſſus chirurgum extraxiſſe duram quandam materiam,ex eo abſceſſu,quam diſcernere non poteramus,nùm lapis potius eſſet,uel os. Vxori Franciſci Fantini poſt puerperiū excreuit in fœmore tumor ſatis notabilis, qui cum quotidie maior euaderet, poſt uaria appoſita topica medicamēta diſſectus eſt tumor,extractuſq; lapis albus magnitudine oui Gallinacei proximus, cuius rei teſtem adducimus Excellentiſſ. Franciſcū Valerium Medicum Mantuanum,qui curæ non ſolum interfuit, ſed p̄fuit. Gulielmus Rhondelitius loco ſupra adducto tradit ſe ab abſceſſu hepatis matris doctiſſ. cuiuſdam Nemauſenſis lapides osſibus ſimiles redditos,& eiuſdem generis ex abſceſſu inteſtinorum mulieris Mōtisbani exemptos. Ex iàm dictis itaq; patere poteſt in qualibet corporis noſtri parte calculos concreſcere poſſe. Reliquum modo eſt admirari Ariſt. ſcribentem probl. 42. 10. ſec. nullum animal calculoſum fieri præter hominem. Cum Raſis loco toties citato ſcripſerit, ſe uidiſſe lapidem in Equis,& in Porcis. Plinius lib. 11. natural hiſt. ſcribit in vētre Iuuencarum lapidem inuentum,quem Tophum nominat,& lęuiſsimus prodijt. In bobus per anum excretos lapides huiuſmodi plures vidimus,& notabilis magnitudinis unum domo adſeruamus, hi ſi interius ſpectentur,èx pilis conſtare dignoſcuntur, quos lingua lambentes ſe boues deglutire cenſeo, ex illiſq; adurente calore lapides illos ſæues, imò læuiſsimos conſtare non dubito. Mortuo boue ex urinæ ſuppreſsione diſſecta ueſica lapillis durisſimis magnitudine fabę quāplurimis referta inuenta eſt,quorum aliquot habemus adſeruatos. Et in Tauri ueſica fellea lapidem naſci, quem Arabes uocant Harathzi, atq; ad ictericiam facere dicunt. Scribit Moſes in Kimhi in ſuis com.

Conci-

Conciliator Aponenſis in com.probl.ſuperius adducti, tradit, ſe audiuiſse à ſocio ueridico in ſubſtantia hepatis porci adinueniſse lapidem ad magnitudinem oui contumacis in pelicula inuolutum, ſeq; uidiſſe in ueſica porci lapidem magnum. Refert Agricola in capi Iecore inuentum fuiſſe lapidẽ candidũ ſubfuſcũ, & ſuperiori parte, quæ arctior ad dextram extuberat fuſcum, inferiore, qua latior cauernoſum, cœterũ pro loci natura incredibilis magnitudinis. Scaliger exer.125. dum opus illud de ſub.aduerſus Card.praderet equũ egeſiſſe tophos duriſsimos, quorũ unum adſeruauit. Quis itaq; cum Ariſt. affirmare audebit, nullum animal uno homine excepto calculo affici. Verum ne tantum philoſophum indefenſum dimittamus dicendum cum Conciliatore in com.eiuſdem probl.Ariſt.dictum non eſſe abſolutè ſumendũ ſed interpraetandum ut in pluribus verificari: nam pręter adducta exẽpla. Alectorium lapidem quaſi dicat Gallinaceum in uentre Galli tradunt, ut ſcribit quidam uir Doctus. ut interim cancrorum, Bufonum, ac limaciarum lapides omittamus, ex quibus ſi abſolute prolatũ Ariſt. ſermonem dixerimus, falſam omninò eiuſdem ſentẽtiam fatendũ erit.

Oſsium miræ affectiones. Lib. V. Cap. I.

NOn deſunt circa humani corporis oſſa infrequentes caſus, ob idq; admirandi, puta fractiones, depreſsiones, eroſiones, luxationes & excretiones, quorum in præſentiarũ uerba facere ad ſcopũ propoſitũ conſequendũ noſtrũ eſſe arbitramur à fractionibus exordiẽtes. Vincentius Morellus illuſtris poetæ, nobiliſq; Patritij D. Dyoniſij de Pretis auriga cũ alijs cõſeruis Luſitanus arrepta è mẽſa dimidia mali aurati parte in ſociũ antecurrẽtẽ ꝓiecit, maius ſibi malũ, q̃ alteri parãs, eo nãq; in brachij ualido motu os humeri dexteri ita ꝑfractũ fuit, ut rapti oſsis capita inuicẽ diſiuncta manifeſtè tactu deprehenderẽt, at auditu mirũ uix oſse illo fruminato cũ priores operationes nõdũ obire poſſet nocte media lectulo cubans expergefactus brachiũ alterũ demiſit ut matulã ſuſciperet, qua in motiõe os brachii ſiniſtrũ circa mediã ipſiꝰ partẽ diſruptũ fuit, ꝙ pariter ope medica occaluit, laborauerat vir hic antea per plures annos lue gallica ſæuiſsima, atq; caput, cura, brachioſq; Tophacei tumore occupauerant, qui tandẽ ex illinitione ex unguento cũ hydrargiro delituiſse uidebãt, quãobrem brachij oſsa carie exeſa, & uitiata, adeo facile admirandæq; fractioni occaſionẽ ꝑbuiſse eſt cẽſendũ, ſicuti enĩ carni ſolutæ continuitates accidunt vulnꝰ, & vlcus, ita & oſsis fractura, q̃ uulneri r̃ndit, ac caries, q̃ ulceri,

accidere poſse teſtis eſt Gal.li.de morb.cauſis.c.ult. Quãuis enim Serapio ſuo ut aiũt marte ab osſib⁹ omne apoſtematis genus abdicarit, nihilominus apoſtemari poſſe reliqui ferè oẽs cõcedũt,& experimẽtũ cõprobat. Ita Hipp. os ſacrũ empiemate putreſcere nouit, quod Gal. lib. de introduc. medic. ſcriptũ reliquit, quo morbo Ioannes Langius Epiſt. 42. N. Vurmhauſer in Neoburgo,& alteru Ioannẽ Caſtnerum ſe mori uidiſse incredibili cum doloris tyrannide ſcribit. Hanc autẽ oſſium caricẽ nulla circa cutim, & carnẽ apparenti noxa fieri quandoq; obſeruatum eſt non ſolum in Gallica lue detentis,ſed & in alijs. Quod adnotauit Beniuenius de ab.morb.ca.c.18.per hoc uerba. Quidã Monachus ordinis Beati Auguſtini, ex ijs quos Canonicos Regulares vocant in Monaſterio Diui Donati, quod Vrbi noſtræ prominens ſcopetum dicunt uitam ageret, ſemel mecum conqueſtus eſt, affirmans capitis eius os paulatim in dies eroſum iri, quod miratus caput detego, manu diligentius contrecto, frontem ferè totam eſſe denudatam inuenio, & quod maius eſt nullam in cute ſumma, nullam in carne noxam aduerto, rei cauſam quæritans, uidico acutisſimo humore hoc fieri, qui foraminulenta carne demiſſus nullam in eam uim faceret. Os uerò quod denſius, ac propterea magis obſiſtens eroderet, non ſecus ac fulgur, quod aurum illæſis interim lotulis nonnunquam liquare ſolet, at Monachus ille cum maior iam oſsis ipſius pars eſſet eroſa, & nullo proficeret auxilio paucis annis uitam finiuit, quod de auro à fulgore liquato illæſo locuto tradit Beniuenius, dicitur à Seneca lib. 6. natural. queſt. addens etiam manente, uagina liquefacere gladium, & diſtillare circa lignum dolatum ferrum,& fracto dolio uinum facere ſtare, quia ualentiora, atque reſiſtentia uehementius diſsipat cedentia uerò nonnunquam ſine iniuria trãſit. Idem etiã author cap.79. aliam huius generis tradit hiſtoriam talem. Vrgebat Rogeria Corbinelli filia in ilibus dextris dolore ferè perpetuo, quare multis diuerſo tempore uocatis Medicis cum unuſquiſq; pro ingenio ſuo puellã curaſſet, & præſidia omninò nihil profeciſſent è medio tandem ſublata eſt, quare conſilium fuit incidere corpus mortua,& inuẽtum eſt os fœminis eroſum, maximamque oſsis partem in puluerem redactam. Et Antonij Iaccefi filium nouimus, qui cum ingenti coxarum dolore uexatus in maximam primum debilitatem, tum & in mortem iuuantibus nihil Medicis præſidiis deueniſſet inciſo corpore inuentus eſt peſtifer humor in coxa, quo magna pars oſsis eroſa etiam in cinerem uerſa videbatur. Nec admiratione caret qđ in iis, quibus Gallico morbo anterior frõtis oſsis ſquama erodit, aut vulnere ꝑfringit, accidit; Illis enĩ tãto impetu in expiratione aerem ex cauitate illa pro-

propelli cernimus, ut promptiſsimè candelæ lumen exuflet, & extinguat quemadmodum teſtatur Veſalius lib. 1. hum. fabr. c. 12. cuius ratio eſt, quod ita pars illa conſtituitur, cauitas namque inter duas frõtis os conſtituentis ſquamas, ad ſuperciliorum regionem in fronte, & in ſuperiori parte ſedium oculorum eſt repoſita, & quibuſdam reconditis foraminibus in narium amplitudinem pertingens, quam odoratui inſeruiore non eſt ambigendum. Depresſiones oſſium quandoque præſertim in capite, raro tamen obſeruatæ ſunt. non ſolum autem in pueris in quibus frequentiores ſunt, ſed etiam in prouectioris ætatis hominibus. Scribit Hip. 7. de morb. popul. Plateę filio ubi mortuus eſſet ſutura capitis ualde cauata eſt, cum autem ægrotaret ſemper manu ſinciput cõtingebat, maximè morti propinquus. Carpus in aureo illo de fractura cranei, libello ita ſcribit. Ego uidi compresſionem, magnam, & notabilem in alia ætate, quam in pueritia, abſq; factum oſsis manifeſta, & non erat rupta cutis, tamen erat concauitas in capite notabilis, & per emplaſtra ſanati ſunt, & non fuerunt mola accidentia aliqua, & nùnc habeo puerum unum in cura, cui os eſt depreſsum depreſſione magna, & nullum eſt malum accidens. Vidimus nos in Nobiliſsimo Patritio Vrbis noſtrę Aurelio Recordato in ultimo ſenio conſtituto craneum ea in parte ubi anteriores commiſsuræ annectuntur ſenſim, & ſenſim ita depreſsum ut inſignis admodum cauitas non ſolum tactu, ſed & uiſu ibi perciperetur, quæ digitis cõpreſsa, & per tractata dolebat, hanc ipſe incepiſse aſſeſtabatur cum Thermalium ſtilicidium aſsumpſiſset, pluries uero illud aſſumpſit cum per annos ferè triginta uertigine moleſtiſsima, aliiſq; morbis laborauerit, multum ea in parte exſiccato oſse, quę ſiccitas ex ultimo ſenio adaucta, cauitatem quoque auxit, ſi quidem Gal. teſtimonio. 2. de temp. cap. 2. docuit ſenes humidos non proprijs particulis eſse, ſed excrementis, rurſumq; ſiccos non excrementis ſed particulis ipſis. Nec etiam prætermittendum craneum ſuturas aliquando dilatari in pueris præſertim, & morbo hydrocephale dicto, quod pariter ex inflãmatione fieri poſse Aetius lib. *6*. cap. 25. Paulo lib. *3*. cap. 7. Hipp. 7. de morb. popul. Quinimò ex magna uaporoſę materię copia, vel craſsi flatus abundantia ſub caluaria, aut eius cauitatibus contenta, & uehementi motu uirtutis expultricis, oſsa ipſa aliquando ſciendi teſtatus eſt Ioannes Andreas à Cruce lib. 1. chirurgiæ cap. 2. & Auic. fen. 1. *3*. tract. *3*. ca. 40. in phlegmone cerebri capitis oſsa diſrumpti aliquando affirmat: ſed mehercle longe omnium ſuſpiciẽdum quod aliquando viſum legimus oſsa, quædam ſcilicet de nouo in corpore humano enata, alia uerò acuta ad ſtatum etiam corpore prouecto. Cum tamen Ariſt. lib. de gener. animal.

cap.

cap. 1. oſſa non ſemper augeri ſicuti pili, & vngues, ſed tantum uſq; ad conſtitutum tempus apertisſimè ſcripſerit, & 3. de natura animal. 7. oſſa præciſa non recreſcere decretum reliquerit, quod & Hip. 6. aff. 19. & 7. 24. cōfirmat eiuſq; ĩterpres Gal. & Au. 2. coll. 8. idē affirmēt. Oſsis ſupergenerari meminit Abynzoar 2. Theiſir tract. 6. ca. 5. in hunc modum. Et iam audiui dici à Patre meo, quòd cuidam uiro incidit naſci in dorſo ſuo os ad ſimilitudinem unius cornu, quod erat minoris duritiei oſsis naturalis, & ipſe Pater meus purgauit humores groſſos in ipſo, & poſtea poſuit medicinas exſiccatiuas ſuper os, ita quod cecidit dictum os, Et mihi etiam fuit ortum os unum ſuper dorſum magnum mihi inferens dolorem, & purgaui me ab humoribus grosſis, & poſui ſuper ipſum reſolutiuum, ita quod reſolutum fuit ex maiori parte, & illud modicum quod remanſit nō impediuit me in aliquo in operationibus exercendis. Alex. Benedictus Hiſtoriæ corporis humani lib. 1. cap. vlt. ſic ſcribit Vidimus in Creta vulnerato genu ſagitta cornu nigrum rupi capræ capitis ſimillimum perdidiſſe materiaq; quæ in osſis ſubſtantiam conuerti debuiſset, in corneam naturam aeris afflatu facilè conuerſam, continueq; gummi modo indureſcentem. Amat Luſitanus cent. 1. cur. 51. ſcribit. Natus eſt puer cum corniculo in capite, non dolebat, nec quicquam obnoxij ex eo percipiebat, grandior vero factus puer, cornu quoq; creuit, quod omninò deponendū ex capite puer contendebat, & à parte efflagitabat, ob id quod pueri cornutum illum appellabant, accerſito igitur Chirurgo plus iuſto audace, primo partem ſuperiorem præcidit, ex qua inciſione puer nullam ferè dolorem ſenſit, Chirurgus uerò credens ita euenturum ſi radicitus corniculum reſecuiſſet opus aggreditur ſed infœlici ſucceſſu breui enim, vel intra paucas horas puer obiit. Ariſtoteli quoque probatur nonnullis etiam ſeneſcentibus præſertim mulieribus etiam octuageſimo anno non ſine dolore dentis exijſſe, ergo cum ipſa inter oſſa ſint reponenda Gal. teſtimonio lib. de oſsibus ca. 5. ubi inter ſophiſtas ait eos eſſe enumerandos qui dentes in oſsium albo non reponunt, dicendum erit oſsa in corpore de nouo generari poſſe. Ad hæc Gal. idem lib. de tumoribus. præt. nat. cap. 15. Satyriaſes, & ſatyriaſmos uocat eminentias, extuberationeſque oſsium quæ circa tempora fiunt; cum ſcilicet apparent in partibus temporum quædam ob oſsium eminentiæ: tabernacula itaque vocantur à ſimilitudine Satyrorum, quibus utrinque cornua circa tempora naſci referunt, de quibus Plinius Natural. hiſtor. libr. 7. capit. 2. meminit; pręterea author eſt Ariſt. li. 2. de generat. animal. c. 4. dentes in tota uita accreſcere, quemadmodum quotidiana maſticatione

ciborum atterūtur, quod & Gal.5.de comp.med.5.loc. confeſſus fuit, & Auic.7.3.tract.3.cap.1.itaq; dentes oſſa cum ſint, oſſa creſcere poſſe etiam ultrà primos annos dicendum. Hæc omnia quamuis uera eſſe concedamus nihilominus ſuperius firmatam multis authoritatibus vẽritatem non tollunt, oſſa ſcilicet nec excreſcere progrediente ætate, nec de nouo generari poſſe. Nam quò ad Abynzoaris hiſtorias ſpectat dicimus tumores illos, ſeu duras excreſcentias oſſa non fuiſſe, ſed tumores præduros à materia craſſa ortos, quemadmodum excuratione liquido innoteſcit, ita, & tumores ſatyriasmos à Gal. uocatos nec oſſium protubærationes eſſe, quod ipſemet in explatione vocum obſolætarum declarauit Hipp. inquiens; ſatyriaſes eſſe tumores prolixos circa aures durarum concretionum carnis in ſe ipſam conuolutę. Quo autem ad dentes ſpectat dicimus dentes niſi communisſima appellatione oſſa appellari poſſe; vnde Ariſt.3.de natura animal. c.9.tradidit dentes naturam oſsium ſequi, & non oſſa eſſe, at ſint oſsa vel non admiranda tamen naturæ ſagacis diligentia in eorum conſeruatione pro tutanda hominis uita; Tumoreſq; prænarrati oſſa referentes uti non vulgares maxime ſuſpiciẽdi. Sicut & illud quod Io.Baptiſta Mont.in ſuis Com.in 2. fen.1.Auic.ſe obſeruaſſe tradit inquiens. Vidimus in tabefactis, & conſumptis oſſa ipſa adeò manifeſtè nonnunquam macerata, diminuta exſiccataq; vt non apparerent eadem quæ prius Rhōdeliti* de dignoſc.morb.cap.18.Scribit ſe uidiſse puerum in ſua uicinia ī quo ob humiditatis exceſſum omnium iuncturarum corporis facta fuit e luxatio, ſecutaq; eſt omnium oſsium putrefactio. Hęc dum legerem veniebat in mentem hiſtoria quam recẽſet Porphirius lib.1.de abſtinentia ab animalibus de Crateri Medici ſeruo, qui nouo quodam morbo captus fuit, ita ut carnes eius oſsibus abſcederent. Prætor Ruellen. Fernelius de abditis rerum cauſis lib.2.cap.9.ſe uidiſſe teſtatur in milite quodam oſſa crurum, brachiorum, & fœmorum ex morbo prænimia humida materia tam mollia, ac flexibilia euaſiſſe, vt ceræ modo facile ſequerentur quocunq; torquerentur. Nec illud omittẽdum quod de luxatione oſſis coccygis obſeruatum eſt, dolores ſcilicet intolerabiles inferre osſiculum adeò paruum, ac ignobile, quod imę ſpinæ parti adiacet. Vrbis noſtre mulier Martia nomine cum caſue ſcala hanc partem contudiſſet adeò ſæuo dolore correpta eſt ut per plures dies nec ſtare, nec ſedere poſſet, quinimò nec ſe in cubili dimouere, ſanata tamen eſt non ſine labore. Amat. Luſitanus cent. 2. cur. 5. de re hac ita ſcriptum reliquit Ioannes Condella Anconitanus natus annos 27.inflãmatione cum ingenti dolore circa podicem laborabat, ex qua etiã febricitabat, & ita quęrebatur, ut remediorum applicationem omni-

nō pertimeſceret,nec quicquam ſuper eum locum admitteret,clauum enim aut ſpinam inibi infixam ſe habere clamabat. Ego uero cauſam vnde morbus oriri poterat perquirens,cum Gallis iter feciſſe, ac eorum more equo ſuccuſſatore equitaſſe reſpondit. Quo audito in mentem venit fortè fortuna huic coccygem os, quod communiter caudā dicunt plicatum,ac ferè confractum fuiſſe, appoſito igitur maturante medicamēto,ac diſrupto phlegmone, & multo ex ea pure depoſito, æger melius habuit, protinus igitur asſiſtens Chyrurgus noſtro conſilio indicem digitum manus ſiniſtræ per ægrotantis anum imiſit,& ut prædixeramus coccygen malè affectum inueniens in ſuum locum dextera manu reduxit undè paucis diebus ſanatus fuit. Coccygis malè affecti curationem Paulus lib.*6*.cap.*98*. tradit.

Corporis monſtruoſa craſsities. Cap. II.

Nonnullis ita corpus aliquando crasſius redditum ex copia carnis, & pinguedinis mirum in modum obſeruatū eſt, ut illorum actiones manifeſtè lædantur; Qui uerò ſic obæſus craſsuſuè,aut pinguis eſt τακυσωματιδτατος appoſitisſimè à Græcis dicitur, ideſt crasſisſimi corporis homo, nonnunquam enim ad tātam homo peruenire magnitudinē, atq; obęſitatem ſolet,ut uix moueri quidem, nedum progredi valeat; Quemadmodum de Nicomacho Smyrnæo Gal.lib.de morb.diff. cap. 9. retulit, quem aiunt aruinæ morbo laborantem ab Aeſculapio ſanatum.Philippus ingraſsia de tum.præter nat.tract.1.cap.1.ita ſcriptū reliquit.Nonnullas mulieres interdum ſic obæſas agnouimus ut digredi, atq; ſine alicuius adminiculo à cubili uel terra ſurgere nequirent. Plurimos quoq; uiros ingredi ſine moleſtia,nec ſedem propter uētris molem contingere,quod Gal.14.lib.meth.med.cap.15.affirmauit,qn-imò nec reſpirare libere,aut cubantes dormire poſſe,aut gradus aſcēdere:veluti,& doctiſsimum philoſophum,& Theologum magiſtrum Vitum à Matera demum euaſiſſe, omnibuſq; qui Neapoli proximis annis ſtuduerunt compertum eſt; plurima ſi quidem ita affectis hominibus incommoda ſubſequi ſolent,uti docet Arabum Princeps 7.fen.4.trac. 4. cap. 5. inquit enim quod pinguedo ſuperflua eſt impediens corpus à motu,& deambulatione,& operatione, coarctās uenas, coarctatione conſtringente eas, quare appellat ſpiritui uias ſuas, quamobrem extinguitur multoties,& ſimiliter non peruenit ad cor ſpiraculum aeris,quare corrumpitur propter illud complexio ſpiritus, & ſunt in timore, quod expellatur ſanguis eorum iterum ad locum conſtrictum.

Quare fortaſsis findetur uena ſubito ſciſsione pernicioſa,& in huiuſmodi quidem diſpoſitione;quę eſt ante eam accidunt conſtrictio anhelitus, & pulſus cordis. Et iſti quidem expoſiti ſunt morti repentinæ. Et ad ſummum mors ſuper ultimatos in pinguedine feſtinat, & propriè illos qui impinguantur in prima ætate, ipſi enim minores habent venas,& conſtrictas,& ſunt expoſiti Apoplexie,& Paraliſi & pulſui cordis,& diarrbbęæ propter humiditatem ipſorum,& malitiæ auhelitus, & ſyncopi, & febribus malis, & non tolerant famem neq; ſitim, cauſa conſtrictionis mea tuum ſpiritus, & uehementiæ frigoris complexionis,& paucitatis sãguinis,& multitudinis phlegmatis.Et ſimiliter iſti non ſunt generantes,neq; producentes embrionem.Et ſperma ipſorũ eſt paucum,quod ſcilicet cõcoctum ſit,ob caloris imbecillitatem,multum uero propter humiditatem eſſe poteſt, aquoſum nihilominus, & ſimiliter quæ de mulieribus ſunt pingues non concipiunt,& cum concipiunt, & earũ appetitus(naturalis uidelicet)eſt debilis. Hæc habet de obæſis quidem Princeps, incommoda præpinguentiam cornorum enumerans,ex quibus etiam nonnulla legere eſt. 2.aff.com.44. & 2. artis med.tex.55.& 2.de ſympt.4.à Gal.deſcripta & ab Hipp. 1.aff.46. & lib.de aere,locis,& acquis a Raſis.14.cont.& ab Ariſt.& Auic. P. de generat.animal.18. Scribit Gabriel Fallopius lib. de Decoratione c. 7.ſe uidiſſe in homine præpingui ita coriũ incraſſatum, ut ſenſum amiſerit ratione nimię impactionis neruorum.Legimus apud Aetheneum lib.2.Dipnoſoph:Dionyſium Heracleotarũ Tyrannum præpinguem,& maximè obæſum,ſapore ita profundo detentum fuiſſe, vt niſi acubus pungeretur non excitaretur, quas conſilio medicorum pro corporis obęſitate,longitudine diuerſas in in hunc uſum ſibi parauerat. Mirandum ſanè quod Plinius li.11.natural.hiſt.c.37.tradidit ui hunc modũ. Pleriſq; aĩalium eſt pinguedo ſine ſenſu,quam ob cauſam ſues ſpirãtes a muribus tradunt arroſas. Quin & L. Apronij Conſularis uiri filio detractos adipes,leuatumq; corpus immobili onere.Tutius curatum tradit Ioannes Vaſæus in Chron.Hiſpaniorum ſanctium Hiſpaniæ Regem Ranimiri filium,& Ordonij tertii patrem,qui a molæ ſaginę, qua prægrauabatur Craſsus cognominatus eſt,hic tantæ pinguedinis impatiens,cum ad eam leuandem nihil intentatum reliquiſſet; Ex conſilio Garſiæ Regis Nauaræ ad Abderamenem Miramolinum,& Cordubæ Regem facta cum eo pace profectus, atque honorificè ſuſceptus inter experimenta Medicorum, quorum erat apud Abderamenem magna turba virtute cuiuſdam herbę curatus eſt. Vidimus Iuuenem Anglum qui paſsim per Italiam circumferebatur, nec niſi ſoluta pacta pecunia ſe conſpici patiebatur cuius Iconem ipſius corpus nudum re-

feren-

ferentem habet Sereniſsimus Mantuæ & Montisferrati Princeps Do minus meus monſtruoſæ profectò craſsitiei & pinguedinis.

Mirabiles carneæ excreſcentiæ. Cap. III.

MIræ aliquando cõtingunt in corpore noſtro carnis excreſcentiæ, quarum hiſtorias hic adnotare decens eſt. Memini me uidiſſe curatam mulierem cui in ſupremo vuluę labro carnea excreſcentia ſuper orta erat, eam, quo minus coiret impedientem, hanc Paulus lib. 6. c. 70. Nympham uocat, ſicuti Cercoſim appellat carnis ab uteri ore propaginé, quæ muliebre pudendũ replet, & foras caudæ modo procidit. & Hipp. columnam dicit lib. de nat. muliebri, inquiens; Si in pudendis graueolentia fuerit & κίων ἐγγένηται ideſt columna innaſcatur, & dolor affligat, dolorem quidem ſedabit apij ſemen ieiunè in uino datum, graueolentiam uerò aniſum eodem modo datum, columnam uerò abſcindere oportet: Scribit Albucaſis lib. 2. ca. 71. quod caro naſcitur in orificio matricis; aliquando donec impleat ipſum, & fortaſſe egreditur ad exteriora ſecundum ſimilitudinem caudæ, & propter illud quidam primi nominant ægritudinem caudatam, & quandoque magnificatur in quibuſdam mulieribus adeò donec expanditur ſicut in uiris, & præuenit uſque ad coitum. Beniuenius lib. de abd. morb. ca. capitul. 13. ita ſcribit. Mulieri cui nomen Oliua ſtruma coxę innata multos annos miſerabiliter eam vexauit, ad tantam enim magnitudinem excreuerat, ut occuparet coxam non ſolum ipſam, ſed & crus, ita ut ambulare non poſſet, & per quinquennium in lecto iaceret: Illam ego curare aggreſſus ſum, uinculo diligans eam in parte qua coxa pendebat, quo loco craſsitudo palmo plenior erat, ſinguliſque diebus uinculum ipſum arctius nectendo mediam partem receui, candentique ferro quod ſuperfluerat abſtuli, & idoneis medicamentis procedens ad ſanitatem reduxi, tanta autem fuit præcisè carnis moles ut pondus ſexaginta librarum excederet. Langius Epiſt. 43. ſcribit ſe ſtumam, haud multò minoris ponderis Ambergæ ſuperioris Palatinatus Metropoli circa genu Michaelis auri fabri con creuiſſe obſeruaſſe; Ipſum tamen, Beniueniumq; perperam haſce carnes excreſcentias ſtrumas appellare arbitros, cum ſtruma longè diuerſum tumoris genus ſit, contentum in proprio folliculo ſeu membrana, hę uerò carnes nullo inuolucro membranoſo circumueſtiuntur, vt uidere eſt ex hiſtoria quam deſcribit Luſitanus cent. 5. cur. 88.

cuiuſ-

cuiuſdam mulieris quam uidit in Hoſpitali Piſaurenſi, quæ habebat carnoſam excreſcentiam ab inguinibus naſcentem pondere ferè 25. librarum, quę cum obijſſet, & prominentem carnoſitatem illam chirurgi per medium diſſecuiſſent, inuenerunt nihil in ſe continere, ſed totam eſſe carneam ſubſtantiam albam, & pituitoſam, vberis carnē præ ſe ferentem, huic autem mulieri hepar, & lien malè affecti erant, vnde pituitoſo nutrimento in corpore redundante uitio membrorum naturalium carneam illam ſubſtantiam creuiſse credēdum. Haſce carneas moles, nec minus ad Nattas ita à Barbaro latinis, ſeu Naptas tumoris genus reducendas eſſe crediderim, quamuis Nicolus ſe.7.tract.5.ſu. 2.cap.69. Naptam eſſe dixerit tumorem carnoſum mollem, & Argelata lib. 2.tract.15. cap. 2.dixit & ipſe eſſe apoſtema magnum carnoſum & molle. Nos Brunus lib. Chirurgiæ magnæ cap.8.& Theodoricus lib. 3.cap.31.Guido tract.2.doc.4.cap.4.Bertapalea 1.de apoſt.cap.2.& Tagaultius lib.1.cap.2.& 13.inſecuti ſunt; vocant autem carnem hāc Natam, eo quod natiuæ carni ſimilis ſit, hunc affectum ſub nomine glādularum magnarum Raſis.7.ad Alm.14.complexus eſt, & Halij Abbas. 8.The.cap.11.ad melonis magnitudinem prouenire dixit, Guido vero loco citato cucurbitæ & melonis quantitatem aliquando ęquare docuit. Sed cum Natas propriùm foliculum habere experimento comptum ſit in quo uariæ materiæ cóntineri ſolent, vt plurimum autem ſeuo ſimilem materiam habent, alias à carneis ſimplicibus excreſcentijs eſſe non eſt ambigendū. Brunus, & Theodoricus locis citatis tradunt hiſtoriam cuiuſdam, qui habebat Natam. 7. librarum pondere, qui a quodam Chyrurgo exquiſite curatus fuit, & Nicolus loco dicto ſe vidiſse ſcribit famulam quændam prioris ex cuius Napta (ut eius verbo utar) Mag. Iacobus de Pirato extraxit materiam ponderantē pluſquam ſex libras. Hæ itaq; natæ reducendæ ſunt ad tumores illos qui ut Gal. ſcribit lib. de tum. prȩter nat. c. 4. inter duas tunicas, uel ſub certis membranis humidam ſubſtantiam liquidam continent lutum, olei amurcam, uini fœcem, urinam, ſtercus, balneis ſurditiem, mellem, pultem, ſeuum, ue prȩſerferentem, vel ſolida corpora, veluti ungues, pilos, lapides, oſſa, Tophaceam ſubſtantiam, arenas ligna, carbones, teſtas, grumos, & tanquam ſulphuris ramenta inter quos etiam Brōchocele ideſt pendulus guturis tumor, vulgo Boccium, ob Boccij vaſis ſimilitudinem dicunt. Carneam excreſcentiam ingentem coxæ alligatā in Monacha Diui Ioannis Mantuæ obſeruauimus. Miræ pariter ſunt carneæ excreſcentię in gingiuis aliquando adnotatæ. Petrus Bayrus in ſua pract.lib.6.cap.vlt.ita ſcribit. Dum eſſem in Sabaudia cum Illuſtriſsimo Duce Carolo ſecūdo in loco Anneſiaci fui uocatus in domo

Pa-

Pachelti apothecarij qui habebat vxorem ſatis antiquam, qui habebat inferiores craſſiores digito, excreuerat enim carnoſitas multum deformis, quo autem ingenio eam ſanauerit ibidem uidere eſt. Huius affectionis Albucaſis meminit lib. 2. cap. 28. in hunc modum. Multoties naſcitur ſupra gingiuam caro addita, quam antiqui nominant Abulus, oportet ergo ut ſuſpendas eam cum uncino, aut teneas ipſam cum forcipibus, & incidas ipſam apud radicem ſuam, & dimittas ſaniem currere, aut ſanguinem deinde pone ſuper locum Tegi tritum, aut alios pulueres ſtipticos exſiccatiuos, quod ſi redit illa caro poſt curationē, (nam multoties redit) tùnc incide eam ſecundo, & cauteriza ipſam, namq; non redit poſt cauterium; Ad hæc facere videntur, quæ Hipp. ſcripta reliquit lib. 7. de morb. popul. in Cardia Metrodori filio ex dētium dolore corruptio maxillę, & gingiuarum uehemens carnis excreſcentia. Scripſit quoq; Luſit. cent. 4. cur. 31. ueſicam nigram natam ſupra dentem naſcentem prioricam antea extirpato quod tanquam raro contingentem hoc loco adnotare libet. Non ſolum autem huiuſmodi carneæ excreſcentiæ in partibus corporis noſtri externis, uerum etiam internis, aliquando gigni poſſe experimento comprobatum eſt, ut enim interim omittamus carunculas in membri naturalis canali exorientes, urinęq; fluxum prohibentes, non ne teſtatus eſt Albucaſis lib. 1. tract. 13. cap. 9. quod pariter confirmat Nicolus ſ. 5. c. 2. & rt. 3. in meatu ueſicę fellis oriri carneam excreſcentiam, quæ illam obturādo inſanabilis Ictericiæ eſt cauſa. Veſalius 1. lib. fab. hum. cap. 5. ſcribit in nobiliſs. ac doctiſs. uiri cordis ventriculo ſiniſtro glanduloſæ, ſed ſubnigricantis carnis libras propemodum duas reperijſſe, corde inſtar uteri, ad eius carnis molem extenſo homine ante mortem habitu ut cumq; melancholico, & admodum uigili, & pulſu prædito miris ſanè modis inæquali, & uario, quiq; arteriæ contractionem manifeſtè oſtendebat, ita enim multis menſibus ante mortem (cum tamen alioquin ueluti ſanus ambularet) pulſus, aut arteria potius contrahi uiſa fuit, ut trium, aut quatuor pulſationum ictuum uè interuallo contracta maneret, uelutq; ex pulſionem moliretur, imò poſtremis uitæ ſeptimanis, ex nouem ictuum interuallo tres tantum, aut duæ dilatationes arteriæ tactui ſubindè occurrēt. Beniuenius cap. 35. ſcribit quod mulieri Clara nomine quę cordis dolore laborauerat mortuæ corpore inciſo fruſtulam nigrioris carnis in ſiniſtro cordis uentriculo ſupra arteriam quod meſpili formam haberet adinuentum. Fernelius de partium ſympt. lib. 6. cap. 1. tradit ſe mulierem uidiſse grauidam cui tuberculo duro, eoq; ingenti, ita os uentriculi obturabatur, vt quicquid indebatur, attracto uentriculo ore, mox remearet, atque redderetur

ſic

ſic aſtantium omnium iudicio nihil cibi, potuſuè bimeſtri, vel conatu maximo ea uorauit, tandem morbo, diſipientia, febriq; confecta deceſſit edito partu, quem uitæ ſuperſtite reliquit. In nauibus polypos prælongos nos uidimus, & alii adnotarunt ita ut extra mares prominerent aliquando inſigni extuberantia.

Vulnerum mirabiles ſanationes. Cap. IIII.

NObilisſimas quaſdam corporis noſtri partes eſſe, quæ ſi vulnere vel ulcere, tumoreuè præternaturali afficiantur hominem ad exitium perducant Medicis omnibus receptum eſt. Miræ tamen non deſunt earum ſanationes vel ſaltem mali diuturniores cum uita tolerantiæ, ſicuti pariter mirari maximè contingit, alios læuiſsimis vulneribus tentatos facile admodum mortem oppetere, quare inſtituto noſtro quamplurimum conſentaneum eſſe cenſemus, vulnera tumores, vlceraque admirabilia hoc capite complecti. Hipp. ſanè aff. 18. 6. lib. docuit, quod ſi veſica præcidatur, aut cerebrum, aut cor, aut præcordia, aut aliquod ex tenuioribus inteſtinis, aut uentriculus, aut Iecur, lætale eſſe. Idemq; etiam propemodum lib. 1. de morbis repetit Nihilominus experientia rerum magiſtra id non ſemper uerum eſſe manifeſtum fecit. Cerebri namq; uulnera cum eiuſdem ſubſtantię deperditione, vel ad illius ventriculos penetrantia inſanabilia eſſe dubio procul omnes affirmãt: Gal. tamen in com. præcitati aff. tradit ſe uidiſſe vlnus cerebri effatu dignum in adoleſcentulo quodam Smyrnię Ioniæ ſub Præceptore Pelope ſanatum quod pariter 8. de Hipp. & Plat. placitis recenſet, inquiens eum vulnus recepiſſe in alterum tantum uentriculum cerebri anteriorem, namq, ſi vulnus utriſque ventriculis illatum fuiſſet adoleſcens utique nullo modo euadere potuiſset. Inter poſteriores Nicolaus Maſſa tomo 2. Epiſt. 11. Epiſt. hæc ſcripta reliquit. Ego teſtor Deum, & quamplurimi homines, qui adhuc uiuunt teſtes ſunt me plurimos vulneratos in capite cum inciſione paniculorum & inſignis cerebri ſubſtantię ſanaſſe arte, & remediis medicinalibus, & non ſolum vulneratos enſe, ſed fractos tum à rebus frangentibus, tum à caſu ex alto, ita ut non ſolum uulnus fuerit in myningis, ſed laceratio in ſubſtãtia cerebri cum deperditione, & conquaſsatione non modicę cerebri quantitatis, inter quos uiuit adhuc clarisſimus Paulus Raymondus vir nobilis Venetus, qui percuſſus cum enſe in capite in parte poſteriori prope ſuturam Laudæ fuit, cum inciſione osſis, velaminum, & ſubſtantiæ cerebri, uulnus uerò erat duorum digitorum longitudinis

pro-

profundum, ad trium digitorum craſsitudinem, pars oſsis inciſa extoto ſeparata erat à reliqua parte cranei, cui ſuperuenerant accidentia omnia futuram mortem enuntiantia, qui tandem Dei omnipotentis auxilio mentem meam illuminantis, & arte, & remedijs medicinalibus ſanitati reſtitutus fuit, teſtes ſunt in primis non pauci Vrbis huius Medici, ac etiam tota nobilium, ac Ciuium multitudo. Sanitati etiam reſtitutus eſt mea opera magnificus Iuuenis Marcus Goro, qui cum parte acuta cuiuſdam haſtilis ab una parte præſeferentis ſecurim, & ab alia mucronem, ſeu pugilli acuti formam, quam Alobardam vocant, uulneratus eſt, & facta fuit fractura non ſolum oſsis cranei, ſed paniculorum, & cerebri ſubſtantiæ, uſque ad os baſilare, quod atteſtabatur radius argenteus in uulnere poſitus, qui deſcendebat vſque ad os baſilare, ita ut ſentiretur percusſio facta à radio ſuper oſſe baſilare, hic præter cætera alia accidentia per decem, & octo dies mutus fuit, rogatus ergo à quampluribus Senatoribus accesſi, eumque uidiſſem oſsis fracturam inſignem ſatis ad dimidij digiti auricularis longitudinem, & ad craſsitiem latitudinis eiuſdem, ſciſcitaſſemque à Medicis illis, qui medellam præſtiterant de illa parte oſsio ubi erat fractura, qui nullum os ab ipſis uiſum fuiſſe aſſeruerent, cauſam fuiſſe amiſſæ uocis cogitaui, partem illam oſsis in cerebro fixam, & accepto inſtrumento Chirurgici cuiuſdam, qui ei in medendo deſeruiebat os ex uulnere extraxi, & immediate cœpit loqui, & dixit ad Dei laudem ſum ſanus, qui non fuit ſine Medicorum omnium qui interfuerunt & nobilium Senatorum, atque adſtantium maximo applauſu, & admiratione; Hic tandem ex malo cibi regimine, nam cum eſſet Iuuenis inſolens, & incontinens una die uoluit ouatarticam, quam uulgares Cauiarum uocant comedere, incidit in omnia accidentia, quæ futuram, & certam mortem ſignificabant, tandem Dei benedicti auxilio, & medica arte & præſidijs ſanatus, qui uiuit, & nunc Nobili ſuperuenerunt accidentia Epileptica ex retentione ſaniei ſuper os cranei baſilare, neque alio ingenio ulcus fiſtuloſum potuit curari, niſi facta argentea canula ad unius digiti longitudinem, ut ulcus continuè apertum remaneret, & ſic bis, & ter etiam à ſanie expurgabatur, ſcilicet accepta parte inferiore naſi in manibus, & ſtricta, atque anhelitu contento, & aliquo conamine facto ſanies ex ulcere in ſummitate capitis egrediebatur ad quantitatem ſæpisſimè dimidij corticis oui Gallinacei, & plus, qua egreſſa imponi uidebam mel roſaceum dilutum cum duabus partibus aquę ardentis ex uino per diſtillationem factę, quam

aquam vitæ uocant, ſuprà quam canulam argenteam ceratum de Beto nica apponi iuſsi, quam canulam per annum, & amplius in vulnus deti nuit, ſicq; ulcere ſenſim mundificato partes coaluerunt, & facta cicatrice euaſit; Alphonſus quoq; Bononienſis qui percuſſus fuit cum enſe in parte ſiniſtra capitis inter ſuturam ſagittalem, & mendoſam, cū inciſione non ſolum oſsis, & membranarum, ſed etiam inſignis quantitatis ſubſtantiæ cerebri, etenim vulnus erat ad longitudinem vnius digiti cum dimidio, ita ut manifeſtè ſubſtantia cerebri inciſi conſpiciebatur, & digito tangebatur, cui ſuperuenerunt accidentia omnia mala, mortem, & interitum atteſtantia, ut eſt febris, rigores, paraleſis lateris appoſiti, alienationes continuæ, qui tandem Domino auxiliante euaſit, noſtra rationali adminiſtratione regiminis, & medicinalium medicamētorum. Vir fortis, & ſtrenuus Theodorus Bua equitum ductor, qui præter quod vulnus à quo ſiniſtra manus abſciſſa, & ſeparata fuerat, quoniam ſola cutis inferior eam detinuit ne humi caderet, quæ tuta fuit, & ex applicatis medicamentis coaluerūt partes, & ſanitati reſtituta fuit, motum tamen amiſit, uulneratus etiam fuit in capite cum enſe quatuor magnis uulneribus, cum inciſione oſsis, & ſubſtantiæ cerebri horrenda erant uulnera uiſu, nam cum eſſent quatuor ſecundū diuerſos inceſſus, & ubique ſubſtantia cerebri appareret lacerata, ſine ſpe omnes eramus, & eo magis quoniam ſuperuenerunt à primis illis diebus rigores ingentes, qui non ſemel, ſed pluries unica die hominē inuadebant, febriſq; ardens erat, ariditas linguæ, labiorum uulneris depresſio, & reſolutio ferè vniuerſalis; & quod à uulnere emanabat, uirulentum, & fœtidum erat per plures menſes laborauit moleſtatus à diuerſis accidentibus, & præſertim epilepſia, & tandem ab omnibus malis euaſit, non ſine maximo ſtupore totius Ciuitatis. Prçterea in Vico Sanctæ Mariæ Formoſæ Iuuenis 22. annorum, qui ex maxima contuſione cranei uirga auri ponderoſa à uiro fortè facta cum ruptura non ſolum cranei, ſed & meningum, & ſubſtantiæ cerebri contuſione ſpacio duorum menſium euaſit. Famulus etiam D. Paſqualini Miſſochę vulneratus in capite in parte anteriori ſub ſutura coronali verſus frōtem vulnere vnius digiti longitudinis, quod vulnus nullis medicinis applicitis potuit ſanari, ſed ſemper ſanies ab eo egrediebatur, prçſertim ſi ſtrictis naribus, & auhelitu retento conatum faceret, quę ſanies per plures menſes permanſit, tandem poſt multos menſes fruſtum oſſis longitudinis dimidij digiti egreſſum eſt, poſt cuius egreſſum uuln* ſanitati reſtitutum eſt. Poſſem quamplurimos alios mirabiles caſus cū inciſione, & laceratione ſubſtantiæ cerebri ſanatos enumerare, ſed hi ſatis ſunt, & ſcias vulneratos cum inciſione profundatione, & de-

per-

perditione cerebri, ſæpè à me ſanatos fuiſſe. Hactenus Maſſa. Habet hæc Bertapalea de fractura cranei. cap. 5. Et ſemel habui unum ruſticum cui erat remota pars medullaris cerebri, qui eſt ſanatus. Nicolus ſe.7.tract.4.ſum.2.cap.91. ſcribit hominem uulneratum in capite cũ enſe profundato uulnere uſq; ad ſubſtantiam cerebri ſuper uerticem ab anteriore parte frontis, uſq; ad medium capitis, qui ſequenti die poſt vulneratione͂ incurrit paraliſim vniuerſalem, & emittebat ſuperfluitatem primæ, & ſecunde digeſtionis inſenſibiliter, & ſtetit ſex diebus quod non comedit, bibit tamen aquam frigidam cum ſirupo roſarum, & 6. die petiit cibum, & cibatus fuit, & poſtea regulariter rectus euaſit. Et uidi etiam quendam vulneratum cum eſſe pluribus ictibus in capite ſuo omnibus cum fractura cranei uſq; ad paniculos cũ multa emiſsione oſſis, & cum hoc amputata fuit ei manus ſiniſtra cũ multa effuſione ſanguinis, & remanſit velut mortuus pluribus horis capite diſcoperto, & erat ſine ſenſu, & motu, & delatus fuit ad Eccleſiã ut ſepeliretur & cœpit ſentire, & moueri, & curatus poſtea euaſit. Braſauolus in com. aff. ſuperius adducti hęc literarum mandauit monumentis. Nos in cerebro vulnerati mira uidimus; in uno qui magnificis Valengis inſeruiebat tanta cerebri ſubſtantię quãtitas exiuit quãtum eſt paruum Gallinæ ouum, tamen euaſit, ut deinceps probè loqui non potuit, & per triennium ineptus, & ferè ſtupidus ſuperuixit. Aliũ uidimus ex Corſica militem, cui ferè dimidium capitis cum ſua cerebri portione ablatum eſt; conualuit, ſed nihil recordabatur, loqui non poterat, & erat adeò inſenſatus, ut nihil uel intelligeret, uel refere ſciret, illa ſola comedebat quæ in os ponebantur, totam ſe conſtercorabat, & comingebat, a conſociis in Corſicam ductus eſt, an illo peruenerit ignoramus. Carpus in ſuo tract. aureo de fractura cranei inquit. Quod contingat cerebrum lędi & ſanari tenet Conciliator deff. 181. & ſi aliqui tenent contrarium hoc eſt quia pauca uiderunt, & minus credunt; Credo ego mihi ipſi, & fateor quod uidi uſq; ad hunc diem, ſex homines, a quibus notabilis quantitas medullæ cerebri exiuit, & ſanati ſunt, de quibus aliqui eorum maxime duo paſſi ſunt paraliſim unius lateris, tamen uixerunt per duos annos, de quibus tres uidi, & curaui in terra Carpi etiam dum eſſem ſatis iuuenis, & pro ætate non fui deceptus, & habui fideles, & peritos Phiſicos in ſocietate à quibus in prima, vel ſecunda uiſitatione ego extraxi à labiis uulnerum magnã cerebri partem quę ex ſe exierat craneum. Et unum uidi in Ciuitate Piſtorij, quem curabat quidam Angelus hæbreus ſatis expertus Chirurgicus, & ſanatus eſt. Et duos uidi, quos ego curaui Bononiæ unus fuit quidam D. Vincentius Ragacia, alter fuit D. Paulus nepos Cardi

nalis Hiſtrigonienſis, & ad iſtum habui multos nobiliſsimos teſtes, & doctos, cui extraxi in prima uiſitatione aliquam portionem cerebri, deinde in 13. die exiuit alia notabilis portio, & tandem vſque ad ſexageſimam deuenit diem ſine aliquo malo accidenti, & tale foramen in cerebro erat ualde profundum, quia cauſa fuerat cuſpis unius ronchæ, & remanſit tale fruſtum perpendiculariter in cerebro per diem, & erat longitudinis quatuor digitorum, quod tenaculis magno labore extraxi, quia uix poterat uideri, & capi, & in eodem foramine tenui tentam per quinquaginta dies uel circa, quia ſemper emanabat humiditas aquoſa, & multa, tamen tùnc ad nihilum deducta fuit ipſa humiditas, & tunc extraxi tentam, quæ erat canulata, & tentaui conſolidare uulnus, & ſic circa ſexageſimum diem ob materiam in cerebro contentam ſuperuenit magnus paroxiſmus Epilepſiæ cum maximo omnium membrorum tremore, & rigore. Hoc ego uidens iuſſi ipſum pedibus eleuari, & capite deprimi, & cum ſtilo paulatim aperui foramen illud prædictum ſub craneo, in quo inueni magnam quantitatem materiæ aquoſæ colore lacteo coloratæ, qua euacuata ſtatim ceſſauit Epilepſia, & rediit in bonum intellectum, hoc uidens iterum impoſui canulam, & cum letionibus ſyringabam taliter quod exſiccaui totaliter illam humiditatem, & ſanitati reſtitutus eſt. Qui poſtea uixit multo tempore, & aſcendit ad apicem Epiſcopatus. Et Deum teſtor quod ipſe iurabat, quod ipſe ſemper etiam à principio læſionis habebat coitum cum quadam ancilla domus, & ſi non ſingulis diebus, alternis tamen, & quod bibebat tres phialas, aut quatuor maluatici ſingulis diebus à principio læſionis, ex hoc credo ego iſtum ſanatum fuiſſe nutu Dei. Et etiam iuro quod unus illorum prædictorum quos ſanaui in terra Carpi, cuius nomen erat Rumpha, & erat uillicus, comedit tempore quo alterius ſe habebat ſingulis noctibus carnem ſalſam in magna quantitate cum pane, & melle, nam hic tempore noctis clàm ſurgebat, & capiebat carnes ſalſas non lotas, nec à ſale expurgatas, & ſub prunis coquebat eas, & habebat magnam mellis quantitatem, ſub lecto, & ſic nemine ſciente triumphabat, & ſic fuit in ueritate. Hæc dixi ut contradicerem opinoſis, qui non credunt cerebrum poſſe ſanari, quos rogo ut uelint dictis noſtris acquieſcere, quia ego cognoſco & cerebrum, & ſaniem, & alias medullas. Hactenus Carpus cuius ſententiam Franciſcus Arcæus de curat. uuln. lib. 1. cap. 6. pluribus exemplis adductis confirmat quorum primum tale eſt. Cum in Oppido Llerena Bethicæ prouinciæ quadrimus puer nobis

bis curandus fuiſset oblatus, quem lignea porta e feneſtra decidens grauisſimè percuſſerat, ſecundam eam, quæ coronalis commiſſura dicitur, ex quo ictu utrumque os, atque etiam membrana rupta eſt atque etiam cerebri pars ter per totum curationis ſpatium emiſſa eſt, ſanatus tamen eſt puer citrà uulneris manifeſtationem, & ſine ulla oſsium iactura, neque ultra uigeſimum diem delata eſt curatio Apud Vrbem Xeres Pacenſis dioceſeos, familiaris quidam Ioannis Bazzani, qui uulnus gladio in capite acceperat, ex quo uulnere membranis ruptis tantum cerebri deceſsit quantum duo tritici grana ſunt, ſucceſsit citiſsima paraliſis, & alterius corporis partis, & linguæ impedimentum, qua uſque ad quartum menſem laborauit, ex qua tamen affectione poſtquam ex uulnere ſanatus eſt melius etiam in dies habere cœpit. Puer quidam decem annos natus, muli calce percuſſus in fronte, ut ferreæ ſoleæ margine oſſa etiam comprimerentur, huic per continuos ſex dies de cerebro quantum lens eſt ſingulis curationibus deperiit, atque hinc nihil mali præter uulnus eſt conſecutum. Alter ex Oppido Fuentis de Leon appellato erat, qui telo obtuſo ex baliſta iacto petitus, & capillos, & oſſa, & carnem ſuper cerebrum coacta habebat prima autem, ſecunda, atque tertia cura hæc omnia extracta à Nobis ſunt, pulſatione enim ipſa paulatim expellebantur, una uero & cerebri pars prodibat commiſta in quo rem nobis non negligendam animaduerti, id autem fuit quod duodecimo die molle quidam, & candidum excreſcere intus cœpit inſtar adipis, quod ſequenti curatione ita exuberauerat ut ſupra carnem omnem emineret, nos autem hermodactilorum puluerem iniecimus, eo modo reductum & concoctum iri arbitrati, cum autem tertia curatione ſupra cutim etiam nimium exceſiſſe deprræhendiſſemus, ferro rem agere conſilium fuit, igitur forcipe quatenus craneum æquabat reſecuimus, id autem quod reſectum eſt nucem iuglandem magnitudine ſuperabat; nihil uerò neque ſanguinis, neque alterius rei ſecutum, poſtera uerò die nihil apparebat, ſed plana omnia, bonoque colore conſtabant, ſanatus igitur hic homo eſt, ſed tamen quoad uixit morbo comitiali laborauit, cuius prima acceſsio fuit die. 7. & dum curaretur alteram, & tertiam paſſus eſt acceſsionem, ſuperuixit autem uſque ad quartum, & trigeſimum annum. Alterum autem curauerimus in oppido Llerena Marchionis de Falcis, qui eam prouinciam adminiſtrabat famulum hunc alius ex domeſticis quidā æreo petierat cādelabro in coronali oſsis parte, oīs aūt ea oſsis pars, qua vulnus accepit comminuta, atq; ſup cerebrū fuerat

uehe-

uehementer coacta, opus itaq; fuit 2. 3. & 4. curatione ea omnia oſſa extrahere quæ loco mota cerebrum grauiter præmebāt, maxime quæ ex inferiori tabula erant, cerebri ſubſtantiam continentes pelliculas ruperant, ex quibus duo oſſa ita magna erant, ut per vulneris hiatum magna cum difficultate erui potuerint, ab his autem pelliculæ, & cerebrum ipſum uitiata fuerant, quamobrem ſingulis curationibus à 2. ad quintam vſq; ternæ, quaterneq; ex cerebri ſubſtātia portiones, eæque non exiguæ deceſſerunt. Interfuit autem dum curaremus Benedictus Arias Montanus Theologus Noſtras qui apud nos eo tempore chirurgiam artis potius quàm operis cauſa docebatur, quinq; ergo continuis diebus oſſa, & cerebri partes prodierunt, quæ pulſatione ipſa pellebantur, atq; hic Iuuenis grauibus ſymptomatibus affectus eſt, dum curaretur, nam dextro latere conuulſionem, ſiniſtro uero paraliſim, atque regium etiam paſsus eſt morbum, hæc autem omnia 11. die aggreſſa ad uigeſimum vſq; cum ſummo etiam faſtidio durauere, poſt hęc melius habere cœpit, tandem diuina ope incolumis euaſit. Dum Nos Llerenę quod oppidum inter Bethicam, & Luſitaniam eſt, publico Populi ſtipendio chyrurgiam, & ſacræ Inquiſitionis Magiſtratus honeſta mercede exerceremus, admirandum periculum accidit apud oppidum Valuordæ decem milliaribus Llerena diſtans, quod hic reffere decreuimus. Quod huius hominis reſtituti hiſtoriam nemo audire poteſt quin Deo authore, atq; unico humanæ ſalutis præſidi gratuletur. Ea uero res ſic ſe habet. Dum operarii quidam pręgrandes lapides machinis, & arte in turrem, quæ tùnc ædificabatur tollerent (ꝓductum autem iam opus erat, & templum cui hærebat altitudine ſuperabat) vnus ex lapidibus decidens, quęndam eorum, qui machinam voluebat, in capite plenè percusſit qua ſagittalis commiſſura eſt, is autem ſubito corruit, ſimulq; cum lapide terram attigit, erat autem lapis cubitali latitudine, & longitudine; duodecim uero digitorum altitudine, & pondere quatuor, & uiginti librarum, iacuit autem homo in eodem loco per horę dimidium nihil omninò ſentiens, indè autem pro mortuo penè, ut intrà horam ſaltem expiraturo domum eſt ſublatus, hic cerebri commotionem paſſus, tres integros dies non ſolum ſermonis, ſed motus etiam expers, mouebatur autem ab aſtantibus, non ſecus ac ſi mortuus fuiſſet magna autem oſsium pars depreſſa cerebro incubuerant, ſanguis uerò oculis, atque auribus eruperat, caput autem ipſum, & collum tumidum, atq; atro colore conſpiciebatur poſt octauam autem diem ſpōte ſua apertum eſt caput à ſincipite, atq; ab occipite, & ex altero etiam latere maturuerat enim iam apoſtema, nos igitur oſſa in locum ſuum reſtituimus, membranæ autem inflam-
ma-

mationem paſſæ ſunt 3.die locutus eſt imperfectè tamen, & ut commo tę mentis homines ſolent, apertis oculis; imò & patentibus epilepticorum more erat: ſed nihil omninò uidebat, neque cernere cœpit uſque ad uigeſimum diem in dieſq; etiam viſu proficiebat, ſecundo uero poſt menſe rectè iam cernere ut ſanus cum eſſet, potuit cum ulnus iã ſanatum fuiſſet nam ad uigeſimam quintam plurima oſſa remiſsa ſunt, ſtatim autem e lecto ſurexit, tametſi rectè tunc ingredi non ualebat, atq; ita diuina magis, quam humana ope ſanatus eſt, euaſit aut pætis, & tranſuerſa tuentibus oculis, qui etiam curatione procedente quarto menſe reſtituti ſunt, recteq; intuebatur, uiuit hic adhuc, uxoremq; duxit, nam iuuenis tùnc erat oculos uerò alijs auxiliis reſtituimus. Fernelius lib.5.de partium morbis, & ſympt. cap. 2. ſcribit quændam vidi, ictu adeò uehementi ac ualido concidiſſe, ut ſanguis ex oculis, auribus, & naribus, & ex ore manaret, hic tantus mentis, ſenſuumq; ſtupor inuaſit, ut calua pertuſa, ac deinde obducta fuerit, omneq; remedij genus ſine ſenſu inductum, ſitq; is tertio menſe reſtitutus, immemor omnium quæ obtigerant. Cornelius Gemma lib. 1. Coſmocrit. c. 6.habet. Sic in uulneribus cerebri fragmento caluę ad mollem uſque memiagem per duram prorſus adacto, nonnulloque ipſius ſubſtantiæ apparente effluuio nuper e populo quidam nobis manus admouentibus eſt reſtitutus. Habemus etiam à Ioanne de Vigo lib.3.tract.1.c.5. huiuſmodi hiſtoriam Tempore noſtro in Vrbe Romana anno 2.S.D.D. N. Iulij Liguris Papę 2. cuiuſdam incliti Comitis Illuſtriſsimi Ducis Vrbinatis curam aſſumpſimus qui dum per pontem S. Angeli equitaret ex equo in terram cecidit, ex quo caſu magnam in capite percuſſionem ſuſcepit ſuper lapide marmoreo, & quod peuis fuit imediatę equus addẽdo afflictionem afflicto ſuo capite percusſionem magnam in Comitis P. capite reiterauit, Ita quod ambabus percuſsionibus homo ille in terram proſtratus remanſit; abſque aliqua motione, ac ſi quaſi mortuus fuiſſet, Apopleticus ſtatim factus fuit, à naribus quoq; & auribus ſanguinem purgabat, caput inſuper totum tumuit tumefactione magna, oculi deinde palpebrę tumuerunt cum liuiditate propter ſanguinis effluſionem, quamobrem multi medicorum Romanorũ Curię, Chirurgorumque ad hanc curationem vocati fuerunt, qui omnes cum pulſum patientis tetigiſſent, pronoſtico tantummodò in manibus Præsbiterorum reliquerunt, ego autem ad curationem uocat⁹ præmiſſa proteſtatione de eius periculo hominem curari. Franciſcus Valeriola lib.5.ſuarum obſeruationum. 9. obſeruatione deſcribit hiſtoriam Sutoris Auenione agentis in capite graui uulnere percuſsi cum cranei fractura uſque ad duram meningem pertingente, qui reſo

lutione

lutione ſimul, & conuulſione poſt ſeptimum diem correptus, & ſine uoce mutus dies totos ſeptem permanſit, & tandem magno labore nulla derelicta labe curatus eſt. & lib. 6. obſer. 4. alteram talem tradit, cuius quoq; meminit in com. in lib. de cau. ſympt. cap. 2. Famulus patris mei Antonius nomine Belga ex caſu ab alto, cum ſaturnalibus feſtis uino onuſtus ſe in feneſtras ſublimes domus contuliſſet, uino ſoporatus cadit in viam publicam defracta uniuerſim propè caluaria tota, pro mortuo habitus ſine ſenſu, ſine uoce, ſtertens, & moribundus dies totos ſeptem manet; curatur tamen ingenti ſtudio, & magno labore. Ex adductis exemplis ſatis conſtare exiſtimo magna capitis vulnera non ſemp mortem adferre, & ſi læthalia ſemper ſint ideſt quemadmodum Gal. interpretatur lib. 5. aff. com. 2. periculoſa, & crebrò interitum adferre ſolita quamquàm admiratione minimè careant ſi quandoq; ſanatur ſi cuti, & mirari maxime ſubiit, multoties ex læuiſsimis capitis vulneribus ſubſequi mortem quod tamen non ſine ratione euenire cenſendũ: nam & ſi læuia vulnera in ſoluta parte videantur, nihilominus malum alibi latens neci ægrotantem tradere ſolet, ſi quidem in parte capitis percuſſa nulla osſis fractura fieri contingit, & nihilominus partem ſibi oppoſitam, quę ipſi mediantibus ſuturis coniungitur percuſsione communicata maximè oblædi, membranis, & venulis quæ oſſa in ſuturarum loco intermediant contuſis, ita ut ſucceſsu temporis putrefiant, omne enim contuſum putrefieri neceſſe eſt, unde pesſima ne dum praua accidentia ſuperueniant, quinimo & ſæpè ſæpius mors ipſa. Quod ter ſe obſeruaſſe ſcribit Carpus cap. 1. lib. de fract. cranei in actu practico capita incidendo, ad hæc accidit non ſemel capite una in parte percuſſo in altera craneum diſrumpi, quemadmodum teſtatur Celſus lib. 8. cap. 4. & Hip. lib. de capitis uulneribus ita ſcribens; frangitur caluaria ſub uulnere alia parte, quam ubi plaga eſt, & os nudatum, qđ pariter affirmat Soranus, & Nicolus ſer. 7. ſum. 2. tract. 4. cap. 1. exemplo hoc adducto pariter confirmat. Ego vidi in filio Maſi Flunamolli, qui cum percuſſus fuiſſet in dextro tempore, & facta ſectione conuenienti non fuit repertum craneum in aliquo læſum, in uigeſimo autem die ſuperuenit ei rigor, & ſecuta eſt febris, tum pater iusſit imponi emplaſtrum capitale, & in die. 23. apparuit liuedo in oppoſito tempore, & mortificata eſt ibi caro, & facta amotione illius carnis repertũ eſt craneum fractum, & tandem mortuus eſt. Gentilis exponens tractatũ Auic. de fractura cranei. 5. fen. 4. tract. 3. ca. 1. ſcribit ſe ſimilem caſum habuiſſe, à Chirurgo fide digno, & Ioannes de Vigo ſe idem uidiſſe teſtatum reliquit; Ex poſterioribus Falopius in com. in lib. Hip. de uulnerib. capitis cap. 14. percuſſo capite in una parte in alia ſcindi poſſe

affir-

affirmat & ſi in opp.id fieri poſſe negat;quod tamen Iacobus Carpenſis,Author Chyrurgiæ Veſſalio adſcriptæ li.2.c.1.& Io.Andrea à Cruce chirurgiæ li. 1.c.2.Luſit.cent.6.cur.100.& Franciſcus Valeriola in apendice ad loca communia haud inficiat.In oppoſitū Paulus Aegineta li.6.c.90.& ex Neotericis Vidus Vidius in com.in li.Hip.de vuln.cap. & Guido à Cauliaco vbi de fracturis cranei pertractat, & Dynus de Garbo in com.in 5.fen.4.li.Auic.diſputāt quorū rōnib' P.recētiores ꝓ veritate experimēto cōfirmata ſtātes abūdè ſatisfaciūt,quorū ſententiā etiā cōprobat Gal.6.lib.Meth.med.c.ul.& Auic.fen.5.4.trac. 3.c. 1. Alia quoq; cauſa aſsignat cur ex læui capitis ictu hominē qñq; perire contingat à Paulo li.6.quē omne ferè recentiores inſequuntur, & comprobatur à Serapione P.Breuiarii c. de Soda à percusſione; ea quę eſt cum ex ictu uenulę aliquę ex iis,quę in cerebrū,uel membranas pertingunt diſrumpuntur, à quibus ſanguis effluens corrumpitur & in ſaniem conuerſus cum exitum non habeat rigores, conuulſionē, ac alia ſæua ſymptomata excitat, tādemq; patientem ad interitum perducit,præterea,& quandoq; neruuli quidā parui, ſeu potius neruorū propagines quibus mediis mēbranæ externæ,& internæ inuicē ferumi nantur,cranioq; alligantur expercusſione diſrumpi contingit,ob idq; peſsima accidentia oriri quod non ſolum ex ictu,ſed ēt imperitia chi rurgorū, imanitateuè contingere ſolet,qui nōnunquā læuisſima capi tis vulnera tractantes quāuis id minime neceſſe ſit eiuſdē cutī nō ſolū magnis ſectionib' diſtermināt,ſed & pericraneū lacerant,& diſcindūt vnguib' venulas,ac neruorū portiones,q̄ à mēbranis cerebri internis ad craneū ꝑtingētes per illius foraminula q̄dā pertranſeūtes in craneo inſerunt,& multoties ad pericraneū perueniūt, ꝙ in mortuorum caluariis nō ſemel obſeruauim',Et Carp'.c.de ſignis oſsis pūgētis panniculos,& cerebrū hæc tradit. Quod craneū nutriat à uenis duræ matris, ego uidi experientiā Florentiæ in quodā puero ætatis annorum duodecim,uel circa filio cuiuſdam Tinctoris,qui fuit percuſſus à quodam Mulo cum pede, & craneū erat fractū ad quantitatem hoſtię magnæ,& ad intrà per groſsitiem unius cultelli compreſſum,& undequaque ſeparatum,& ego cum Magiſtro Alexandro de Ripa phiſico ſimul cum quodam Tafura dicto qui erat chirurgicus fui uocatus in cura, & uiſo oſſe depreſſo cum inſtrumentis aptis uolebamus eleuare totaliter illud,ſed in eleuatione uidimus unam notabilem uenam ruptam, à qua multa ſanguinis quantitas exibat, in qua cognouimus periculum magnum & dimiſimus os, quia retinebat ſanguinem cogitando illud deinde ad tempus remouere, & curando uidimus os ſemper eſſe uiuiclum nec aderant mala indicia, & ſic proceſsi poſtea

ego ſolus in cura, & uidi os à lateribus mediante horosbots conſolidari,& dimiſi os,& ſic perfectè ſanatus eſt,& alios uidimus prius,& vidi poſterius quos breuitatis cauſa relinquo narrare. Huiuſmodi uenīs quibus nutritur craneum laceratis eas interius retrahi contingit, ab eiſdemq; ſanguinem manare qui putreſcens nulla in oſſe manifeſta labe conſpecta circa initia,tandem ſæuis ſymptomatibus ſuborientibus neci tradatur æger, fieri prȩterea poteſt ut quamuis venæ non diſrumpantur ex uehementi tamen ex ictu concusſione plurimus intrà uenas ipſas ſub craneo latitantes euocetur ſanguis, ſanguineq; in parte anguſta conculcato,& retento, nec debite expurgato ex mora, & prohibita defflatione calorem extraneum concipiente ſuboriatur inflamatio ad quam mortem ſubſequi contingit, quamuis læuiſsimum vulnus conſpicientium oculis ſeſe offerat: Quod pariter oborta inflãmatione in uulnere in externa parte ſuturæ uicina clam portione ſanioſi humoris per ſuturam intus decedente quandoque euenire teſtatur Valeriola lib. obſer. P. hiſtoriam deſcribens Arduyni Ferrerii adoleſcentis annorum tredecim, qui à fuſte ligneo ex ſalice læui quidem illo,ſed ex alto demiſſo,accepto contemptibile quidem (ut uidebatur) uulnere ĩ capite,abſq; cranei fractura,ſciſſura uè, oborta ſexto die inflammatione in uulnere ſequenti conuulſione paralyſiq; in crure dextro,& brachio ſiniſtro cum febre, & delirio undecimo mortuus eſt, & diſſecto craneo e regione partis uulneratȩ inter craneum & duram menigem pus inuentum eſt, non copioſum quidem ſed liuidum, & fœtens;quod per commiſſuram ſagittalem dictam, cui propè vulnus inflictum fuerat intrò lapſum erat. Accidit præterea nonnunquam ut cute ipſa capitis tantummodo contuſa, vel modice ſoluta os cranei rimulam capillarem contrahat, quȩ ſenſum effugiat vel ſaltem uix conſpici queat per quam ſanguinis ſanieſue ſenſim & ſenſim percoletur,& necem inferat. Quod idem Valeriola in Apendice ad loca communia huiuſmodi hiſtoria adducta confirmat. Erat mulier quædam Florenti ætate,forma eleganti,& bono corporis habitu prædita,quȩ uiro cauponi nupſerat, eius diuerſorij Auenionenſis cui Gryphus auis inſigne erat, ad cauponam cum multi inſolentes, impuriq; homines accederent,vt ferè fieri ſolet ubi ſe mero multo impleſſent,unus aſsidentium probè potus,& hoſpitæ (quam ut aiunt deperibat) cum propinaſſet, illaque renuiſſet, geſtãs manu uitreum poculum ioco uinum cum in illã proijcere uellet unà, & poculum uino plenum proiecit, uulneratque exiguo,ac planè contemnendo uulnere mulieris frõtem, accitus Chyrurgus ille officio fungens lineamenta admouet,nullus capitis dolor, nulla uerenda ſympt. nec 1. nec altero die inſecuta ſunt, 3. dolor grauis,

uis,febris totius faciei tumor ingens, rubori, & inflamationi coniunctus,mox delirium,& conuulſio,quaſi quędam,interceptaq; uox,apertum uulnus multi adhibiti Medici, atque Chyrurgi magnitudine caſus inopinati acciti,rimula uix cōſpicua apparebat,quinto die mors, diſſecto cadaueris cupitis, ingens phlegmone intra caluariam inuenta,dura meniax tumens,dura,liuore affecta,& ingenti puris copia ſuffuſa reperta eſt,erat autem tanta congeſti puris copia,ut librarum ferè duarum pondus æquaret. Franciſcus Arcæus hiſtoriam & ipſe con ſimilem deſcribit lib.1.cap.2.per hæc uerba . Ex duobus rixantibus hominibus alter ab altero percuſſus eſt ſaxo, is uerò qui accepit galea caput armauerat, qui tamen grauisſimo turbatus ictu protinus in terram corruit, ſtatim autem dum ab accurrentibus ſuſtollitur, euomuit;his ego coniecturis , & galeæ aliquantulum compreſſæ contemplatione oſsis rupturam ſubeſſe iudicaui,loco igitur aperto contuſionem ipſam uulnere facto formaui, poſtera uerò die craneum eo inſtrumento,quod à Gręcis Abaptiſtone à nobis trapanum dicitur, terebraui :quamquam uix capillaris,& ſubtilisſima rimula in oſſe oſtenderet, offendi autem ſatis magnam concreti, ac teterrimi cruoris copiam, quæ in duram matrem defluxerat, eo igitur modo , atq; ordine quem ſequenti capite ſubiungemus curatus , ſanatus eſt breui , nullo graui ſymptomate inuadente , ſecus quidem accidiſſet ſi caluaria minimè adaperta fuiſſent. Carpenſis. cap. de ſignis materiæ ſuper paniculos ſic ſcribit . Ego uidi Bononiæ in Reuerendo D. Piramo de Pepulis qui habebat fixuram capillarem in craneo per quam deſcēderat aliqua materia, & adhibita cura cum inſtrumentis ut uideretur an rimula penetraret interiorem ſuperficiem cranem inuentum eſt , quod ſic cum raſpatoriis , & per fixuram dilatatam exiuit modica, & ferè nulla ſaniei quantitas,& ceſſauit ſtatim febris acutiſsima, inquietudines, & uigiliæ,& omnia mala accidentia,quæ aderant,& hoc etiam uidi in quampluribus aliis. Accidit etiam quandoque in uulneribus capitis, quod ſanies nō habeat liberum exitum à uulnere,ſicq: per poroſitates oſſis reſudet ad intra craneum,cuius rei teſtis eſt Hipp.lib. de uul.cap.dū ſcribit partem poſteriorem capitis , uulnera occupantia minus læthalia eſſe,eo quod os ob craſsitudinem diuturniori tempore pus cōtrahat,& ad cerebrum inferius transfundat,quod pus oſſa permeare poſſit,confirmant Gal.in com.aff.55.7.lib. Ex Hip.ſententia,& Auic. fen. 14.3.lib.tract.4.cap.5. Et Iacobus de Carpo. cap.de ſignis cerebri cō moti ſe hoc uidiſſe tradit in actu practico anatomizando capita mortuorum à ſimili caſu non rupto craneo,nec paniculo læſo,idq; facilius accidere conſueuiſſe affirmat cum à uulnerante arma uel à Chirurgo

Bbb 2 Medi-

medicis inſtrumentis ſuperficies oſsis exterior, quæ eſt déſior quam pars media fuerit amota, ſicq; ſanies facilius ad interiora deſcēdit, ſi enim per rimulam paruã, & uix ſenſibilē, extrahi ſaniem interius contentam, quandoq; obſeruatum eſt, quanto magis, & ad interiora ſua grauitate deſcendere dicendum erit? Narrat idem author huiuſmodi hiſtoriam ibidem. Curabam quaſi me nolente Bononiæ quęndam Martinum Boletarum nuntium qui fuerat enſe non multũ ſubtiliter incidēte uulneratus in capite, in cuius craneo erat fractura ferè capillaris, maior tamen & penetrans intra ſine paniculi lęſione circa decimum diem uidi accidentia ſeparationem paniculi monſtrantia, ſtatim ego uolui os incidere, & figuram ampliare, ſed ille quidem nunquam fuit conſentiens, tamen ego procedebam in cura cum attrahentibus, & ſemper per rimulam illam exibat notabilis ſaniei quantitas, dum ei imperarem, ut impelleret a pectore ad caput aerem, & ita ſuflando notabilis ſaniei quantitas exhibat, tamen ſemper habuit febres, & rigores, & inquietudines ferè uſque ad quinquaginta dies, tandem natura ſeparauit totum os capitis a dura matre uſque ad ſuperficiem oſsis ad quantitatem hoſtiæ magnę. Euenit quoque aliquando ut cranei oſſe exterius integro exiſtente tabula poſtrema diſrumpatur, quæ membranas pungens ita officit ut mortem inferre poſsit, & in hoc affectu ſecunda lamina a prima hiat, & circa medium membranas comprimens nocumenta grauia efficit; dum exteriorem laminam incolumen conſpicati, internam magis integram arbitramur lan guente paulo poſt dies ſuos claudente; cuius affectionibus Gal. lib. de diff. morb. & lib. 2. de morb. cauſ. in fine, & Paul. lib. 6. ca. 90. meminere. Nec reticendũ cenſemus imperitorũ chirurgorũ quorũdã cõe erratũ qui hiberno tpe vt ambiētis frigiditatē vulneribus aduerſantē arceāt nõ ſolũ thalamos maxime calefaciũt, ſed multis linteis, faſciiſq; laborãtiũ capita obuoluũt, imò vidimus, qui ignitas ſeſtas capite ſuperpēdentes in medicatione adhibeat, vnde ex læuiſsimis vulnerib⁹ capitis mortē ſubſequi q̃nq; uidemus, ſi quidem acies frigidi uicinia euitãda, ſed moderatè id faciendum dicente Hip. lib. de officina Medici, quod niſi faſcie, & panni tenues, ac lęues inijciantur calor in parte, & inflamatio mouebitur, & lib. de fract. cum inflammationem timet, cauet a multitudine faſciarum, & linteorum; Influxus quoque quædam loca ita auerſantur, & inimicè ſuperaſpiciunt ut ex læuisſimis uulneribus laborantes interire contingat, quod ſuperioribus annis in Vrbe nr̃a obſeruarunt Medici omnes, in qua qui uis in capite læuiter percuſſus moriebatur quamuis ijſdem auxilij s ijdem Medici vterentur, quibus antea, & poſt longè maiora, ne dũ conſimilia vulnera curauerũt, & nũc

ſanant

ſanant. Qđ pariter Aluarus Honnius in ſuis annotationib' in li. 1. Ar-cei. Chyrurgię Antuerpię accidiſſe anno 1574. ſcribit, inquiẽs quãplu-rimos citra Caluariæ lęſionẽ ex lęuiſsimus ictib' perijſſe. Mirandũ ſa-nè Iuriſtas trãſacto 46. die, in capitis vulnere nullũ amplius ſubeſſe pe-riculũ ſtatuiſſe, ſiq; poſt dictũ tẽpus uerò tradi cõtigerit ægrotantẽ, id nequaq̃ id vulnus reijciendũ eſſe decernũt; cũ tñ vſq; ad centeſimũ periculo nõ vacare Authores ſint Rogeri', Guido, & Iacobus de Car-po. Quinimò nec poſt centeſimũ periculo vacare obſeruauimus Nos. Iudæ' q̃dã quadragenari' Moſes de Fontanella appellatus quadrato corpore donatus, dũ æſtiuo tpe poſt cenã ab inimico inſequente fugã arriperet, vuln' ab eo in capite cæſim inflictũ accepit, rotũdũ ꝓfectò, ac ſi circino quis muſculoſam carnẽ à coronali ſutura in lãdoidẽ abla-tã demetiret, pericraneo undiq; niſi propè ſagittalẽ cõmiſſurã illæſo manẽte, q̃a ibidẽ tm̃ lupini inſtar cũ quadã primæ laminæ ſuperficiete-n' abraſione deficiebat; Huic tùnc tpis neq; grauia, neq; mitia ſympto-mata acceſſere imò quã proſpere tũ circa vlcus tũ circa corp' uniuer-ſum (erat enĩ ſemp febris expers) oĩa ex voto ꝓſequebanẽ; uerũtamen hæc dũ ita eſſent, maximã quandã ob animi excandeſcentiã, quarta in-eunte die febre inalterato vulnere duodecim horarum ſpatio cũ triſti cruris oppoſiti ſenſatione correptus fuit, ſed ad uigeſimam ſubſequẽ-tis diei horam bene ſe habuit, nocte aduentante direpente, eodẽ cru-ris, & frontis dolore, oſſe florido apparente cum tumore tum capitis totius œdematoſo, atq; uulneris mala intemperie iam contracta iterũ tot horis, qđ elapſa die incaluit, atq; ſedata febre, tumore, & vulneris intẽperie nõ exceptis cũcta fuerũt penit' remota, ſed ordine ꝑdicto deinceps reuerſa ẽt P. ſymp. acceſſere, & eo deuenit res, qđ abſq; oſsis detrimẽto cũ febre, & accidẽtib' intermittẽtib' vuln'. 20. die malè o-luit, verũ. 27. die nõdũ expleta vlc' in priſtinũ fuit redactũ, nec nõ etiã tumor ille fuit exolutus, atq; trigeſima ꝑter inſtitutũ, febre aſſueta, & ſymptomatib' ſoboles cutis in qua capilli efflореſcebãt gradatĩ emer-ſit vlcuſq; poſt hac in meli' ſemp tũ cicatrizãdo, tũ mõſtruosè capilli-zãdo vſq; ad os ipsũ ꝓceſsit, at febris in deteri' degenerauit, quã ſæ-uiora ſymp. comitabanẽ, nã ex intermittẽte continua facta eſt, cũ bilis vomitu, quo ſedato nunquã nauſatiua ſatietate nõ deſtituebaẽ vſq; ad 70. diem, quo tempore ſquamam ab aere alteratam os amiſit, & ſemp continua febre, atque extremarum partium frigiditate aurium, at-que narium liuore, cum pectoris in latere dextro dolore ingenti, & oculis liquefactum referentibus uitrum, vnà cum ſudore vniuerſali, ſic quod omnium eiuſdem temperaturę hominum copia excederet fuit excruciat'; ſed poſt huiuſmodi oſsis deſquamationẽ excepta febricula

qua-

quadam omnino à patiente ſpreta, ac neglecta pectoris tamen dolore perſeuerante in nihilum penitus prænarrata accidentia redacta fuere atq;.85.die inſtante caro calloſa in qua capilli non erant ſolida tamen, & firma ulcus adimpleuit, cuius occaſione Chirurgis, & Medicis à curatione recedẽtibus, is ferè cachexia affectus ad.125.diem (quia mercator erat) per totam Vrbem die, ac noctè ambulabat. At 126. die ineunte ardenti febre, articulorum dolore, pectoriſq; neruorum opticorum, oculorum frontis, & ſincipitis, cum narium, & aurium liuiditate, abſq; tamen ſanati ulceris iactura ulla correptus fuit, atq; 129. die accedente prædicta omnia fuere remiſſa, qua tamen nocte dum placẽtam à leui cena ex ſacharo, melonumq; ſeminibus confectam comandu caret, copioſiſsima ſanies icoroſa, liuida, fœtida, & corrupta, qua ambiens ualdè inficiebatur à collatorio oſſe Medico intuente, in fauces influente, motu ſtatim, & ſenſu à diaphragmate infrà deſtitutus mente conſtando cum ſemel aſcellaſſet uitam cum morte commutauit; ex quo deprehendi facilè poteſt, naturam aliquando pus noxiamq; materiam ſub craneo latitantem per uias inopinatas extrudere conſueuiſſe ſymptomaticè nonnunquam, aliquando vero criticè, quod binis exẽplis confirmare libet. Anus quædam ſexagenaria uentricoſa, & ad motum inepta dum Vergiliarum ouaſu altiorem incautè ſcamnum aſcenderet, prolapſis pedibus marmoreum dolium occipite offendit. Hęc quia uehementi ictu contuſa tantum, & non ſauciata fuit, neq; Medicum accerſire, neq; uictum à conſueto mutare uoluit, trigintaq; dierum ſpatio nullam temeritatis ſuæ pœnam perpeſſa eſt, quibus elapſis, e ueſtigio ipſi totum intumuit caput; & tactu doluit, & febre concluſa correpta fuit in grauem ſoporem, & altam caliginem, uertiginemq; cecidit conuulſa aliquando permanſit, & binos riguit menſes, & amara euomuit, oculuſq; alter modo liuidior, modò prominentior effect' eſt, tandem e naribus alba lenis, & æqualis ſanies bis ad unciam effluxit, qua niſi oculorum dictis affectibus leuiter infeſtantibus, & nõ ſemper, in priſtinum ſanitatis ſtatum reuerſa eſt. Ita & Iacobus hębreus percuſſus vulnere tranſuerſali muſculum temporalem incidente ſeptima die ſuperuenientibus rigoribus quotidie vſq; ad 45. diem riguit, & quotidie ferè ſemper ſudauit, alternatim rigoribus ſuccedẽtibus ſudoribus qui tamen nonnunquam per duos, vel tres dies inordinate ſupprimebantur, rigoribus tamen, & motibus quibuſdam conuulſiuis perſeuerantibus, ulcere ſicco ac labiis depreſsis ſemper exiſtente, præter omnium tamen ſpem rigoribus vnaq; ſudorib' ceſſantibus ſanitati fuit reſtitutus, ſenſim natura materiam à capite ad neruoſas partes, ac muſculoſas decumbentem, ac rigores excitantem per ſudores

eua-

euacuante. Admirantur quandoq; medicinam facientes vulnerum capitis quorumdam ſanationem cum oſsis inciſione nimium in longum protahi, diutiuſq; ac vulneris qualitati conueniat, curationem retardari, quod ex oſsis portiuncula ad intrà latitante prouenire obſeruatum eſt, quæ niſi amoueatur nunquam ſanatio ex uoto ſuccedet, quòd nos non ſemel obſeruauimus, & Carpenſis per hæc uerba teſtatum reliquit. Et quia oſſa ut plurimum ſunt Frangibilia, & uitrea, & fixura notabili facta in craneo penetrante ad intrà aliqua fruſta oſsium cadunt ad profundum ſupra paniculum, & notabilia ſunt, quia ſunt maiora, ideſt cum maiori fractura in ſecunda tabula ideſt in inferiori, uel ut melius dicam in intrinſeca ſuperficie cranei, quam in ſuperiori, & púgunt ſiue grauant paniculos, & Medicus in ſimilibus debet ſerrare craneũ lateraliter, & fixuram ampliare, & os illud extrahere, quia aliter non curatur talis diſpoſitio. Et hunc caſum ego habui notabilem in quodã Philippo Donella de Carpo qui ſteterat per annum cum magno fruſto oſsis ſub oſſe, & vulnus erat notabiliter longum, & conſolidatum totũ niſi quod ad extrema uulneris nunquam potuit conſolidari, & perfectè claudi, & ibi erant duo parua oreficia à quibus reſudauit ſanies ad minus per ſex menſes, & hic fuit curatus à fratre ſuo qui erat ſatis bonus operatur, & à patre meo, ſed ſuperueniens ègo aperui totum uulnus ſecundum longum, & dilataui in latum, & ſerra amoui partem lateralem cranei, & inueni fruſtum longum, & groſſum ſupra paniculum quod extraxi, deinde mondificaui paniculum, & breui ſanaui eum; & adhuc uiuit in bono ſtatu; Illud mihi quam maximè ſuſpiciendum uidetur quod in vulneribus capitis ſubſequi quotidie obſeruatur, uniuerſum nempe corpus aliquando conuelli, aliquando partem tantum lateris vulnerat nonnunquàm totum corpus paralyſi, nonnunquam partẽ affecti lateris tantum detineri, quin etiam affecti lateris partem paraliſi occupari, oppoſiti uero conuelli, & e contra præterea oppoſitam partem altera harum affectione occupari lęſi lateris parte ſine offenſa conſimili, ſed penitus illęſa permanente, quod magis admirandum eſt; & nihilominus multoties in actu practico adnotatum fuit. Et Cardanus in com. 2. aff. lib. 5. ſic ſcribit memini me uidiſſe verum ſtrenuum qui in Monomachia vulnere penetrante effoſo oculo ſiniſtro cõuulſus, & reſolutus eſt in parte dextra, & ob virium robur, & Medicorum diligentiam euaſit. De conuulſione partis oppoſitę Hipp. tum li. de vuln. cap. tum etiam lib. de coacis Prænotionibus, & 3. de fract. & 5. & 7. Epidem. pluries meminit, & in 5. caſum deſcribit famulæ in Omilo duodecim annos natæ, quæ ex capitis vulnere in media ęſtate. 14. die mortua eſt, conuulſio uero manum ſiniſtram inuadebat, & ſi vulnus in dextra

tra habebat; de paralyſi oppoſitæ partis nullibi Hipp. quod meminerim uerba fecit. Vtriuſque meminit Auic. 1. fen. 3. lib. tract. 4. cap. 14. & cauſam reddit. 2. fen. 3. ca. 2. Nos ex iis, quæ ſuperius diximus priorum euentuum cauſam facilè reddere poſſumus. Si quidem læſo cerebro ob capitis uulnus ſaltem per conſenſum debilitari illud contingit, ita ut humorum confluxum facile ſuſcipiat, quodq; pro nutrimento ipſi ſubminiſtratur in cruditatem, atque excrementum euadat ob ſui imbecillitatem quod eidem negocium faciens expultrix facultas expellere ſatagit, unde cerebrum neruorum originem corrugari accidit quo corrugato, & nerui per corpus diſeminati unà contrahuntur, & conuelluntur, quod ſi excrementitia materia huiuſmodi craſſa fuerit, & a cerebro alio tranſmittatur, & neruorum meatus obſtruxerit ad quos peruenerit ſequetur partis cui inſeruiūt paralyſis, & totius ſi vniuerſalis fuerit obſtructio, & ſpiritus animalis per neruos diſeminari ſoliti tranſitus interceptus fuerit, quod ſi excrementum ſubtilius fuerit, & magis neruorum ſubſtantiam, quam meatus occupet, ſequet̃ conuulſio totius uel partis prout totius, vel partis neruorum occuparit ſubſtantiam, ſuborta quoq; in cerebro inflammatione, & etiam noxa communicata ſpinali medullę eaſdem affectiones ſubſequi poſſe nō eſt ambigendum; Ad quod oppoſita pars parti uulneratæ hiſce malis tentari contingat parte uulneri e directò reſpondenti illæſa remanente id longè difficilius eſt explicare. Ex Antiquioribus Græcis Quint. Caſsius in problematibus ſuis aſſerit huius effectus cauſam eſſe qđ nerui omnes decuſſatim in ortu ferrantur, neruos ſcilicet à dextera cerebri, & dorſalei medullæ ſede pronatos in ſiniſtram corporis regionem diſtribui, quam pariter admiſiſſe conſtat Aretęum ut ex ipſius ſcriptis colligimus lib. 1. cap. 6. ubi hæc habet. Proinde mihi & mēbra dimidia pati uidentur in duas partes à morbo deducta Hæc res nimirum documento ęſt, quo dextræ partis facultas, & natura à ſiniſtræ partis natura, & facultate differat, quippè aſsidens cauſa æqualis eſt, & vtriq; communes morbi occaſiones ſiue frigiditas ſit, ſiue cruditas. Sed utraq; haud æquè pati idonea eſt. Natura verò æquè ualens eſt, vbi ſubiecta ſunt æquè ualentia, idem autem inæqualibus ineſſe nullo modo poteſt. Igitur ſi infrà caput aliquod principiū affectum ſit, qualis medullæ dorſi membrana eſt, quæ nominis eiuſdem ſunt, & contigua dextra in dextris, & in ſiniſtris leua reſoluuntur. Verum ſi caput primo in dextra patiatur ſiniſtra, ſi in leua dextra neruorum initia ꝑmutata ſunt. Neque enim dextri nerui in dextras partes ſecundum rectum, uſque ad extremum progrediuntur, ſed ab initio enati protinus ad oppoſitos tranſeunt, ſe inuicem in figuram huius literæ. X. quam

Græci

Græci chiaſmon uocant permutantes. Verũ pace horũ doctisſimorũ Medicorũ dixerim, hæc rõ nullius eſt formitatis, ſiquidẽ ſectionis anathomicæ bñfici o nõ ita ſe rẽ habere cõpertũ eſt, q̃nimò à dextra parte dextros neruos, & e cõtra oriri clariſsime cõſtat. Quare ex poſterioribꝰ varij varia imaginati ſunt quorũ comẽta ſigillatĩ referre lõgũ nimis eſſet. Quãobrẽ q̃ ꝓbatiorẽ cenſemus cauſã ĩ mediũ dũtaxat afferemus. Arbitramur nos qđ pars oppoſita parti vulneratæ oblędatur aliqñ hac illęſa remanẽte id eſſe in cauſa, qđ per uulnꝰ natura excremẽtoſũ, humorẽ excernere ſoleat tũ ꝑ fluxũ ſanguinis e vulnere manãtis ꝑ initia, tũ ẽt per puris excretionẽ, addita quoq; localiũ medicamẽtorũ ope, q̃ per inſenſibilẽ tranſpirationẽ excrementi partẽ quoq; abſumãt, ita ut ab excremẽtoſa materia affecta pars minꝰ male affici poſſit; ſecꝰ aũt ĩ oppoſita cerebri parte, q̃ cũ ita expurgari nequeat læſionẽ partibꝰ eiuſdẽ lateris ſubiectis impartiẽ, vel cõſortii rõne, uel materia ad eas trãſmiſſa, aut decũbente. De ijs itaq; q̃ rarò, & adnotatu digna cõtingunt in capitis vulneribꝰ hęc dicta ſint ſatis. De oculorũ vulneribꝰ ẽt ſcriptas inuenimꝰ admiratione dignas hiſtorias. Gal. enĩ li. de ſymp. ca. c. 2. ita ſcribit. Incredibile q̃dẽ nec fieri vulgò ſolitũ ĩ puero uidimꝰ, qui ſtilo in pupillæ loco fuerat cõpunctus. Nã cũ ſtatim effluxiſſet aqueus humor, tũ pupilla ipſa minor eſt reddita, tũ tota cornea apparuit rugoſior, cęterum ſanatus poſtea rectè uidit, collecto ſcilicet paulatim eo qui effluxerat humore, verum hęc rarò ſunt, cæcitates autem huiuſmodi uulneribus plerunq; ſuccedunt. Beniuenius lib. toties citato. c. 74. ſcribit puellam. 4. annos natam dum nodum in panno ſoluere acuto gladio niteretẽ reſiliens mucro oculum dextrum percuſsit, quare perforata ipſius oculi tunica plurimus ſtatim inde fluxit humor, quare & ſi prorſus uiſum amiſerit, ipſum tñ haud multo poſt ritè curata recepit, ſubditq; tantam uim illæ tenellæ ætati ineſſe, ut hãc ipſum oculi humorem in integrum reficere posſit, quod ſæpè accidere ait. At id quoque in adultis aliquando factum fuiſſe comprobat hiſtoria quam Langius epiſtol. 7. hiſce uerbis deſcribit. Ciuis erat Ambergæ cui nomen HeudegKer, hic debita exacturus in quendam pagum peregrè ibat, & dum cultello oblongo rapum ex ægro proximo euulſum excorticaret, & ob itineris lubricitatem pedibus uacillaret pronus cum oculo in cultellum cadens oculum ab inferiori palpebra ad ſupercilium uſque per medium diſecuit, Chirurgici verò accerſiti, ne putredo intrà craneum ſerperet oculum excidere ſtatuerant, id cuius citrà mei abſentis conſilium fieri nolebat, ueſperi uerò cum domum ab ęgro, quem in oppido ſulezpach inuiſeram rediјſſem, uidi oculum ad oui galinei magnitudinem intumuiſſe, quare

quam primum ne oculus ob dolorem, & hominis aluuium phleg- mone corriperetur eum unguento de Alabaſtro illeui, & albumen oui addito cophuræ momento cum oleo, & aqua roſarum diſſclutum, & othonij s exceptum ſupra oculum applicui, & tandem oculi recens vul nus citrà phlegmonem, & ſuppurationem conſolidaui; ſtatimq; præme morata Gal. hiſtoria recitata ſuum hunc ægrum quemadmodũ & Gal. patientem uiſum plenè recuperaſſe tradit. Tumoris oculi mirabilem ſanationem habemus à Victorio Trincauelio de cur.par.cap.6.in hæc verba. Et equidem ego cognoui nobilem quændam adoleſcentem Patritium Venetum cui dexter oculus adeò prominebat, & uniuerſam fe rè faciem deturparet, id uerò contigerat ex ſcirrhoſo tumore, q̃ erat interna parte qua adnota membrana alba quam coniunctiuam diximꝰ oculum osſibus in quibus locatus eſt annectit, qui tamen tum ætatis ope, tum Medicis auxiliis tandem longo tempore eſt liberatus. Cordis uulnera non ſolum læthalia, ſed prorſus inſanabilia docent omnes tum Antiqui, tum recentiores ſcriptores, quibus experimentum adſtipulatur, nihilominus cor cum uita ſolutionem continui perpeſſum fuiſſe pluries adnotatum Gal. 1.loc.aff.c.5.ſcribit eſſe imposſibile cor aposthema abſceſſum uè pati poſſe, & Ariſtot.3.de par.animal.4.protulit cor ſolum uiſcerum, atq; omnium partium corporis nullum vitiũ grauè pati, idq; ea ratione quod principio corrupto, nihil ſit quod cęteris quæ inde pendeant præbere auxilium poſsit, inditium ut nullum cor affectum patiatur, quod in nulla hoſtia cor ita affectum uiſum adhuc eſt. Auic. verò 11.3.tract.1.cap.2. ait cor ipſum non tollerare ut apoſtemetur, Haly abbas.9.The.cap.23.tradit hæc. Non eſt posſibile ut apoſtemetur cor, ut accidat in eo oppilatio in plures eius uentres ſicut posſibile ſit illud in cerebro, nam mors antecedit illud Auic. 3. col.cap.25.inquit. Cor in ſui ſubſtantia non poteſt apoſtema tollerare, eo quod prius deficit infirmus; quod pariter confirmat in com. 4. ca. 3.lib.de part.animal. Idem atteſtatur Meſues lib. de appropriatis ca. ult.inquiens. Quidam ſolutionem continuitatis, aut apoſtemationem fieri in corde virtus non patitur, imò ſunt cauſa diſſolutionis, & mortis. Serapio.2.Breui.cap.27.& 28.& Abynzoar P.Theyſir tract.12.ca. 1. idem confirmant Gal. tamen oppoſitum videtur ſentire. 5. de locis aff.cap.1.dum ita ſcribit. Etenim Simia cum emaciari in dies uideretur, eam tamen neceſſariis noſtris negotiis impediti ſecare in tempore non potuimus poſt mortem uero reliquis corporis partibus omnibus illęſis inuentus eſt in ambienti cor tunica tumor præter naturam humorem in ſe continens quale poſtulę (Græci Hydatidas uocant) emittere cordis ſolent: Atq; in Gallo quoq; uidimus aliquando cordis

tu-

tunicam huiuſmodi ſcirrhoſo tumore affectam, proinde ac ſi plures craſſæ membranę inuolute altera alteri fuiſſent; uerum in eo nihil humoris continebatur, unde ueriſimili coniectura elicitur, homines etiã ſimilibus poſſe affectibus moleſtari. Inflammato autem manifeſto corde gladiatores uidimus, haud aliter quam qui cardiaca ſyncopa perierint obiiſſe. Igitur ſi ad uentrem cordis uulnus aliquando penetrauerit protinus magno cum ſanguinis fluore hominem mori neceſſe eſt, idq; pręcipuè ſi ſiniſtræ partis uenter fuerit uulneratus, ſi uero nõ ad ventrem uſque pertingat, ſed in cordis ſubſtantia conſiſtat uulnus, ex ijs affectis aliquis non ſolum ea die qua uulnerati fuerunt, ſed ſequenti quoq; nocte uiuere potuerunt, qui inflammationis ratione extincti ſunt Et. 1. lib. de Hipp. & Pla. placitis cap. 5. & 7. de adminiſtr. Anat. c. 12. & 13. hiſtoriam ſcribit Marylli Mimographi pueri cui cor denudatum fuit, corrupto cordis inuoluero, & ſphacellato oſſe Thoracis, & tamen ſanitati reſtitutus eſt, quin etiam. 2. de Hipp. & Pla. placitis ita ſcripſit. Etenim ſi nudaueris cor, contunderiſq; ipſum, atq; depreſſeris nec uoce, nec ſpiratione, nel ulla prorſus uoluntaria actione impediri animal cernes; quod ſi minimè perforaueris thoracis cauitatem licebit tibi eam uniuerſam, ac ſimul cor ipſum eximere illæſis uolontarijs actionibus, id quod in nonnullis ſacrificiis contingit, in quibus animantia cernuntur cordes in aris impoſito, non reſpirare tantum, aut clamare fortiter, ſed etiam fugere quouſq; profuſione ſanguinis commoriantur. Ex recentioribus Beniuenius cap. 81. ſcribit in Lodouici Nicolini cadauere diſecto in ſiniſtro cordis uentriculo obduratum callum inueniſſe qui nucis magnitudinem æquaret, quem aduerſæ hominis valetudinis cauſam fuiſſe arbitratus eſt, & cap. 89. tradit in inciſo Iacobi cuiuſdam furis inſignis cadauere abſceſſum in ſiniſtro cordis uentre pituita redundantem adinueniſſe. Iacobus Holerius, ſeu Duretus in ſcholio cap. 27. tradit Archidiacono cuidam pulpitatione cordis interempto corpore diſſecto abſceſſum in cordis ſubſtãtia inuentum, & in muliere altera multos abſceſſus cum calculis in corde repertos, quæ quatuor menſium ſpatio urinæ craciatibus laborauerat Thomas à Vega in ſuis com. in 4. lib. loc. aff. ſcribit inuentum fuiſſe ceruam infixam gerentem cordi antiquam ex uenatione ſagittam; Cardanus in com. aff. 18. 6. lib. teſtatur ſe uidiſſe in Antonio Oligiate ablatam partem pericardij, qui tamen ſanatus fuit; & ſuſpiria alta ducebat, nec multis annis ſuperuixit Fernelius. ca. ult. 5. lib. de par. morb. & ſympt. tradit in quodam qui ſenſim contabeſcens, & liqueſcens de medio ſublatus tandem eſt; tria ulcera in corde reperiſſe non parum caua, & ſordida multo iam antea tempore contracta. Nicolaus Maſſa

in ſua anatome ſe experimēto cognouiſſe atteſtatur cor poſſe pati apoſtema,& ulcus. Realdus Columbus lib. de ijs, quæ rarò in anatome cōtingunt, q̄ eſt 15. de anatomica ſcribit ſe uidiſſe in corde vlcera, & tumores duros pter naturam pſertim in ſiniſtro cordis vētriculo, ſeq; diſcipulū in Academia Romana mortuū ſecuiſſe, Alexandro Traiano Petronio Medico pſente, in quo īuenit Pericardiū deeſſe, indeq; dū viueret in ſyncopim incidebat, ſubindeq; mortuo cōſimilis conſpiciebatur, quo genere morbi exanimatus eſt. Ad hæc ſubdit Innotuit mihi ex anatome abſceſſus cor undique circumplectens, & cor illius fermè putreſcens, quam rem Excellens Medicus Marcus Appoggius ab Oximo magna admiratione intuebatur. In Cardinali Gambara Brixiano tumorem prædurum, & ad oui magnitudinē in ſiniſtro cordis vētricu culo Romæ vidi, vbi illum in affinium gratiam diſſecarem Victori' Trīcauel. de curand. par. aff. li. 6. c. 11. ſcribit. Memini me Venetijs dum cadauer cuiuſdam ſecaretur, quod fuerat hominis, qui ex diuturno morbo tandem in quodam hoſpitali mortuus eſt, inuenimus paruum ſub altera cordis auricula vlcus, quod uidebatur antiquum aliquantulum profundum, purulentum, & ſordidum, quodcunque autem fuerit vlcus illud ſiue ex aliqua uomica fuerit, ſiue ex eroſione, ſiue ex putredine, videtur rationi conſonum, quod ſi hęc pertulerit diù, poſſit etiā ſcirrhum aliquandiù ferre. Mathias à Cornace in hiſtoria geſtationis in vtero fœtus mortui cor ipſum putredinem, & apoſtemata perferre aliquandiù poſſe diſputans hæc tradit. Adducam teſtimonium magni uiri, ac Excellentis Aromatici Medici, ac Philoſophi inſignis Doctoris Nicolai Maſſæ Veneti pręceptoris olim mei colendi qui in anatomica ſua in c. de corde ſe ſecaſſe mercatorem quændam Venetiis ex vulnere capitis mortuum, in cuius corde cum obiter Thoracis partes pſcrutaretur reperiit præter omnium opinionem vlcus, ſeu apoſtema in ipſa auricula, & ſubſtantia cordis, magnitudine medii oui Gallinacei, cuius rei multos egregios uiros teſtes nominatim citat. Addit Mathias ſtatim aliam hiſtoriam hanc. Luca Alantſea Bibliopola Viennenſis cum ſubito ex ſyncopi anno Domini. 1522. 13. die Decembris hora 10. obiiſſet, ex voluntate & inſtinctu familiæ, & amicorum pie defuncti apertum eſt eius pectus præſentibus doctoribus Ioanne Heuumam, Ioanne Enzianer, Martino Stampriſo. Vuilhelmo Pilinger, Georgio Tanſteter, Simone Lacz, Leopoldo Iordan, Ioanne Gaſtgeb, Vdalrico Fabri, Ioanne Hain, Chirurgis magiſtro Vuolfango, & magiſtro Georgio in hac ſectione inuenta eſt pluſquam media pars cordis ſanioſa, & putredine abſumpta ī hūc modū, q̄ certè putrefactio in exiguo tpe, tā validū mēbrū conſumere adeò nō potuit, ſed neceſsū eſt diuturnā pſtitiſſe,

ſtitiſſe, priuſquã tã nobile mẽbrũ fortisſimis, & durisſimis uillis ↄ̃ſtãs adeò euinceret. Hic enim multis ſuis Familiaribus id aſſerentibus eo anno, quo obiit multa, & crebra paſſus eſt animi deliquia. Habet Beniuenius c.35. Quod mulier Clara nomine cordis dolore interdũ uexabatur cuius corpore mortuæ diſſecto fruſtulũ nigrioris carnis in ſiniſtro cordis ventriculo ſupra arteriã repertũ eſt tuberculum quod me ſpili formã haberet efficientẽ, & c.42. tradit, quod inciſo abſceſſu, qui ſupra ſeptimã uertebram innatum lõgo tp̃is interuallo ſinũ fecerat, ĩtimamq; membranam ſua ſanie prorſus eroſerat, minima ipſius cordis pars oculis cernentium patefacta eſt, uerum homine ſumma diligẽtia curato in priſtinam redactus eſt ſanitatem & c.65. Cordis ictũ memorat quændam cultello ex quo plurimo ſanguine effluente, pallẽti facie, ſudore frigido manante toto corpore cõpulſus defectione mortẽ ĩ ꝓximo eſſe exiſtimabat, ſanatus tñ fuit, ex quo vulnus, vel cordis tunicã tm̃, vel læuem admodũ uulnus cordi inflictũ cenſendum eſt. Pulmonũ, & Iecoris tumores ſtromata appellatos ſe uidiſſe teſtatur Columbus loco ſuperius adducto, & Cornelius Gemma li.1. Coſmoc.c.6. tradit. Vidi quibus pulmonum fibre, inteſtinorumq; tenuium, & renum & uteri portiones ſatis effatu dignę tum per abſceſſus, tum per vulnera sũt ablatæ, & tamen uiuunt, unamq; in rebus deſperatisſimis diuinæ bonitatis, & fortitudinis gloriam profitentur, quamuis ex ſe inſanabilia tamen & ipſa quandoque mirè curantur. Vulnera in ſepti tranſuerſi carnoſa parte penetrantia ſanata aliquando teſtis eſt Gal.5.lib.Meth.ca.9. cum tamen diaphragma ita nobiliſsima ſit pars, & eam antiqui Gręci φρενας, ideſt mentem appellauerint, qui eo inflãmatione affecto mẽs lædatur teſte Gal.5.loc.aff.cap.4. in hoc tamen Fernelius lib.5.ca.11. morb.par. tumores deprehendiſſe ſcribit illius radici infixos, eoſque duros, qui ſenſim laborantem tale conſumpſerunt citrà ullam delirii ſpetiem. Nicolus ſe.7.ſum.2.tract.4.c.90. ſcribit. Et Ego uidi quændã acuto cultello vulneratum ex anteriori parte ſtomachi, & fixus eſt cultellus in osſibus dorſi, & quare ſic firmiter eis adherebat, quod nõ sẽtiebatur motus eius per conuenientẽ quaſſationem cultelli iudicauerunt Medici ipſum moriturum ſi uiolenter extraheretur, tandem ab amicis rogati ingeniati ſunt in extractione eius, & eo extracto curauerunt vulnus, & ſanatus eſt æger. Albucaſis ſcribit lib.2.c.96. extraxi ſagittam viro, q̃ cecidit in uẽtre eius, & cogitaui quod moriretur ex ea, poſtq; aũt præterierunt ei triginta dies & nõ mutatum eſt aliquid ex diſpoſitionibus eius, ſecaui ſuper ſagittam, & ingeniaui ſuper eam, & extraxi eam, & non accidit ei accidens malam. Et uidi mulierem cui cecidit ſagitta in uẽtre ſuo & cõſolidatũ eſt vuln⁹ ſuper eã, & remãſit

ſagit-

ſagitta intrà ipſam,& non mutata eſt in diſpoſitionibus,& non inuenit mulier ex ea nocumentum ex operationibus ſuis naturalibus. Mathias à Cornace loco ſuperius citato ita ſcribit. Ante annos decem & octo in Bohemia ruſticus quidam in uenatione ictus eſt uenabulo lato ĩ ſto macho ſub καρδίαν,ſeu ecus orificio;Vulnus hoc lethale,& amplũ nulla arte, uel conſilio ſolidari potuit; paulatim uerò labia uulneris tractu temporis oualluere, ita quod nulneratus ſuperuixerit per annos complures. Hic uero tandem ſecundum artem inſtrumentum quoddã uulneri adplicauit,interdum drapis & panniculis lineis hiatum uulneris infarſit, & obturauit ita affabrè ut cum uellet ſtomachum per ſupna elueret,& cibos, potuſque ingurgitatos ex ſtomacho per uulnus emitteret, quando liberet; Huius rei teſtis abundantiſsimus eſſe poteſt uel ſola Cæſarea Maeſtas quæ ut ex illius ore audiui uulnus hoc inſpexit Hepatis non ſolum profundum uulnus in fibris eius factum, ſed etiam fibram abſciſſam fuiſse aliquando ſanatum, Gal. teſtatur ex ſententia Auth.lib.inſcripti de uulneribus pernicioſis,ſiue Hipp.fuerit,ſiue quis alius tradidit,quod pariter affirmat Auic.4.fen.4.ca.2. item.7.4.tract.4.cap. 59. Et Franciſcus Arcæus lib.citato duos ſe curaſſe gloriatur alterum Iecore, alterum ſplene rupto. Cornelius Gẽma loco ſupra citato tradit. Hiſpano Iuueni magna hepatis portiuncula per Ilij dextri uulnus exudans, certum eſt dicto Hip. inditium portendebat,prȩter tamen ſpem omnem poſt aliquot menſes decoctis vulnerarijs,ac manuali induſtria ſaluus euaſit. Lienem non modo ſcirrho laborantem ſe uidiſſe teſtatur Columbus loco iam adducto, ſed extrà cartilagine adductum quod ſumma cum uoluptate uidit Excellẽs Stephanus Coraſius. Inteſtinis quoq; perforatis ſuperuixiſſe homines nõ vulgatum eſt. Habet Auic. fen. 6. tract. 1. lib.3.cap.1.& iam dixerunt quidam quod perforata ſunt quædam inteſtina inferiora deinde perforata ſunt Almirach, & uenter propter apoſtema accidens in eis in directo foraminis,& comunicans illi putrefactioni, & nocumento, & perforatus eſt etiam illic,& egrediebatur ſtercus ex eo,& vixit homo: Hoc idem affirmat Raſis 13.cont. ex recentioribus Chriſtophorus de Barzizijs. cap. de fluxu inteſtinali ita ſcribit;uidi mulierem quandam nomine Antonia,quæ fuit venenata in Prato Vallis,& ex ueneno aſſumpto perforata illi fuerunt inteſtina, unde fœces inde exeuntes tandem myrrach corrupto,& aperto exitum ſibi parauerunt, & aliter affecta per plures annos uixit. Io. Matthæus de Grado cap. de fluxu uentris idem confirmans inquit. Ego uidi in Papia vnum doctum Medicũ magiſtrum Santinum de Filbertis qui habebat inteſtinum perforatũ & myrach cum emisſione fœcum per ulcus tamen uixit uiginti annis

poſt:

poſt: Io. Baptiſta Theodoſius in compilatione com. Nicoli in Aphoriſmos in com. aff citati ſuperius ſic ſcribit. Et Ego habui quondam Marinum Mirandulanum de anno. 1520. qui ex caſu magno incurrit rupturam ſyphac ſupra inguina, & locus eſt apoſtematus, & cum apoſtema veniſſet ad exituram, quidam Cirugicus, non credens ibi adeſſe rupturam myrach ſagitella locum aperuit, & non multo poſt cœpit foex liquida exire, & curatum eſt apoſtema, & reſtauit ulcus à quo foex, & ventoſitas exit, in quo candela parua ferè ingreditur tota ſine dolore & ipſe de cœtero eſt in bona diſpoſitione, & annus eſt iam tranſactus nec ulcus potuit conſolidari: Valeriola lib. 4. obſer. obſ. 9. ſic ſcriptum reliquit. Iuuenis Tharaſconenſis quidam dum æneum tormentum manuarium globulo plumbeo fractum, & puluere tormentario plenũ malè cautus adornat, clauiculaſq; eiectorias concinnat, imprudenter ad pectus conuerſo telo, diſſultantibus clauiculis ictum excepit mirificũ adacto, atq; igniuomo impetu intruſo globulo in uiſcera, tribus ſub vẽtriculo digitis paucis poſt diebus emiſſo per anum globulo nulla noxa in inteſtinis relicta, aut ullo uiſcere perfectè aglutinato vulnere ſanatus eſt. Alexander Benedictus lib. 21. mor. cur. cap. 36. hæc litteris mãdauit. Quibus inteſtina exulceratione perforantur, nunquam ferè cicatricem contrahunt, nam ſtercore naturales vires opprimuntur, exẽplo altero tamen cõſtat, quendam ex ea miſeria diu uixiſſe, acciderat enim ut perforatis inteſtinis circa vmbilicum orto quodam apoſtemate venter foramento quodam patefieret peruijs igitur foraminibus, excrementis ſingulis diebus venter exonerabatur, hæc enim rarò eueniunt mortalibus. Franciſcus Arcæus lib. citato. cap. 4. habet ex ijs quibus crasſiora inteſtina læſa eſſe contigit. 3. curauimus inteſtino colon dicto, ſauciatos quartum verò longaone inteſtino rupto ex illis vni tribus in locis Colon ruptum erat omnes tamen diuina ope ante uigeſimum diem ſunt reſtituti. Verum quis dicet craſſorum inteſtinorum vulnera quandoq; ſanari, ſecus autem tenuium, ſed nec horum deſunt exempla. Siquidem Albucaſis c. 87. ita ſcriptum reliquit. Ego uidi qui fuit vulneratus in uentre ſuo cum percusſione lanceæ, & erat vulnus a dextra ſtomachi, & antiquatum & vulnus, & facta eſt fiſtula, & exiuit ex eo egeſtio & uentoſitas, quæ tamen conſolidata eſt, & ſanata. Fernelius lib. 6. de partium morbis, & ſympt. cap. 14. in hunc modum ſcribit. Neq; pręter inſtitutum ſit eum uirum producere, cui ex accepto uentris vulnere præciſum tenuè inteſtinum prodit, a quo alui excrementum nondum ſolidum, aut cohærens continenter emanat iam annos quindecim ea uia intercepta, quę in anum ducebat. Habet Aretæus lib. 1. cap. 9. Nempè cuidam ego aliquando abſceſſum laxioris inteſtini

dex-

dextra in parte propè iecur diſſecui, multumq; inde puris effuſum ē, multum quoq; per renes, & ueſicam ad plures dies emanauit, unde & ſanitatem homo adeptus eſt. Eſt Gal. locus animaduerſione dignus ex quo ulcera colon inteſtini uocati ſemper ſanari colligi poſſe uidetur. 6. de loc. aff. c. 5. ubi habet. Nonnullis Panus in extrema iliū parte excitatur veluti uiris in eadem parte nonnunquàm oriri ſolet, qui ubi ſuppuratus aliquādo fuerit ſecari debet; Vidimus itaq; ipſum & ī hac parte, & in colo inteſtino ſuppuratum, atq; diſſectum interdum ignorantibus Medicis, inexpertis quod inciderent, interdum uerò intelligentibus quoq;, atque ab huiuſmodi tumore ſuppurato in colo nemo non facilè euaſit, uteri uerò ſectiones maiori cum difficultate ſanantur. Cenſui ego aliquando in hac Lacunæ uerſione, & Copi etiam litera Venetijs impreſſas apud Iuntas anno. 1550. vocem græcam Κῶλον colon inteſtinum interprętatum potius membrum uertendum eſſe ut legitur in traductione Copi Lugduni impreſſa apud Ioannem Frellunium cum enim eadem uox in textu Græco numero plurali Κα/Κῶλα legatur, utiq; colo inteſtino quod uir cum eſſe conſtat, & ſingulare in corpore aptari minimè poterit, & ideò rectius uertendum membra, legentes cum Lugdunenſi uerſione ita. Nonnullis Panus in extrema Ilium parte excitatur ueluti uiris quoq; eodem in loco nonnunquam oriri ſolet, qui ubī ſuppuratus aliquando fuerit ſecari debet, atq; hāc partem ſiue membrum ſuppuratum, diſſectumq; uidimus interdū ignorantibus Medicis inexpertis quod inciderunt, interdum uerò intelligentibus quoq;, atque omnia membra ita ſuppurata facile curantur, vteri uerò ſectiones maiori cum difficultate aglutinantur. Hæc certè uerſio uidetur magis textui græco quadrare, verum ſi ſeriem dictorū Gal. ſpectemus in quibus tumoris ſuppurati in Ilijs tum mulieribus, tum uiris meminit, ex quo, & ſuppurati colon inteſtinum & uterū contingat, & ſecari, profectò, non membrum ſed colon uertendum eſſe dicemus, & ut abſurditatem à Gal. dictis tollamus ipſum non abſolutè uoluiſſe colon inteſtini ſolutam vnitatem ſemper ſanari, ſed conferendo ſolutioni uteri, decreuiſſe faciliorem illius, quam huius ſanationē eſſe ex dolore inteſtinali pręſertim Ileo uocato apoſtemari, & corrumpi inteſtina teſtis eſt Aretæus lib. 2. c. 6. inquiens, multi quidem ui torminum repente intereunt, alijs inteſtinum ſuppurat, deinde nigricans tunc, & putrefactum excidit, atq; ita deficiunt; ex eiſdem doloribus īteſtina ſcindi bis obſeruatum à Beniuenio legimus ca. 76. ait namque corpulēta quędam mulier cum modo ſupra modo infrà umbilicum intolerabili præmeretur dolore, nec vllus hinc inde ſpiritus erumperet, adeò agitata eſt, ut ſciſſo tandem inteſtino uitam finierit; quod niſi

incíſa

inciſa mortua pluribus innotuiſſet, ſed & ruſticum nouimus, qui cũ poſt longiores tortiones, & ventris diuturnas inflammationes diem obijſſet, & mortui incideretur corpus longior in inteſtino fixura inuenta eſt, ex qua etiam recẽtes uuas, quas paulò ante comederat pro rupiſſe conſpeximus. Meminit quoq; c.95. Iuliani cuiuſdam qui cum diſenteria laboraſſet per 40. dies, eroris, & conſumptis uillis, quibus uis ipſa retinendi fulcitur fœces retinere pro libito uoluntatis non poterat, ſed vbicunq; dericiendi cupiditas hominem urgeret, ibidẽ excrementa deponeret, licetq; ulcere ſanatus fuerit, nihilominus ab hoc alio malo nunquam curari potuit & c.96. Alterius Aretini uerba facit qui ex diſenterius terminibus in ulcus inteſtinũ incidit & ita ꝑ trienniũ, ſupuixit male affectus. Aretæus lib.2.c.6. docet colon ſuppuratum ſanari, & huius cauſã asſignat effect⁹ carnoſã inteſtini craſſitudinẽ. Veſicæ ſolutã unitatẽ lethalẽ eſſe oĩbus receptũ eſt nihilominus vulnera, & ulcera illius aliquando ſanata legimus. Nãq; teſtatur Cardanus in com. aff. 18.6.lib. Cæſarẽ Barbauarã ueſicã diù ꝑforatã ex ulcere habuiſſe uitã tamẽ ꝑ aliquot annos duxiſſe. Et Antonius Bẽniuenius c.78. hæc ſcribit. Nicclaus ruſticus calculo uexabatur, figura ut poſtea cõſpeximus lõgiore, hic cũ ab ima parte acutior, & aſperior eſſet ueſicã ipsã incidit, tũ & teſticulorũ tunica ꝑfracta poſt multos ac penè intolerabiles dolores tandẽ in cõſpectũ uenit, quo haud magna poſtmodũ difficultate deducto cũ multi hominẽ moriturũ, & quidẽ rectè iudicaret neq; enim veſica eã inciſa fuerit, præſertim inferiori parte cohæret, illæ tamẽ p̃ter oĩum opinionẽ cõualuit, hoc ſolũ ex tanto malo homine incõmodo relicto, quod inde ſẽper quoad vixit urinã reddidit. Habem⁹ etiã hiſtoriã talẽ à Valaſco in ſuo Philonio. c. de ueſicæ lapide. Ego uidi mulierẽ ferè quinquaginta annorũ q̃ urinã retinere nõ poterat, imò ſicut cõtinuè urina ad ueſicã per poros uritides delegatur ita etiam per collum eius exterius emittebatur, & hoc accidit quia unus indoctus chyrurgicus abſtraxerat ſibi duo lapides. Ex quo Ariſtotelẽ uera memoriæ tradidiſſe dicendũ dum lib.3. de hiſt. animal.c.15. hæc ſcribit. Nec ueſica coire poteſt præciſa niſi ad ipſum exordiũ ſuæ ceruicis, quamq̃ non ignoro ita quandoq; contigiſſe ut vulnerata ueſica ſolideſceret. Vteri uulnera & ulcera difficilia eſſe curatu Gal.6. de loc aff.c.5. docuit, quinimò ut plurima incurabilia eſſe quotidiana experiẽtia docet, ne dicã cũ Abynzoare lib.2. tract.5.c.3. prorſus eſſe incurabilia; Lethalia itaq; eſſe, ſed nõ prorſus inſanabilia dicamus Celſi aut.lib.5.c.26. Vnde mirandum Paulum lib.3.& 72.& Aetium.5. 16.c 76. ſcribentes prolapſum uterum, atq; putredine correptũ aufferri nullius periculi metu ipſumq; uniuerſim

vterum putrefactum, ablatumq; muliere tamen ſuperuiuente aliquando fuiſſe affirmant. Quod etiam teſtatur Abynzoar li.2. Theyſis trac. 6. cap. 4. per hęc uerba; Et recordati ſunt quidam Medici, quod aliqn̄ putrefiunt ligamenta matricis omnia, & exit meatrix omninò, & permanet mulier abſq; matrice, & viuit ſine diminutione aliqua ſuarū operationum, & dixit mihi quidā amicus meus de quo & de eius ueritate multum confido, quòd uidit mulierem cui omnino matrix exierat, & remanſit uiua faciendo omnes ſuas operationes naturales integrè, & perfectè, & ſic eſſe debet abſq; dubio cum non ſit membrum principale, nec aliquibus membris aliquas præſtet utilitates, nec præſtet aliquod iuuamentum in conſeruando uitam, nec inuentum fuit ad illud. Inter recentiores Gatinaria in ſua pract. c. de exitu matr. tradit. Et Ego uidi mulierem habentem matricem inter coxas pendentem, & putrefactam, cui abſciſa fuit & adhuc illa per plures annos uixit. Sic Alſaharauius lib. prac. tract. 20. cap. 7. exitus matricis curam tradens inquit. Et curatur cum hoc uſq; ad perfectionem ſanationis, ſi uero hæc non ſufficiunt, oportet auferi cum manuali operatione. Quod ēt BibiKil in ſuo paruo cont. ca. 44. & 49. faciendum docet, inquit enim: Noli timere ſi matrix egreſſa fuerit, incidere ex ea quod putrefactum eſt, quia abſtracta fuit, & abſciſa tota, poſtquam corrupta fuerat, & ſuperuixit mulier. Syluius inter poſteriores doctiſsimus in libello de mēſibus mulierum. cap. de exitu matricis ſcriptum reliquit. Quando vteri corpus putre iudicaris, excidendum eſt audenter cum ſuperuixerit mulier, cui probè totus putris exciſus fuerat; Nicolaus Rocheus in lib. de cur. mul. morbis cap. 7. ſcribit, ſi igitur prolapſa pars diuturnitate temporis propter incuriam putruerit, ob aſsiduæq; urinæ irrigationem, & ſordem inhærentem exulcerata fuerit, amputādum, aut urēdum quod inutile fuerit nullius metu periculi erit. Hæc licet tot uirorum vnanimi conſenſu prolata ſint, nihilominus non prorſus tutum cēſuerim uterum ſecare totum putreſcentem quando aliter curationē perfici poſſe crediderimus; cum membrum nobilisſimum ſit uter⁹, neruiſq; medijs cum cerebro, arterijs cum corde, uenis cum hepate, mirum atq; extimeſcendum habeant conſortium quæ principes ſunt partes corporis noſtri, & ob id fortè Hipp. & Gal. aff. 47. 5. par. de utero ſuppurato & extrà vuluam exeūte locuti, ut ipſe Gal. in com. teſtatur, nulla de ipſius amputatione uerbum facere. Crediderim ego multo minus malè affici mulieres, ex totali uteri ablatione, quam ex particulari ulcere vulnereuè notabili, cui putredo ſit annexa, atq; in conſenſum prædicta nobiliora membra trahere ob id posſit. Exemplo id nos dignoſcere poſſumus ſuum, atque canum, quę quotidie extracto utero

dum

dum prægnantes ſunt,& etiam abſq; eo quòd in utero gerant ab imperitisſimis fabris ferrarijs caſtrari tuto conſpicimus: Quot & in Camelis fœminis olim fieri conſueuiſſe teſtis eſt Ariſt. 9. de hiſt. animal. cap. 50. Quod antiquitus quoq; in mulieribus factum fuiſſe author eſt Suidas ἐντόμετα τον. A. per hæc verba Ξάνθος Κανδαύλου λύδος ἐκ σάρδεων ἱστορικὸς γεγονὸς ἐπὶ ἁλώσεως σάρδεων λυδιακὰ βίβλια Δ ἐν δὲ τῷ τούτων ἱστορεῖ ὡς πρῶτος Γύγης ὁ λυδῶν βασιλεὺς γυναῖκας εὐνούχισεν ὅπως αὐταῖς χρῶτο ἀνεχούσαις. Ex quibus verbis patet apud lidos authore Gige eorum Rege mos fuiſſe caſtrãdi puellas, ut diutius flos pulchritudinis inculpatus permaneret. Hoc antiquitus factum apud nullum alium ſcriptorem legere unquam potui, quamuis diligentisſimè perquiſierim. Non caret admiratione quod Gal ſex. lib. aff. 19. tradit nempe ſe uidiſſe uenas in magnis vlceribus regeneratas, quod & 14. meth. confirmat; Hoc enim neminem, alium affirmantem hactenus legere licuit. Nec illud prætermittendum cenſeo, quod aliquando factum certò ſcimus. D. Franciſci Facini famulus intumeſcentibus hemoroidalibus uenis maximè dolebat, cum nunquam aliàs tale morbi genus paſſus fuiſſet, Barbitonſoris imperitiſsimi operam implorat, q. inſpecto dolenti loco carneas excreſcentias eſſe intumeſcentes uenas ratus, vulgò criſtas uocant, quę ex præpoſtera venere, aut luce gallica euenire ſolent, eas radicitus amputauit, ac cadenti ferro inuſit nõ ſine graui patientis periculo qui ſanatus nunquam in poſterum dolorem hemoroidalem perſenſit. Anearíſma tumor dictus, qui fit ex dilatata arteria extrameante ſanguine multiplici de cauſa ſuſpiciendus eſt, primum quia diſſectus ſtatim hominem eo detentum exanimari ex ſpirituoſi ſanguinis fluxu contingit, ſecundo quod mirum ſit ſanguinem iam extrà arteriam egreſſum non corrumpi; Hinc Fernelius lib. 7. de corp. externis aff. cap. 3. hæc ſcribere conatus eſt. Credi uix poteſt quod nonnulli comminiſcuntur in Anturiſmate ruptam, apertamque eſſe uenam, aut arteriam, ſi enim ſanguis e uena aut arteria proſiliens non amplius illis contineretur mox corruptus putreſceret, tumorque fieret generis diuerſi, quod tamen ſanguis extrà arteriam in hoc tumore profluat ſenſibus ipſis palam fit ſi enim comprimatur tumor, quæ intus eſt materia promptè ſubterfugit, & raró cadit ad intrà arteriæ vas, quod uerò non putreſcat ratio eſt, quod ab arteriæ calore foueatur ſanguis ipſe, ſi uerò aliquando quod tamen retrò fit huiuſmodi ſanguis in quempiam cuniculum inciderit, remoueaturque ita ab arteria ut ab illa nequaquam foueatur, ſed deſtituatur in grumos conuerſus ibique conſtrictus, quin etiam aliquando ab imperitio-

tribus Medicis importunè fregiſa&us gangrenam prius deinceps ſiderationem ſphacellumuè parere conſueuit, ſphacellum mirum adnotauit Cornelius Gemma lib. 1. Coſmocr. cap. 7. in hæc uerba. ſphacellum procedere uidimus ſpatio horarum trium ab uno pollice pedis uſque ad uentrem, & præcordia laborantis.

FINIS LIBRI QVINTI.

MARCELLI DONATI DE MEDICA HISTORIA MIRABILI.

Liber Sextus. Caput Primum.

HYDROPHOBIA MIRA AFFECTIO.

IN demorſis à Cane rabido, quis non admiretur aquę pauorem, aliaq; quorũ tractationem iucundam, atq; fructuoſam lectori futuram exiſtimamus? Canes hominibus plurimum ex uſu eſſe Cicero. 2. lib. de natura Deorum circa finem per hæc uerba teſtatus eſt. Canum tam fidã cuſtodiã, tamq; amantem dñorum adulationẽ, tantumq; odium in externos, & tã incredibilẽ ad inueſtigandum narium ſagacitatem, tantamq; alacritatem in uenando, nil aliud ſignificat niſi ſe ad hominum commoditates eſſe generatos. Horum autem diligentem cuſtodiam, fidem, & amorem erga dominos inquam pluribus exemplis à ſcriptoribus antiquis, & recentioribus deſcriptis admirari poſſumus. præſertim uerò apud Plutarcum in lib. de animal. induſtria. Aelianum lib. 3. & Plinium lib. 8. alijſq; locis natural. hiſt. & inter neotericos apud Ingraſsiã de medic. Veterinaria, & Scaligerũ ad. Cardanũ exerc. 202. num. 6. Verum ſicuti multa, eaque non deſpicienda commoda Canes hominibus afferunt; ita & ſi quando rabidi affecti morſu hominem affecerint impartiũtur detrimentum comoda omnia compenſans, cum rabido ueneno infectus homo ut plurimum moriatur, ſæuiſque ſymptomatibus correptus miſerimum mortis genus obeat. Ita ut mirari non deſinam Ariſtotelem lib. de hiſt. animal. 8. cap. 22. ſcripſiſſe; omnia quæ Canes rabidi momorderint animantia rabire excepto homine, rabieque interire tum Canes, tum animalia ab ipſis demorſa excepto homine: Quod tamen falſum eſſe experimentum pluries comprobauit,

quotidieq́; demonſtrat. Quare hanc non eſſe Ariſt. ſententiam nonnulli contendunt, uerum cum bis eandem eodem capite, eoq́; breuiſſimo repetat mendum potius in textu eſſe crediderim niſi Ariſt. errati incuſare maluerimus habet autem tex. græcus utrobiq́; πλὴν ἀρθρώπου. vertit Theodorus Gaza excepto homine, quem tamen Leo uicenus lib. de Rypſade leuiter incuſare videtur dum ait non eſſe legendum πλὴν ſed πρὶν. ideſt prius, quæ tamen lectio difficultatem in dictis Ariſt. nō tollit. ſiue enim legatur πλην ideſt præter, ſiue πρὶν ideſt prius mendū tamen in litera adeſſe dicendum; ſi Ariſt. à calumnia uendicare uoluerimus, Quare crediderim ego potius legendum eſſe πλεῖν, quæ uox Atticè pro πλέον quod latine plus ſonat, à grȩcis ſcriptoribus præſertim ab Ariſtophane uſurpat; ita ut ſenſus ſit, omnia a cane rabido demorſa plus homine rabire, & interire. Quod etiam ueritati conſonum eſſe ita demonſtrari poteſt. Canum temperamentum ſiccum eſſe omnibus receptum eſt, ſed an calidum frigidumuè ſit non omnibus eadem ſentētia. Gal. lib. 2. de ſympt. med. facul. cap. 20. & lib. 1. de temp. c. 5. calidū eſſe clariſsimè teſtatur. non deſunt tamen qui hanc Gal. de canis calida temperie ſententiam damnent. Alſaharauius namq́; lib. prac. ſec. 2. cap. 30. naturam canis à prædominio frigidam, & ſiccam eſſe ſcripſit, & inter recentiores Iulius Cæſar Scaliger lib. de ſub. adſ. Card. exerc. 274. hac ratione idem comprobare contendit. aït namq́; nullum aĩal celerius cane frigeſcere, aut tremere, & nullum eodem libentius apricari, atq; ubi ſolis æſtum perferre nequiuerit, & pauliſper captauit vmbram, continuò redire ad ſolis radios, quæ ratio futilis eſſe facile deprehenditur ex ipſiuſmet Scaligeri dictis, ſcribit namq: exerc. 202. n. 6. hiſtoriam Canis cuiuſdam corſi qui hæri uenatoris corpus quod in ſummo niuoſi montis uertice gelu diriguerat cuſtodiens, nō ſolum defuncti amicos, ſed & fratres notos lacerauit, fratrem domum non peruertentem perquirentes, & gelatum inuenientes; ſi itaq; canis ille gelu perempto hæro ipſe tamen diutius ſuperuixit non ſolum, ſed & ita incolumis ut homines proſtrare uoluerit, non ideò profectò concludendum erit canem frigido eſſe temperamento eo quod celerimè frigeſcat, & tremat; quinimo potius calido quod ex eius motus celeritate coniectari licet, nec non ex eo quod in iram maxime pronus ſit, & audax. Quod ſi libenter apricatur canis non quod frigido prædit⁹ ſit temperamento id fit, cum alioquin æſtiuo tempore caloribus uexetur, ac etiam umbram captās anhelet, quinimo teſt. Aui. fen. 6.4. trac. 4. cap. 5. tùnc temporis potiſsimum rabie corripitur, quod experimentum quoque comprobatur aeris uehementi calore adurente humores quod utiq; non fieret uel ſaltem non ita facilè ſi frigidam temperiem

ob-

obtinerent, cum itaq; ut etiam Paulus lib. 5. cap. 3. & Dioſcorides lib. 6. cap. 35. & Gal. 5. loc. aff. cap. 5. tradunt per æſtatem præcipueq́, uigẽte caniculæ ſydere inflammentur Canes, & rabie corripiantur id inflãmationis ſignis atteſtantibus quemadmodum docet Alex. probl. 76. ſatius erit cum Gal. calidum temperamentum canum ſtatuere, & ſiccũ comuni omnium ſententia quam ſiccitatem vnanimi conſenſu potiſsimum rabiei cauſam cenſendam eſſe non eſt dubitandum. Quamobrem animalia quæcunque temperamento ſicciora erunt, & calida ea facilius rabiem incurrunt. Verum cum homo ex Ariſt. 4. probl. parl. probl. 6. calidus ſit, & humidior cœteris omnibus animantibus hinc fit ut ratione ſuæ humiditatis innatæ difficilius rabie corripiatſ. Hincq; etiam fortaſſe accidit quod homines à cane rabido demorſi ut plurimum nõ niſi per longum tempus poſtea in rabiem aguntur teſt. Gal. in P. Prorrhet. com. 2. & Pauli, & Auic. locis citatis quod ſi aliqui quam primum demorſi fuerint non multò poſt rabie tentantur, id euenit, quod neruus arteria, uenaue, uel aliud ſimile commorſum fuerit, unde breui partibus nobilioribus, & principibus venenata qualitas comunicatur, præſertim ſi rabies mordentis Canis fuerit intenſa, ſubiectumq; paratũ maximè ad corripiendam rabiem, ſecus vero ſi caro tantum, præſertĩ in parte remota a nobilioribus partibus demorſa fuerit, nec venenata qualitas multum ſit intenſa, nec patiens ad eam ſuſcipiendam diſpoſitum accidere uidemus; Ea propter Baldum peritiſsimum Iuriſconſultum Tridenti à catulo ſuo, quem in delitijs habebat in labio demorſum non niſi poſt. 4. menſem in rabiem actum extinctum tradũt: ſic venena per os exhibita nonnunquam ictius hunc aliquando tardius illum interficiunt prout in hoc uel illo maiorem minoremuè renitentiã adinuenerint, quod ſi uenenoſæ materię in corpore genitæ paulatim tractu temporis principalium partium aliqua conſentiente uniuersũ corpus alterare poſſunt id quoq; rabidi canis uenenum efficere poſſe non eſt dubitandum ſi Gal. credimus. 6. loc. aff. ſec. 5. Sic Theophraſtus lib. 9. de hiſt. plantarum. cap. 15. teſtatur, uenenatas quaſdam eſſe plantas, quæ non confeſtim eo interimunt tempore quo guſtatæ ſunt, ſed aliquanto poſt, aliaſq́; celerius, alias tardius mortem inferre, ita quodam nonnullos tabe paulatine poſsint conſumere. Ita Gal. lib. de par. artis medicinalis diſpoſitionem quam neutralitatem uocant Medici eſtendere uolens, eam his lætalibus uenenis comparat quæ poſt tempus interficiunt, quod comprobari etiam poteſt ex hiſt. Attilij Reguli, cui ut ſcribit Aulus Gellius lib. 6. noct. Att. c. 4. Carthaginenſes uenenum non pręſentaneum, ſed eiuſmodi quod mortem in diem proferret eo conſilio dederunt, vt uiueret quidem tantiſper quoad fieret pmutatio,

mutatio, poſt autem graſſante ſenſim ueneno contabeſceret. Hermolaus lib. 4. Corrol. in Dioſcoridem. 691. teſtatur, Aconiti radicem ita pparari poſſe ut biennio tollat, anno, menſibus ſex, tribus, duobus, & vno, quod prius Theophraſtus. 9. de hiſt. pl. c. 16. ſcriptum reliquerat. Et tẽporibus noſtris à nonnullis perfici teſtatur Amat. Luſit. in com. in Dioſcoridem lib. 4. cap. 80. inquiens amplius cent. 6. cur. 88. Thurchas, & Indos venena ad determinatum tempus ita concinnare, & tractare noſce, ut rarò eis exhibitis ſuis fruſtentur uotis. Concludamus itaq; veriſsimum eſſe demorſos nonnullos à cane rabido non niſi aliqũ per menſes, & annos poſtea rabidi veneni ſigna edere. Sic Nicolus filium Tinctoris in Campo. S. Pauli Venetijs a cane rabido demorſum, & curatum a Medicis non edidiſse rabiei ſigna niſi per octo menſes poſt ſcribit. & Auic. loco citato per annos etiam, nedum menſes retardari rabiei indicia tradidit. Hieronymus Fracaſtorius lib. 2. de morbis contagioſis meminit pueri qui poſt octo menſes ex quo demorſus fuerat a cane rabido contagionem oſtendit ex qua mox periit & Conradus Geſnerus epiſt. medicinalium lib. 3. hiſtoriam ſcribit lithotomi cuiuſdam qui ante ſex uel ſeptem ſeptimanas a cane rabido morſus cũ interim nihil mali ſenſiſset ſubito aquæ timoris ſuperuentu intra biduum extinctus eſt. Ita & qualitatem Gallicam ſi non uenenatam peſſimam tamen naturæq; aduertiſsimam tempore reuiuiſcere, interdũque obſeruatum recurriſſe poſt annum trigeſimum cum tanto interual lo temporis mali fomes quaſi ſepultus delituiſſet, ſeq; tali morbo prorſus expertem, & expeditum homo putaſſet teſtatur Fernelius li. 2. de abd. rerum cauſ. c. 14. At certè hoc loco miranda, nec ſilentio inuoluẽ da Gal ſententia loco citato qui reliquorum animalium nullum, unũ dumtaxat rabie corripi canem, tradidit cui pariter aſſenſus eſt Alex. in probl. cum nihilominus Porphyrius, Apſyrtus, Hieroldus, & Palladius huiuſmodi morbum in equis, & aliis animalibus obſeruauerint. Quinimo Ariſt. 8. de hiſt. animal. c 24. aſſeruit Camelum, & Equum rabie aliquando laborare, & Auic. loco dicto non ſolum Cani, ſed Lupo, Babuino, Vulpi. Muſtellę, & Mulo rabiem aliquando accidere aſseuerauerit. Abynzoarq; lib. 1. pract. tract. 9. cap. 16. Leonibus, Equis, Mulis, & Aſinis, nedum canibus rabiem ſuperuenire teſtatus ſit. Sic Matthiolus inter recentiores in com. in Dioſcoridem tradit ſe uidiſſe rabie correptum Equum, qui, uetula dentibus in crinibus deprehenſa per decem paſſuum ſpatium eam a terra ſublatam tranſportauit. Nititur doctiſs. Mercurialis lib. 1. uariæ lect. cap. 2. Gal. excuſare quod ueterinariam non exercuerit, nec illi contingerit aliud animal a cane rabidum uidere. At nos Gal. magis conſultum exiſtimamus, ſi dixerimus;

Nullum

Nullum animal rabie vera & propriè dicta affici, vno dempto cane, ni ſi fortè alicui ex alijs ab ipſo met cane communicata fuerit, quod ſi aliquando animalia quædam à cane minimè demorſa furere videntur, ac dentibus circumſtantes petere, non tamen vera rabie corripi dicẽdum, ſed potius mania furere ita 3. de loc. aff. ſcribit Gal. per æſtatem ſub caniculæ feruora viperas, & ſerpentes omnes reliquos vehamẽter æſtuare, & furere vt ne exiguo quidem momento quieſcere poſsint. Ita & Abynzoar loco citato de huiuſmodi animalium affectione pertractãs, ſub. c. de mania eã reponit, & hiſtoriã ſcribit Muli qui voluit mordere quendã hoĩem, q in fugã cõuerſus per uiã ſtrictã vadens ad locũ arctũ perueniẽs mul⁹ furẽs inibi cõfix⁹ extinct⁹ eſt. Qđ ſi aĩalia hmõi furore acta rabida uere eſſent rabiei effect⁹ in ijs quos demordiſſent obſeruarentur, quod nunquam factum legimus, Qua de re uera erit Gal. ſententia ſolos canes inter bruta rabie vexari; ſed illud occurrit maximè ſuſpiciendum quod Io. Matth. de Grado in conſ. 82. ſcribit Magnificum ſcilicet Ioannem Coqueranum infectum fuiſſe rabie poſt multos dies ex ſola impoſitione manus in os canis rabidę, & ſi eum canis non momorderit. Cardanus teſtatur lib. de venenis Venetum Patritium ab ex oſculato catulo rabidẽte, quem amabat, antequam emit teretoccidendum rabidum factum fuiſſe. Sic Matthiolus loco citato binos uidiſſe affirmat, qui ex ſolo ſpumæ contactu rabidi effecti ſunt. Ita, & ibidem Dioſcorides Themiſſonem Medicum dum rabie correpto amico medelam præſtaret eodem vitio ex temperamenti ſimilitudine, ac ſympatia quadam infectum fuiſſe ſcribit, quod tamen ex ſaliuæ ipſius contactu, vel ſaltem alicuius rei à ſaliua infectę illi accidiſſe credendum. Auic. ſi quidem hoc morbo infectis miniſtrantes admonet caueri à comeſtione rerum ab ipſis in cibo deſumendo relictarum. Et Aurelianus. 3. acut. 9. meminit cuiuſdam ſarctricis quæ intra triduum rabie correpta fuit quoniam momordit ſuendam veſtis fimbriam à rabido cane laceratam Non deſunt qui dicant exemplo à Gradenſe deſcripto de quo ſuperius uerba fecim⁹ moti', ſolo halitu canes rabidos etiam inficere poſſe. Ita enim aiunt referente Matthiolo in proh. comment. in 6. lib. Dioſc. quod magis mirandum eſt Venenum cuiuſdã ſerpentis à Villico ferro haſtæ infixo, ac ſerpentis corpore indito ꝑ ferrum, & haſtam penetraſſe. Et Elianus de Baſiliſco tradidit illum percuſſum ab aliquo baculo percutientem interimere veneni virulenta qualitate per baculum pertranſeunte. Et Plinius lib. 8. c. 21. ſcribit de Catoblepa eam ab Equite lancea percuſſam, veneno per lanceam penetrante non ſolum equitem, ſed & equum interficere, ſic & Torpedinem per retem ac funem venenum piſcatoribus impartiri omnibus re

ceptum eſt.& Luſ. cent.1.cur.62. meminit uiri cuiuſdam qui dum uineam potaret ſerpentem offendit immenſę longitudinis, & craſsitudinis, quem cum lignis, lapidibus, ac gladio munitus interfeciſſet illico de capitis dolore quæri cœpit, & febricitauit, & vndecimo ex venefica ui ſerpentis interijt; à pari itaq; videtur dicēdum halitu dumtaxat canis rabiem affricari poſſe, quod tamen Fernelius lib.2. de abd. rerū ca.c.11.& recte iuditio meo non aprobat, cum exempla deſint & ſaliuæ rabidi canis contactu id factum potius dicēdum in hiſtoria à Gradenſi tradita. Verum Gal. locus lib.3. de temp. c.3. animaduerſione dignus occurrit ubi hæc habet. Nihil foris intuſq; parem agendi facultatem habet, neq; enim aut uiperæ venenum, aut rabidi canis ſpuma, aut aſpidi virus (quæ tamen ſi extrinſecus corporis occurrerint offendere creduntur) parem uim habet uel ſoli cuti applicata, vel intrò aſſumpta; Ex quibus Gal. verbis colligunt nonnulli ſpumam canis rabidi deuoratam minimè delcteriam eſſe, quoniam exterius applicata offendat ut diximus g. interius ingurgitatam nullam vel ſaltem lęuem offenſam inferet. quod & de nonnullis alijs uenenis accidere legimus. Ariſt. namq; de mirabil. aud. ſcribit Celtas, Gallos habere pharmacū quod τε ιχὸν vocant tam præſetis veneni, ſubitoq; putrefacientis, vt quam primum animal puta Ceruus eo læſus conciderit confeſtim accurrant venatores, antequam virus penitus diſpergatur, aut putreſcat animal, carnemq; ſauciatam telo uirulento excidant ad ſpythami circa vulnus latitudinem, quod pariter Aulus Gellius confirmat lib. 17. noct. att. cap.15. tradēs Gallos in venatibus tingere elleboro ſagittas, quod ij s iactæ, & exanimatæ feræ teneriores ad epulas fiant, ſed propter ellebori con tagium vulnera ex ſagittis facta circumcidere latius dicuntur, quod etiam Plinius lib. 25. c. 5. per hæc uerba manifeſtat. Galli ſagittas in venatu tingunt elleboro, circumciſo uulnere carnem teneriorem fieri affirmant, & lib. 27. cap.11. rurſus inquit. Galli habent herbam limeum dictam qua ſagittas in venatione tingūt, quod uenenum ceruarium uocant. Hunc ueneni genus ſagittis illinitum in venationibus ſicuti exterius in vulnere lethale eſt ita intus comeſtum nullam noxam affert. quod hodierno experimento ab Hiſpanis omnibus probatum eſt, ſi quidem hodiernis temporibus Hiſpani ex ellebori nigri radicibus venenum parant, hanc autem plantam Podigambram Verdegambram nigro, & yſambram præſertim in Regno Nauariæ, & Portugalliæ appellant quo veneno ſagittas obliniunt, ac illis confoſsis ceruis, alijſq; ſyluestribus animalibus ea inoxiè comedunt, quinimo pharmacum illud quod ſagittis apponunt comeſtum minime uenenoſum eſſe ab omnibus experimento probatum eſſe ſcribit

bit Matth.in com.in Dioſc.c. de elleboro, & Cornelius Celſus lib. 9. cap.27.hanc ſententiam confirmat dum inquit. Neq; Herculei ſcientiam Præcipuam habent hi qui Pſelli nominantur,ſed audaci vſu confirmatam.Nam venenum ſerpentis, ut etiam quędam venatoria venena,quibus Galli præcipuè utuntur non in guſtu ſed in uulnere tātum nocet, Aegiptiis ideo colubra ipſa tuto eſtur, & ictus eius occidit. Ita & Gal.lib.3.de alim.facul.cap. 3. uiperas alioſq; ſerpentes inoxiè veſci docet,& lib.de arte cur.ad Glau.2. ſic Marſos feris uenenatis & aſpidibus nutriri tradit,& tradit etiam lib.de Theriaca.c.10.de Helenco à Gręcis,Nico ab Incolis appellato,quo Dacas,& Dalmatas telorum cuſpides confricent, idq; hoc pacto vulneratorum ſanguini cō grediens occidere poteſt,& ab eis manducatum innoxium eſſe, nullumq; ex eo cibo nocumentum prouenire, quin & ceruos ab eis ſagittis confoſſos nullam comedentibus læſionem inferre. Ex iis itaq; concludunt iſti ſpumam canis rabidi ingurgitatam non eſſe uenenoſam,licet exterius venenum corporibus communicare posſit, quod tamen falſisſimum eſſe experimento demōſtrari poteſt à Fernelii hiſtoria deſumpto quam lib.de abd.rerum ca.2. ca.14. in hunc modum deſcribit. Venatores quidam media ęſtate in lupum ſæuiorem quęndam rabidū incidere, eumq; trucidatum in varia obſoniorum genera appararunt, ac coxerunt, ex quibus eduliis,quicunq; eſitarunt,non multo poſt tē pore rabie correpti alij perierunt, alij cum ipſis auxilijs proſpectum fuiſſet euaſerunt;tollenda itaq; ex Gal.dictis difficultas dicētes Gal. uerborum ſenſum non eſſe quod ſpuma canis rabidi,& uenenum viperę,& aſpidi intrà corpus aſſumpta non lædant,ſed quod huiuſmodi venena non parem uim habeāt,vel ſoli cuti aplicata cuti inquam ſanæ,& integræ uel intrò aſſumpta ideſt intra cutim ſoluta ſcilicet cutis, vel carnis unitate. quod ex textus Gręci lectione facile innoteſcere poteſt; habet enim. Καὶ χωρὶς ἕλκους ἔξωθεν, ideſt ſine ulcere exterius, quæ verba linacrus in verſione omiſit, quod uero hic ſenſus genuinus ſit indicant verba,quæ ſtatim ſubſequuntur hæc. Sed nec illud mirandum ſi certorum medicamentorum uis ad profundum non peruenit, neque enim neceſſe eſt ut omnia parem babeant uim,quare ſtatuendū ſpumam rabidi Canis,& exterius,& intra corpus deſumptam officere poſſe ſicuti,& aſpidis,& uiperæ,venenum,Gal.namq; lib. de ſymp. cau. 1. cap. 7. ſcribit perijſſe tum eum qui uiperam comederat, tum meſſores qui uinum in quo talis ſerpens fuerat merſa biberunt: Et Marcus Gatinaria in Prac.ca.de debil.uiſus, tradit, quod Gallo cuidam,qai Papiam acceſſerat, ut curaretur à lepra iusſit ut comederet carnes uiperinas,qui cū optaret curari, accepit de eis in multa quā-

titate, cum autem ad eum inuiſendum mane acceſiſſet, inuenit eum cum ſæuisſimis accidentibus venenoſis, ita quod timuit ne carnes illę ipſum occiderēt, ſed quia uirtus erat fortis expulit per partes cutis, & facti fuerunt per corpus quaſi totum bubones, qui tandem deuenerunt ad ſaniem & curatis illis remanſit liberatus. Ideò iure optimo Gal. uiperas in Theriaca imponi iubet, & amputatis tamen capitibus, & caudis tamquam magis uenenatis partibus, & earundem truncum cadauer elixari ſale, & anetho in elixatione comixto, ne quicquam veneноſi in illis derelinquatur. Duo ſuperſunt ſymp. quæ in ſui trahunt admirationem in ijs, qui à Cane rabido demorſi fuerunt, & quorum cauſa perquirenda eſt horumq́; P. eſt cur aquam expetant, timeant tamen ita ut ea conſpecta clamitent, & aufugiant, auertēteſq́; ſe retrorſum in terraq́; prouoluant Alterum uero cur à taliter affectis in urinis corpuſcula quædam innatalia conſpiciantur catulorum figuram præſeferentes. Primum uerisſimum eſſe omnes confirmant ideoq́; affectum hunc Hydrophobiam nominant, & ex hiſtoria ab Aetio & Ruffo, & Posſidonio tradita lib. 6. cap. 24. patere poteſt. Scribit namq́; qđ Philoſophus quidam à cane rabido demorſus, & generoſo animo affectui reſiſtens, & inſequēs ratus canem in balneo apparere (apparebat enim ipſi quemadmodum, & reliquis hoc morbo affectis) ratiocinatus igitur, & ſic ſecum locutus, quid cani, & balneo commune eſt? ſuperauit affectionem, & ſanatus eſt ab affectione, cum citrà timorem bibiſſet. Huius primi quæſiti rationem quidam aſsignant, cauſam in nimiā ſiccitatem referentes in corpore rabie affecto exiſtentem ex qua ſitiētes fugiunt tamen naturali quodam inſtinctu, quemadmodum animalia ratione carentia aquam tamquam ſui contrarium, ideoq́; & ſi eam deſiderent ad ſitim extinguendam, attamen cum ſint multum exſiccati, timent aquam tamquam ſibi contrariam, & ſimiliter alia humida actu, liquidaq́;; Hanc ſententiam ſecutum fuiſſe uidetur Gal. in lib. de Theriaca ad Piſonem, eamq́; Raſis 35. cont. de mente Ruffi confirmat, vnaq́; & Haly Abbas. 8. Theo. c. 20. Nec Paulus eam improbat. Auic. tamen cap. 7. fen. 6. 4. tract. lib. 4. hanc ſententiam rationi diſſonam eſſe ſcripſit, quia cum ſiccitas in rabido ſit qualitas præternaturam deberet ipſe potius oppetere ſuum contrarium, tamquam illud qđ poſſet ipſius corpus ad ſtatum naturalem perducere, & ſiccitatem illam prętenaturalem adimere, Priori itaq́; hac opinione derelicta alii id occultę proprietati veneni adſcribunt, aiuntq́;, quod ſicuti uidemus qui ab Aranei ſpem illa quam Tarantulam dicunt Apuli demorſi fuere dum ſona muſicalia audiunt melius ſe habere, atque diutius ſaltantes, ſudore perfundi ac ſenſim ſanitati reſtitui, hoc enim veneni illius

pro-

proprium eſt, à pari quoque ueneni rabidi proprietas eſt ut aquam reformident. At longe probabilior nobis alia uidetur ratio quæ com muniter aſsignatur; quod ſcilicet cum rabidi affecti homines operationes intellectus corruptas habeant fiat ut ex longa circa Canes co gitatione imprimantur in eorum imaginatione formę, & Idola Canũ, ita ut aſsiduè fermè præ oculis canes habere ſibi uideantur, quinimò & ſe ipſos canes effectos putent, tuncq; potiſsimum cum aquam tam quam ſpeculum ſplendidum imaginem reddens intuentur imaginant in ea Canes ineſſe. unde eam abhominantes retrò fugiunt rurſus de morſu timentes, uel tamquam ſordidam aquam effectam à cane in eo falſo conſpecto, unde quamuis exſiti aquam exoptent, & appetant ni hilominus eam inſpectam auuerſantur. Vnde ſcribitur 2. cont. de men te Alm. Nos uidimus quendam in Hoſpitali quem momorderat canis rabioſus, & uidi quod non terrebatur ex aqua imò eam petebat & ex fortè quærebatur ſiti, cum autem aquam daremus ei, ipſam abhomina batur, & dicebat quod ſordes in ea erant, & cum quæreremus ab eo quæ ſordes in ea eſſent, aiebat quod inteſtina Canum in ea erant, & ro gabat vt ei aliam aquam afferremus, & cum afferretur, idem dicebat, & nobiſcum litigabat, & iraſcebatur, & rogabat ut illi aquam mundã, & nitidam daremus. Quod uerò à rabido cane demorſi ſe canes eſſe imaginentur ex eo deprehendi poteſt quod latrẽt ut canes, ac in terra manibus & pedibus gradientes ſe etiam canum more in ea uolutent, quemadmodum Dioſcorides, & alij ſcribunt; quodq; pariter ex hiſto ria à Nicolo recitata ſer. 4. tract. 4. cap. 15. manifeſtum fit, ait namq; Et ego cognoui quendam, qui morſus fuit à cane rabido, & non curauit inde; & ſine læſione exercendo ſua negocia ſtetit. 35. diebus, mane verò diei. *36*. ſurexit, & poſuit ſe retrò uxorem ſuam, ſtans in terrã ſicut canis, & cœpit latrare Poſt eam & cum reprehenſus fuiſſet ab ea, ſure xit de terra ſubridens, & hunc actum pluribus uicibus eodem die fecit; ſero corrupta eſt ratio eius in totum, & mortuus eſt in 40. die à die morſus. Quare ad deprauatam imaginationem primi ſympt. dicti cauſam deducendam eſſe magis rationabile videtur, quam ad alias re currere, quemadmodum Sanctus Arduinus lib. 7. de uenenis c. 2. demonſtrat. Quo uero ad ſecundum ſympt. pertinet, ſi rabie affectos in ſui urina catulorum imagines intueri dixerimus, ex iam dictis cauſam reddere aut difficile erit, at ſi alios in rabidorum urina eadem conſpi cari aſtruxerimus id longe difficilius euadet. Id namq; minimè uerũ eſſe ſuſpicamur, cum ex antiquioribus neminem quos hactenus legerim id certo affirmantem obſeruare licuerit. Nec tamen Gal. id reticuiſſet ſi uerum exiſtimaſſet; Nec profecto Aetius qui ſer. *6*. cap. 24.

rabie

rabie affectos ſi oxalidis decoctū biberint multa, & intpata mingere ſcripſit, de vrina catulorū imaginē cōtinēte verba facere ptermiſiſſet; Paul⁹ nec ipſe uerbū qdē de re hac ptulit; Ex Arabib⁹ qdā & ſi id ſcriptis ſuis indiderint, nemo tamen ipſorum id nūquā uidiſſe affirmare auſus eſt. Solus inter recentiores quos adhuc legerim Thomas à Viga in com. ſuis in 6. Gal. lib. de loc. aff. ſec. 5, huius rei teſtes graues eſſe ſcribit, unicum tamen Matthiolum teſtem recenſet, quem uidiſſe tradit in demorſis à Cane rabido urinam ſimulacra canum, & à Phalange Phalangiorum Idola continentem quod tamen ex ipſius Matthioli ſcriptis facilè redarguitur, ipſe namq; in ſuis com. in 6, Dioſc. lib. c. 35. habet ſe id ſolum audiuiſſe a quibusdam ſui temporis idq; rationi, ac naturæ repugnare tradit, tantum abeſt id ſe uidiſſe confirmet, ita pariter & c. 42. eiuſdem libri in eorum urinis qui à Phalange demorſi fuere, non imagines Phalangiorum conſpici ſcribit, ſed tantum quandam ſubſtantia innatantem Araneorum telis perſimilem, Ex ijs itaq; crediderim ipſe potius aſſerendum rabie correptum in ſui ipſius urina canum imaginem conſpicari, quam id cœteris intuentibus eam accidat. Quod etiam colligi poteſt ex Alsharauij dictis qui lib. prac. c. 29. 30. tract. hæc habet. Sed ego cognoui quendam ſanatum a morſu canis rabioſi, & interrogatus a me quid uidebat, dixit mihi quod uidebat in ſua urina caninos catulos; ita Nicoli dictū loco citato ĩterpretandum puto, cum ait ſe uidiſſe iuuenem morſum a cane rabido, in cuius urina apparuerunt ſimulacra canum, ideſt ægrotanti ipſo, cū enim in rabie correptis maximus ardor uigeat, hinc fit ut pinguis carnis membrorum ſubſtantia liqueſcat, ac eliquata per urinam exernatur, in illaq; natans uniatur fieri quidem poteſt ut aſpicientes corpuſcula illa uideant, at quod canum potius imaginem referant quam aliā formam præſeferant, nulla ſubeſt ratio unde iure merito Auic loco allegato ſic ſcripſit. Et quandoq; mingit rem in qua apparent res carnoſæ mirabiles quaſi ſint animalia, & quaſi canes parui, ita ut id Auic. non abſolutè, ſed adiectæ particula, quaſi, protulerit. Vnus Abynzoar loco ſuperius dicto huic noſtræ ſententiæ aduerſari uidetur dū ſcribit. Et in hac mania quoddam mirabile reperitur, quoniam ſi collectū fuerit de urina iſtius in quantitate multa in urinali uitreo, uidebit quod clarificabitur urina, & ſine dubio uidebis formas catulorum natantium, & ſi illam collaueris per pannum ſubtilem nullum ueſtigium illorum ſeu ſignum in petra poteris inuenire, & ſi iterum in urinale repones, & ibidem aliquantulum permanſerit ueraciter iterū uidebis eos ut prius. Poſſemus quidem Abynzoari textum corruptū dicere, cum exemplar meus Venetijs æditus à Hieronimo Scoto anno

1549.

1549. Calculorum legat, & non Catulorum, uerum cum ſubiungat Abynzoar, & ſuper hoc libenter cauſam ponerem ſi intellectus meus eſſet ſufficiens. Ex quibus, & reliquorum etiam uerborum ſerie, potius Catulorum quam calculorum legendum cenſeo; cuius rei data ueritate cum Abynzoar cauſam ſe reddere neſcire confeſſus fuerit, nec mihi erubeſcendum eſſet, ſi eandem aſsignare omiſerim, quid tamen ſentiam in re hac afferre in ſtudioſorum gratiam non grauabor; Duo itaq; quod propter fortem, & continuam imaginationem quam habēt demorſi a Cane rabido ad ipſum Canem in ſpiritu animali imaginatricis facultatis inſtrumento imprimitur forma canis, quam & ipſe alijs ſpiritibus quibus in membris miſcetur imprimit, & ſic configurati ſpiritus configurant humiditates corporis quas gubernant, & quibus immiſcentur, quæ configuratæ in urina exiſtentes quieſcente urina in multa copia collecta Idola ſeu ſimulacra canum repreſentant. Hæc de hoc quæſito dicta ſint ſatis, plura qui de hac re expetunt adeunt Nicolum ubi ſupra Gentilem in com. in Auic. textum allatum, & Conciliatorem diff. 179. Illud tamen minimè omittendum ex ijs, qui prudēti animo, exactoq; ſunt ingenio ſi quis a cane rabido momordi contingerit, non ita facile quemadmodum ij, qui pauperes ſunt ſpiritu a prę narratis ſymp. detineri, quod ex hiſtoria ſuperius ex Aetio relata patere poteſt. nec non eſt ex alia quam recitat Nicolus loco totius dicto de Iuuene quodam,, qui dum rabie detineretur apropinguantes ſibi mordebat, matri tamen ſuæ dicebat quod non approximaret ad eum quia non poterat ſe continere a mordendo eam, quoniam in eo nondū potentiæ intellectiuæ corruptæ erant omnino, quod ex ualida reſiſtētia potentiæ factum cenſendum uel ex agentis imbecillitate; Poſtremo loco & illud recenſendum tamq; ſcitu dignum, quod a Dioſcoride lib. 2. c. 71. traditur, ſanguinem ſcilicet canicum epotum a Cane rabido demorſos ſanare cuius rei cauſam quærens Marſilius Ficinus lib. de uita longa c. 11. hæc habet. Gal. atq; Serapio morſum rabidi Canis ſanguinis canini potu curari dicunt, rationem autem illius aſsignare non placuit, Ego igitur biduo eam quæritans opinor deniq: ſaliuā canis rabidi uenenoſam impreſſam hominis pedi læſo per uenas paulatim ad cor aſcendere more ueneni, niſi quid interea diſtrahat, ſi igitur interim canis alterius ſanguinem ille biberit, ſanguis ille crudus, ad multas horas natat in ſtomacho, eū deniq; ueluti peregrinum deiectum per aluum, interea Caninus ſanguis iſte ſaliuam caninam ſuperiora membra prehænſantem priuſquam ad præcordia ueniat, deriuat ad ſtomachum, nam & in canino ſanguine uirtus eſt ad ſaliuam canis atrahendam, & in ſaliua uiciſsim uirtus, ad ſimilem ſanguinē proſequendum

ſequendum, uenenum igitur à corde ſemotum, ſanguiniq; imbibitum in aluo natanti, unà cum ſanguine per inferiora deducitur, hominéq; ita relinquit incolumen. In corpore noſtro humores gigni poſſe qui rabidi canis uenenum emulenter, quemadmodum & alterius uenenatæ qualitates ſuccos intrò generari abundè docuimus ſuperius lib. 4. c. 3. ex infraſcriptis hiſtorijs quas ab Excell. Phyſico Ioanae Baptiſta Cauallaria obſeruatas accepimus facilè cognoſci poteſt, & ſunt huiuſmodi. In agro Mantuano ad Mincij ripa Menſe Septembri. 1573. Gabriel Nouaria viduus, quinquagenarius, Paulę Moriſcæ æconomus dum prandet, neſcio quid ſibi gulam ſcalpere exiſtimat; pouilum ſumit, ut moleſtiam in illam potione abigat; ſed potum, uel ſummo conatu deglutire neguit: ſibi ipſi iratus ad ſitulam aquam plenam accedit ut male ebibat; ſed uixdum labra admouens retrorſum cadit; mox ſurgit, abit, ea die non cœnat. Poſtridie eadem omnia tum in prã dio, tum in cœna patitur. Tertia die ad me equo uehitur. In uia vuas & multas, & facile uorat. Ego, hiſce omnibus ab illo tũ auditis, ſymptoma exploraturus frigidæ poculum illius ori ſemel, iterum, ac tertio per interualla admoueo: amicos ad ſpectaculum aduocoq; toties ille horreſcit, tremit, animo linquitur, & in ſummis faucibus (ut reſipiſcens refert) ſuffocatur. remoto poculo ſtatim ad ſe redit, mentit conſtat, ualidus eſt, non febricitat, nihil prorſus dolet, functiones omnes inculcatæ ſunt, vnà excepta petatione. præſcribo antidota. intra triduum mors occupat. Quęrendo, explorando, ſciſcitando nulla huius affectionis euidens cauſa comperta eſt. Menſe Maio. 1574. Magdalene Blaſij Voltenſis vxor de quadam dolitat, primum collo, tum brachio dextro. Secunda die decumbit, cum brachij dolore, ac tremore. Tertia die ceſſat dolor, tota tamen tremit, nauſeat inaniter, ſudat, & veluti ſuffocatur. Si uinum, aqua, iuſculum propinatur, conuellitur, ac deficit, oua, ac panem probè ſumit, valde ſitit. facultates principes, ac ſentientes bellè conſtant. mitis eſt animus; placidus eſt ſermo. Non videtur febricitare. Loci chyrurgus diuerſiones adhibet. Quinta die illa effertur. Menſe Februario. 1575. Dominica Pancalda Virgo annorũ ſexdecim uiſa quorundam digladiatione terretur: ea nocte febris uehemens: ſtatim in inuaſione paſtulæ circa labia poſt horas duodenas à prima inuaſione fit attonita, (ut aiunt): poſt alias duodenas febris ſedari ſibi uiſa eſt. ſurgit brachio ſiniſtro paralytico. Si brachium illud dimoueatur, dolor acerrimus latus puellæ transfigit: & (ut ipſa inquit) ad cor uſq; pertingit, ita ut fertur inde deficiat. nihil moliuntur domeſtici; In quarta rigor eam rurſum cubare cogit; dolor augeť; ſuperuenit nauſea, ãnxietudo, oris ſpuma: lumen intueri nequit; eiulatua;

tur; fuit; pauet; domeſticos eijcit. Admota potione caput retrahit, horret, deficit; Per interualla recta loquitur: Poſt hæc dentibus ſtridet; linguam ſibi emordet; In principio quintę emoritur. Menſe Iunio. 1576. Dominicus Berecius agricola, nuptus, validus, annos natus triginta ſeptē per dies octo ignota ſibi de cauſa brachijs dolitat: operatē tamen in agro: nec febrire ſe exiſtimat: nona die in cęna brodiū ſorpturus contremiſcit; quare incęnatus decumbit. Ad mediam noctem pauore corripitur; ex illo uix contineri poteſt; ſed timens, ac tremens exclamat; & ab aſtantibus etiam, atq; etiam rogat & detineri; eoſq; ipſe uiciſsim arreptos arctiſsimè detinet. Summo mane conſulitur uicinus Medicus, qui Picram imperat; quæ paulo poſt vomitione eijcitur, vnà cum cruentis, ut narrant. Ego à prandio accerſitus domeſticos, & Parochum, & cęteros, qui conuenerant, ſeorſum ab ægrotante alloquor; ac inopinata illos conſpecturos prædico; nempe uirum hunc, vel ſi cogatur, non bibiturum: ac, ſi tentet bibere, animo defecturum; & demum illum citò moriturum. Primam ſententiam allato poculo aſtātium magna cum admiratione comprobo: alteram euentus breui confirmat; ſi quidem poſt horas quatuor extinguitur, præcedentibus fremitu inconſtanti, clamore aſsiduo, inquietudine implacabili, ſudore profuſiſsimo extremorum frigiditate, deliramento maniaco, & Demonum (ut aiebat) ſpectris. Die. 8. Aprilis. 1579. Iacobus Piua Voltenſis agricola, nuptus, iuuenis, ſanus, robuſtus, citra omnem manifeſtā cauſam (ut etiam cœteri, de quibus ſupra) ex agro rediens ad ueſperam ſudare cępit, cū anguſtia, (vt aiebat) cordis, & agonia. Nocte illa ꝑ interualla cōtremiſcebat, exiliebat, vociferabatur, aſsiduè ſudabat. Diluculo à Municipij Chyrurgo data eſt Theriaca magna. Ego ad ueſperam præpropere acutus morbum, qualis erat, diiudico, & hic rurſum aſtantes in admirationem pertraho, potionis horrorem, & mortis celeritatem conſtanter prænuncians; & dicta factis mox comprobans: Namq; ægrotanti oblatam frigidam ipſe repentem horreſcit, & linquitur animo; eam, reductam actutum reuiuiſcit. Iſte verò neutriquā ſe tangi patiebatur: Quin ſi quiſpiam manus propius inferebat, ſtatim exclamabat. Horrebat etiam tantillum, dum faciei ſudor frigidis linteaminibus abſtergebatur. Quam verò in manibus dederant Deiparę Virginis Iconem; intentiſsimus contemplabatur, ac inuocabat. Tum ſi forte fortuna concidentia lintea illam, vel modicum, operiebant, miriſicè irritabatur, ex excruciabatur. Ad noctem Teſtamentum occępit condere; ſed inualeſcente ſudore, ac conuulſione, prępedita eſt oratio. Poſt paucas horas, mente etiam tum (vt narrant) ſana, deceſsit.

Monſtra admiranda. Cap. II.

MOnſtra quæ vulgo nominãtur ut potè quæ vel defectu, vel numero, vel cõformatione vitiata quotidie in lucem ꝓdire non ſine admiratione cõnſpiciuntur, ſi nos hac noſtra tractatione comprehendere vellemus, res propemodum in infinitum abiret, & nihil parumue ad rem medicam faceret cuius iuuandi gratia præſertim hic labor noſter inſtitutꝰ eſt; eoq; magis cum multi alij integra volumina huius materiæ ediderint; quorum lectioni curioſum lectorem emittere lubet, adeant namque his ſcripta Lychoſtenſis, Laubani, Fritſchij, Gaſparis Peuceri, Valerij Max. Fulgoſij, Cornelij Gẽmę, Iacobi Ruef, & deſiderio ſatisfaciet quicunq; Mõſtruorũ figuras diuerſas cõſpicere optãt. Nos enim hoc capite nõnullas tm̃ particulares hoĩum quorũdã figuras memorię mandare decreuimꝰ, q̃ quoquo pacto medicam facultatẽ ditare poſſunt, ab eo qđ cæteris oĩbus mirabilibus videt̃ exorſi. Mulieres nõnullas in viros euaſiſſe non ſolũ apud Antiquiores, ſed & neotericos etiã ſcriptores legimus. Plinius namq; lib.7.nat.hiſt.c.4.tradidit hæc. Inuenimus in annalibus Publio licinio Crano, Caio Caſsio Longino Cõſulibus puerum factum ex Virgine Caſini ſub parentibus, iuſſuq; Auriſpicum deportatum in Inſulam deſertam. Lucinius Mutianus prodidit viſum à ſe Argis Ariſcontem cui nomen Areſcuſſę fuiſſet, nupſiſſe etiam, mox barbam, & uirilitatem proueniſſe, uxoremq; duxiſſe; eiuſdem ſortis & ſmyrnę puerum à ſe uiſum. Ipſe in Africa uidi mutatum in marem nuptiarum die. L. Coſsicium Ciuem Tiſdretanum; hęc Plinius. Scribit Pontanus lib. 10. de reb. cœleſtib. mulierem Caietanam Piſcatoris uxorem poſt. 14. annum à nuptiarum die cum pluries cum marito venereos congreſſus habuiſſet in virum euaſiſſe, teſtemq; adducit Antonium Panhormitam. Alterius quoque fœminæ meminit Aemilia nomine, quæ Antonio Spentę Ciui Ebulano matrimonio iuncta poſt duodecimum matrimonij unum maſculinum ſexum induta fuit, ac vxorem duxit, ortaque cum primo marito lite de reſtituenda dote Maſius Aquoſa iuſſu Regis Ferdinandi reſtitutioni proſpexit ſoluta controuerſia. Idem author teſtatur (quod omnem fidem ſuperat) aliã mulierem cum prius filium peperiſſet uirilem ſexum adeptam fuiſſe, quod etiam teſtimonio Antonij Colotij Vmbri confirmat. Raphael Volaterranus Cardinalis in ſuis commentariis Vrbanis ſcribit Alex. Sexti Pontificatus tempore Virginem quandam cum iuuene deſponſata eſſet in veſpere præcedente noctem, qua matrimonium conſummare

mare decreuerat inter cantus,ſonos,ac ſaltationes, choreaſq; derepente in virum verſam. Iulius Alexandrinus lib.22.ſalubrium cap.14. ita ſcribit. Nonnunquam ex fœmina virum factum non ſolum ex authorum fide multis ante ſeculis ſcribentium,ſed etiam hac noſtra tempeſtate auditu certo percepimus in Hiſpaniæ parte quadam id contigiſſe certo certius deſueto quidem, ſed non inaudito prorſus exemplo habetur. Amatus Luſ.cent.2.cur.39.ita ſcribit. In Oppido Eſgueica nouem leucis à Coynbrica nobili apud Luſitanos ciuitate puellã extitiſſe nobilem cui nomen Maria Paccheca erat,quæ ad ætatem perueniſſet in qua mulieres menſtrua primum emittere ſolent, vice menſiũ, priapum vſq; ad id tempus intus latitantem extramiſiſſe, ſicq; ex fœmina maſculũ factam, viriliq; toga indutam, ac ſacra aqua reſperſam Manuel vocatum, qui ad Indos perueniens diues, & clarus factus ad ſuos redijt,& vxorem duxit,at ſemper imberbis vixit. Anno. 1574. dũ hæc ſcribimus in Vrbe ſpoleti in Vmbria poſitæ vulgo ſpoletto vocãt, puella. 18. annorum filia cuiuſdam vocati Totaccia, & ſoror Ioannis Franciſci d'Anguilo de Norcia in uirum euaſit, prodeunte membro virili, quemadmodum à pluribus illius loci affirmatum fuit. Ibidem olim id eueniſſe teſtatur Titus Liuius lib.24.hiſt. ab Vrbe cõdita per hæc verba ex muliere ſpoleti virum factum. Phyloſtratus lib.1.de Empedocle Argentino uerba faciens inquit. Et puer ipſe fui nec non qñque puella. Et Antonius Gallus in quodam ſuo epigramate ſic ſcribit. Nec ſatis antiquum quod Campana in Beneuento. Vnus Ephleborum virgo repente fuit. At demus hoc poeticè à Poeticis dici. Nõ tamen tot ſerijs ſcriptoribus fides eſt abdicanda: Nec dicendum fœminas prænarratas minime uere in viros degeneraſſe,ſed dumtaxat ſimiles uiris euaſiſſe,quemadmodum Hip. in calce lib.6.Epid.ſcripſit de Phætuſa Pytheę uxore quę in Abderis priori quidem tempore fœcunda erat, cum autem maritus ipſius in exilium abiiſſet menſes multò tempore ſuppreſsi ſunt,& corpus virile factum,& hirſuta penitus euaſit;& barbam produxit,& uox aſpera facta eſt. Quod pariter Namyſiæ Georgippi vxori eueniſſe teſtatur ibidem. Et Ariſtot.lib.3.de hiſt. animal. ob eandem cauſam in terra Caria mulieribus ſacerdotibus pilos in mento enaſcere ſcribit,idem quoque affirmarunt Auic. fen.21. 3.tract.3.cap.1.& 25.& Aetius ſe.6.cap.51.& Ariſt.de hiſt. animal. 9. trãdit quod & ipſe uidi Gallinas,quæ maris animũ induiſſent ex parta ſemel de Gallo uictoria ſuperuenire coitu mares ſolitas,irrito quidem conatu,criſta caudaque, & calcariis Gallorum in morem enatis. Alex.Benedictus lib.27.morb.par.c.4.per hæc uerba idem affirmat, Id exemplum liquido afferre poſſumus cum in Græcis eſſemus viduæ

cuidam quæ prius ſæpè conceperat ex abſtinentia, purgationibus mẽſtruis ſublatis barba exorta eſt, ac vox, corporiſq; habitus in uirilem mutatus eſt. Nam tradunt ſcriptores ſuperius adducti verè fœminas in viros euaſiſſe, vnde nec exiſtimare licet ex Hermaphroditorum genere haſce fuiſſe, nam id expreſiſſent utiq; authores prædicti, ad hæc ſcimus nos quod utraq; hæc natura non poteſt reperiri in eodem corpore perfectè, & impoſsibile quidem eſt in uno, & eodem corde corpulari formam complexionalem propriam ſexui maſculino, & fœminino, & impoſsibile eſt reperiri in eodem corpore duo excrementa ſimul pfecta ſcilicet ſemen maris, & ſemen fœminę, neque vtraq; membra propria huic excremento niſi imperfecta in eodem ſubiecto reperiri queunt, vel ſaltem alterum perfectum, & alterum imperfectum. Au. teſt. in com. c. 4. lib. 4. de gener. animal. vnde Ermaphroditæ omnes teſt. Haly carent menſtruis. Quamuis Auic. fen. 20. 3. tract. 1. cap. 43. reperiri poſſe ſcripſerit aliquem in quo hæc membra ęqualia, & perfecta ſint, Triplicem Ermaphroditi ſpetiem tradens, in quorum prima non eſt nec mẽbrum uiri, neq; mulieris, ideſt ambo ita ſunt imperfecta ut neutro uti queat, in 2. utrumq; reperitur ſed unum eſt occultius, & debilius, aliud e cõtrario, in 3. ambo ęqualiter perfecta reperiuntur, & inquit ibidem Auic. quod ad ipſum peruenit vnus ex illis qui agit, & patitur, ſubdit tamen hoc parum verificari; Quare ſtatuamus in eodem membra genitalia vtriuſq; ſexus perfecta ęquè minimè reperiri poſſe, quamuis enim reperiantur mulieres, quæ agant, & patiantur id alia de cauſa fit, nec utrumq; perfectè facere poſſunt Quinimo & mulieres ſimpliciter aliquando inter ſe ipſas mutuo ſe confricantes oblectari, ſemenq; eiaculari teſtis eſt idem Auic. ibidem cap. 44. At cum inciderimus in Hermaphroditorum hiſtoriam opere prætium ducimus hoc loco adſcribere quę mirabilia in eorũ diſſectione ſe obſeruaſſe tradit Realdus Columbus de eis quæ rarò in anath. contingunt lib. 15. in hunc modum; Inter tot admirabilia, & rara, quæ in humani corporis fabrica diuerſis temporibus obſeruaui, nihil admirabilius, nihil rari' cenſeo, quam quod de neutra natura inueſtigaui. Propoſito enim mihi Androgino, ſeu Hermaphrodito ſubiecto inquam eodem mare, & fœmina, ſuperioribus enim annis mihi uidere contigit fœminam quæ præter vuluam, membro quoq; uirili prędita erat, quod tamen nõ erat admodum craſſum, quamobrem in eius anathome generationis vaſa admodum accuratè perueſtigaui, vaſa ſeminaria, teſteſq; conſiderans, nunquid vlla inter hæc communio, & conſenſus adeſſet, tandem hoc comperi, vaſa quidem præparantia ab aliarum fœminarum præparantibus uaſis non differre; ſed defferentia differre, nam bipartita erant,

&

& ex binis quaterna natura generat, ex quibus duo quæ etiam maiora erant ad matricis concauum deſtinabantur, reliqua duo ad Penis radicem, qui glandularum paraſtatum expers erat. Hoc tamen admirabile uiſu, & ſpeculatu erat quàm quod maximè, quo pacto natura prudens, ſagaxq; locum ſatis tutum ſelegerat, per quod uaſa hęc ad penē differri poſſent, & quemadmodum meatum, qui in ipſo eſt pene perforarat, qui meatus in alijs tum ſemini, tum lotio communis exiſtit, hic verò vrinæ nihil quicquam opis afferebat, nam inſtar aliarum mulierū urina exibat, uterus autem, nec non uteri ceruix à cœterarum fœminarum matrice, colloq; nihil diſtabat, ſed in teſtibus diſcrimen erat, nam teſtes in hac crasſiores erant, quam in reliquis mulieribus, ſed quo ad ſitum ipſorum nullum diſcrimen deprehendi, peni ſcortum cō tiguum non erat, imò uero ſcroto prorſus carebat, & duobus muſculis prędítus erat huius fœminæ penis non quatuor ut in maribus perfectis, præterea penis huius Hermaphroditi tenui pelle integebatur, nullum aderat præputium, ſed duo ſpongioſa corpora per quę, duę arteriæ ferebantur ab illis ortæ, quæ ad ueſicam tendebat. Paulo poſt etiam ſubdit idem Realdus fœmina erat Aethiopica mulier earum ques Cingaras vocant Longobardi, hæc nunquam agere, neq; pati cō modè poterat, namq; uterq; ſexus imperfectus illi contigerat ſuo magno malo, Penis namq; minimi digiti magnitudinem, crasſitiemq; non excedebat: vuluæ autem foramen adeò anguſtum erat ut minimi digiti apicem uix intromitteret, optabat miſera ut hunc illi penem ferro euellerem, quippè quem ſibi impedimento eſſe diceret, dum cum uiro coire exoptabat, optabat etiam ut vuluæ foramen illi amplificarem, ut uiro ferendo eſſet idonea, Ego uerò qui horum uaſorum diſcrimen intueri ſæpius cupiebam uerbis detinui, non enim ſum auſus aggredi illius cupiditati ſatisfacere, quoniam id abſq; uitę diſcrimine fieri nō poſſe exiſtimabam. Mirandum illud, adnotationeque dignum quod in Gallicis annalibus lib. 10. ſcribit Robertus Gaguinus, quod anno ſcilicet ſalutis 1478. regnante Ludouico vndecimo apud Aruernos in Cœnobio Iſſorienti, monachus quidam cum Hermaprodita eſſet, grauidus eſt effectus, aſſeruatuſq; ſumma diligentia donec parturiuit: ſed hæc ſatis de Hermaphroditis, nam ad propoſitum quæſitum reuertentes indagandum eſt quomodo in terminis naturalibus fieri poſsit, ut fœminę in uiros euadant quod pluribus exemplis ſupra probauimus, quod cum monſtruoſum ſit, ad monſtrorum cauſas recurrendum erit. Horum cauſam Ariſt. ad materiam refert licet Au. in com. non ſolum ob Materiæ inobedientiam, ſed & debilitatem agentis prouenire affirmet. Vnde legitur. 2. Phy. tex. 82. mōſtra accidere ex errore naturę,

&

& monſtrum oblæſionem quandam naturæ eſſe ex Ariſt. loco citato 4. lib. de gener. animal. habemus. Quod uero monſtruoſum ſit fœminas in uiros uerti patet ex Ariſt. loco citato ubi legimus monſtruoſum eſſe rē pter naturam, eam ſcilicet naturam, quæ ex magna parte ſit, nam prætet eam, quę ſemper, & neceſſario eſt nihil fit, euenit itaq; mõſtruoſum quod prȩter naturam eſt in ijs rebus quæ magna ex parte ita fiũt, ſed aliter etiam poſſunt fieri, quadere cum præter ordinem naturæ humanæ ſit quod fȩmina in marem degeneret, id tamen haud impoſsibile ſit id moſtruoſum eſſe dicimus, eandemq; cauſam quam, & cœtera monſtra ſecundum qualitatem, uel numerum, uel magnitudinem, uel ſitum membrorum habeat (tot enim Ariſt. ibi monſtrorum ſpeties enumerat) qua de re ob hanc rationem cauſam huius humanȩ Methamorfoſis ad uirtutis agentis errorem, ac materiæ ſuperfluentis aptitudinem reducemus: Quod ſi fieret dum adhuc in generatione exiſtit animal omnis penitus dubitatio tolleretur, at cum id progreſſo iam animali fiat, quo pacto id uirtus formatrix efficere poſsit non facilè eſt explicare, ſed magnam utiq; difficultatem parit. Dicamus itaq; membrum uirile in huiuſmodi mulieribus a primordio ingenitũ fuiſse, materieq; ſuperfluenti ab agente uirtute, talem tùnc temporis formam inditam fuiſſe, ſed ea naturæ lege, ut niſi determinato tempore extrà prodire poſset, quod impoſsibile memini uideri debet, cum uideamus dentes in utero materno in embrione fieri non ſolum qui primo prodeunt, ſed & ſecundi qui prioribus cadentibus renaſcuntur, occultari tamen, vſque ad ſtatutum tempus extramiſsionis eorum, quod & ſi contrarietur Gal. opinioni lib. qui inſcribitur non omnes partes naturales dum fœtatur ſimul fieri, & Hip. lib. de carnib. & Ariſtot. lib. 2. de gen. animal. c. 4. nihilominus uериſsimum eſse & diſsectione arbortiuorum fȩtuum & infantium recenter natorum oculata fide cognoſcitur ut docet clariſs. Barth. Euſtachius inter recentiores rei Anatomicæ peritisſimus in ſuo de dentib. libello cap. 15. & 17. ſicuti itaq; dentes omnes in utero matris generationis initium, & occultantur tamẽ nec perfecti prodeunt niſi temporis progreſſu quod tamen non omnibus idem, & difinitus eſt, cum non ſolum in pueritia, & adoleſcentia enaſci conſueuerint, ſed & ſeneſcentibus hominibus pluries quoque progrediantur Ariſtot. teſtimonio lib. de gener. animal. 5. cap. ultimo non ſolũ enim uiris in ultima ætate, ſed & mulieribus octuageſimo ætatis anno maxillares genuinos aliqñ enaſci tradit. Vxori meæ ultim' dexter maxillaris dens anno ætatis ſuæ 36. prodijt. quodã uir Doctus tradit ſibi in 40. ætatis ſue anno dentem maxillarem enatum. Veſſalius lib. 1. hum. fabr. c. 11. ſibi ſuæ ætatis anno 26. molarem dentem erupiſſe tra

dit

dit. Alex. Bened. in proœmio lib. 7. morb. part. narrat Victoriæ Fabrianenſi cuidam fœminæ octoginariæ dẽtes renatos eſſe, ac à defluuio capillos rurſus ortos eſſe at longe medius fide admirabilius quod Valaſcus de Taranta lib.6.c.12. tradidit de religioſa & honeſta moniali Prioriſſa cui cum propter ſenectute deffeciſſet menſes & tempe ſtiui ueniſſet in curtice cani, & ferè omnes cecidiſſet molares uberum uerò nullum uel paruum apparente ueſtigium & rugæ in facie profun diſsimæ factum eſt ut quicquid de capillis & piles oriebatur & creſcebat totum nigrum qui pulularet & exiret dates motũ oriuntur & fluerent menſtruum mamillos ueluti in uirginibus eleuarentur regæ euaneſcerent & facies pulchra fieret. Non ſolum autem ſerius aliqñ dentes nonnulli oriuntur, ſed & aliquando ante conſuetum tempus, ante 7. ſcilicet menſem ſtatutum ortus dentium tempus, ut Paulus li. 5.c.9. & Aetius lib.4.c.9 teſtati ſunt & nos anno 1572.in puellula Magiſtri Matthæi ſutoris uidimus imprimis ſui ortus diebus tres dentes manifeſtè emiſſos, quæ non uixit Ita & puellam cum dentibus natam Oximi teſtatur reliquit Titus Liuius lib.41. hiſt. ab Vrbe condita ſecuti itaq; uirtus formatris ſiue ſit ſpiritus exiens à ſemine ut Ariſt. 2. de gen. animal.c.3.& Auic. ibidem, & 7. Mataph. uel quid incognitũ ut Gal. in calce lib.de fœt. for. ſeu quid diuinum ab Ideis, & ab anima mundi deriuatum ut Plotinus fidus Platonis interpres lib.8.3.Enneadis,ſeu intelligentia quam datricem formarem appellat Auic.6.de animal & 9. Metaph.4. ſeu quid uis aliud,dentes in utero matris generat quos tamen non niſi poſtea uarijs temporibus extramittit natura quid prohibit quominus & mulieri membrum uirile in prima formatione efficiat, quod poſtmodum temporis tractu ſtatuto perfectum prodeat, & palam fiat, præſertim cum Au. in com. 5.6.& 7.cap.4. de gener. animal. ſcripſerit de mente Ariſt. fœtum in 7. natum narium, auriumq; meatibus obturatis, mox exterius aperti ſunt. Addamus & Ariſt. ſenſiſſe. 4. de gener. animal.4.gemina genitalia eiſdem alterum maris, alterum fęminæ ineſſe poſſe, quod ex ijs agnatum eſt nutrimẽtum aſſumẽte & increſcente quemadmodũ, & abſceſſus,qui licet poſt geniti ſunt, & præter naturam ſint,tamen nutrimentum ſuſcipiunt,& incrementum, addamus, & Gal. dictũ lib.2.de ſem. c.5. quo loco habet genitalia membra eadem eſſe in maribus, & fęminis, ſitu ſolo differentia quatenus ſcilicet maris extrà, fęminæ intrà abdominis membranam collocatur,quod fieri conſueuit ob agentis imbecillitatẽ,qui ſemper cum perfectuis generare intendat,aliquando ob ſui imbecillitatem fęminam procreat genitalia extramittere non ualens,ſicuti talpis oculos interius exprimi inceptos foris à natura propelli non potuerunt.

tuerunt. ita quoq; in fęminis quibuſdam membra genitali intus for-mata, in exteriorem partem nequierũt emergere, quod uel ex eo etiã probari poteſt, quod ullus mas in fęminam degeneraſſe nullibi cõpertum legimus, nam quæ à Poetis poeticæ de re hac deſcripta fuere nobis philoſophantibus non probantur. Et quod etiam Herodotus in Thalea de hominibus Scythis euiratis, & ad fęmineum ſtatum cõuerſis tradit, non eſſe intelligendum quod uerè in fęminam maſculus conuerſus fuerit, ſed loquitur de genere morbi de quo alias nos pertractabimus, uel in aluim ſexum conuerſis & pacto quo Neronem feciſſe narrant transfigurato in naturam muliebrem. Spero, ductoq; publicè in uxorem quemadmodum Doryphoro ipſe antea nupſerat, ut monſtra hæc faceret, uideretur q; ipſe monſtrum hominis. Cum itaq; natura ſemper ab imperfectiori ad perfectius progrediatur, & faciat de poſsibilibus ſemper quod melius eſt ex 2. coeli com. 34. & deſideret ſemper quod melius eſt ex 2. de generat. & cor. tex.com.59. cui mirũ ſeu potius impoſsibile uidebitur fęminam aliquando in uirum degeneraſſe præſertim cum ex Ariſt.lib.2.de gen.animal. c.3. fęmina quaſi mas lęſus ſit, & 4. eiuſdem c.81. fęmineum ſexus læſio naturalis quaſi ſit, & detrimentũ, & p.phy. com.6. fęmina ſit mas occaſionatus. Hæc à nobis excogitata magis probanda uidentur, quam ab Aſtrologis adducta, qui huius euentus cauſam in ſydera reiciunt, præſertimq; in Veneris, ac Mercurij coniunctionem, quorum ſententiæ aſſenteri uidetur Egineta lib.6.c.69. ſed iam tempus inſtat ut monſtra alia obſeruata recenſeamus. Mulieribus lac gignendi facultas merito a natura data fuit, utpotè, quæ fętui quamprimum in lucem edi contingerit nutrimentum ſubminiſtrare poſſent, uiris autem id denegatur. Nonnullos tamen maſculos homines lac aliquando in uberibus habuiſſe memoriæ proditum inuenimus. Lac enim in maſculis fieri poſſe teſtjs eſt Ariſt.lib.1.de hiſt.animal.c.12.& 13.eiuſdem lib.c.20. quidam uir Doctus ſcribit filium Martini Borghini dum lac ſugeret, lac è mamis ſatis copioſum emiſiſſe. Cornelius Gemma lib.p. Coſmocrit. c. 7. ita ſcribit. ſimiliter quoniam pacto maribus tãtam poſsibile fuerit lactis copiam aceruari ut (quemadmodum Alex. Buatus refert) uiſi ſint qui & infantem admotũ uberibus lactare potuerint. Veſſalius lib.5. hum. fab c.18. non ſemel in hominibus maſculis lac copioſum ſe uidiſſe tradit, quod etiam affirmat Nicolus ſe.7. tract.1.ſum.2.c.39. Non ſolum autem maſculis hominibus, ſed & brutis quibuſdam aliquando abundè fluxiſſe non ſemel legimus & p. apud Ariſt. loco citato ubi habet hæc uerba. Maribus magna ex parte nec beſtijs nec hominibus gignitur nam & in Lerano inſula capro ex mammis, quas geminas iuxta genitale

nitalę

nitale habuit tantum lactis emulgebatur, ut cololtra inde conficerent, quod idem etiam proli maſculę capri illius eueniſſe accepibus. Gaſpar Paucenus in ſua quadam epiſtola tradit ſe in Bhoemia tres hyrcos uidiſſe, qui ex uberibus lac copioſum reddebant Cælius Calcagninus Epiſt. quæſt. lib. 1. in epiſt. ad Comitem Thomam Calcag. nepotē teſtatur catulos duo ex genere quos ἰχνευτὰς Græci uocant, ideſt indagatores frequenti ſuctu ex grandioris canis papillis lac euocaſſe, ita ut non ſine magna omnium admiratione matris uice ęducationis munere perfuncti ſint. Mulieres quibus menſes defecerunt, & ſi minime prægnantes fuerint, nec pepererint lac in mammis aliquando habere author eſt Hip. aff. ſupra citato, idq; raro admodū accidere, experimento comprobatum eſt. Ibidem quidam vir Doctus. ſe ſemel mulierem talem uidiſſe teſtatur. Realdus Columbus de ijs quę in anathome rarò contingunt lib. 15. ſcribit ſe in ſummi Pontificis poenu uidiſſe gigantis caput in quo maxilla inferior capiti adeò conata, & coniūcta eſt ut omni motu prorſus careat, atq; in uiuente non carere nō potuerit, ſubdit uero. Primam quinetiam vertebram occipitio ita adhęrentem hiſce oculis vidi ut moueri nullo pacto poſſet; uertebrarum numerus in quibuſdam immutatus cernebatur, nam quod attinet ad vertebras colli hę in omnibus penè ſeptem ſunt, ego uerò nunc ſex, nunc octo ceruicis uertebras comperi, uertebras thoracis tum. 11. tum 13. vertebras lumborum interdum ſex, interdum quatuor, os ſacrum nonnunquam ex quinque, alias ex ſex oſsibus conſtare uidi, coſtas item uigintiduas, 25. & 26. quandoq; duas ex ijs tres ue admodū connexas, at in alijs in notatu dignum tumorem excreuiſſe, ſternum ex duobus oſsibus, & ex tribus, & ex quatuor. Os Ileon vnitum ſacro oſsi deprehendi, in fœmore proceſſus quoſdam ad palmi longitudinē, acutoſq;, itidem in Tibia ſed non tam proceros, uidi femur cum tibia molaq; uniri, femur, tibiam, in incredibilem tumorem excreuiſſe. Excellens Medicus Ioānes Bertonius ab Auricula mihi amiciſsimus ſceleton mihi dedit, quem ego domi ad ſtudioſorum commodum diligēter adſeruo; in quo oſſa omnia, ideſt omnes corporis articuli à capite ad extremos vſq; pedis digitos uniti conſpiciuntur. Romæ in Xenodochio Diui Iacobi incurabilium diu uitam traxit, uiuēs autem, quē ſenem uidit, & inuiſit ſæpe Ioannes Auricula nihil aliud monebat quā oculos, linguam penem, abdomen, Thoracem, nam cartilagines quidē coſtis articulatæ erant, ſed nondum coaluerant, reliquæ partes corporis omnis motus expertes relinquebātur. Iulius Solinus Polyhiſtoris. cap. 3. ita ſcriptum reliquit. Nonnullos accepimus enaſci concretis oſsibus, qualis ſyracuſanus fertur Lygdamus, qui tertia, & triceſima

olympiade primus ex olympico certamine Pancratij coronam reportauit, eiuſq; oſſa deprehenſa ſunt medullas non habere; paulò ſupra ſcribit idem author. Quidam cum dentibus procreantur, vt Cn. Papyrius Carbo, & M. Curio dentatus ob id cognominatus. Quidam uice dentium continui oſsis armantur ſoliditate, qualem filium Bythinorũ Rex Pruſsias habuit. Valerius Max. lib. 1. mirab. c. ult. ſcribit id & patrem habuiſſe per hæc uerba, Patri & Filio Pruſsiæ Regibus, quemadmodum commune nomen habuerunt, ita & ambobus dentium ſuperioris maxillæ loco, os continuum nulla in parte diſcriminatum fuiſſe; Dentium autem ordines duplices habuit Dripoſina Mitridatis Regis filia; teſtatur Columbus ibidem ſe ui diſſe dentes in nonnullis maxillis adeo nixos ut diuelli nullo modo poſſent, niſi maxillę oſsis fruſtũ inſignè unà abſtraheretur. Comitem Sebaſtianum Franciſci Galliarũ Delphini ueneficum adeò uinculorum corporis nexum ualidum obtinuiſſe teſtatur Fernelius lib. 1. de par. corp. hum. c. 4. ut Lugduni illũ præpotentium quatuor equorum in contrarias partes horam propè diſtrahentium niſus diſcerpere, dilacerareq; non potuerit. Iulius Solinus loco citato ita ſcribit. Varro in relatione prodigioſæ fortitudinis annotauit Tritannum gladiatorem natura ſamnitem fuiſſe, qui & rectis, & tranſuerſis neruis non modo crate corporis, ſed & manibus cancellatis, & brachiis omnes aduerſarios læui tactu, ac penè ſecuris congresſionibus vicerit, illiuſq; filium militem Cn. Pompei pari modo natum. Fernelius lib. de abd. rerum cau. 2. c. 9. tradit ſe uidiſſe ipſi vicinam puellam articulorum uinculis ita laxis, ut quocunq; uellet aliquis artus inuerterentur, quod illi ab ortu uitium erat. Et Cornelius Gemma lib. 1. Coſmoc. c. 7. inquit. Scribunt Aethiopiæ partem cuius incolę naſcuntur toto corpore flexili ut in omnem poſitionem ſe contorqueant quam facillimè; Realdus Columbus loco præcitato ita ſcribit. In uenis autem miram nactus ſum ſępenumero varietatem in internis inquam & externis, nam in eadem latere emulgentes binas itẽ eodem latere ſeminarias venas, ureteres quatuor, uenas in abdomine, & cruribus varicoſas maximè molis. Beniuenius ca. 89. tradit, Inciſo Iacobi cuiuſdam inſignis furis cadauere bifurcatam uenam, quæ à liene ad uentriculum atram defert bilem adinuenimus. Iacobus Carpus in Iſagogis in Anatomen ſcribit. Ego ipſe etiam uidi anno. 1521. in ſtudio noſtro Bononienſi in anatomizato publicè arteriam unam ex emulgentibus facere unum porum in parte dextra, extra renem, qui in notabili diſtantia infrà renem ingrediebatur porum uritidem à prædicto rene ortum, & ambo per unum canale tendebant ad ueſicam; hæc tamen etiam arteria emulgens ingrediebatur renem in loco ſolito, &

in iſto indiuiduo renes erant cõtinui ac ſi eſſent vnus ren, & habebat duas arterias & duas venas emulgentes, & duos poros uritides, cum uno ſolo panniculo inuoluente, qui occupabat loca ſolita renũ, & etiã medium dorſi quod eſt in loco inter ſplen, & epar parum infrà. Scribit Columbus ubi ſupra in quodam obſeruaſſe renum vnum duntaxat. Et Carolus Stephanus lib. 2. diſſect. par. corp. hum. c. 15. ſic ſcriptum reliquit. Meminimus nos aliquando uidiſſe in quodam cadauere cui diſſecando Ioannes Vaſſeus eruditiſsimus medicinę profeſſor apud nos pręerat unum tantum renem in medio ſpinæ exactè ſitum, eumq; maximum, ut lienis ferè magnitudinẽ excederet, & paulo infrà ſubdit, ſed & hoc nobis haud ita pridem maiori admiratione dignum eſt uiſum in alio cadauere ex iis qui nobis priuatim diſſecandi proponebantur, utrumq; renem non iam amplius ſeruaſſe mandragorę ſeminis figurã, ſed duas habuiſſe cauitates, ueluti crenas quaſdam in ſui parte interiore, quæ ad cauam eſt uenam; quarum utraq; crena porum vnum ne ti cum emitteret, quaſi uero duplicem rene in una, & altera corporis parte iudicare poſſes, ab utroq; enim rene duo admodum conſpicui vreteres prodibant, neq; ij quidem minores, aut tenuiores quam qui in alijs corporibus conſpici ſolent; qui tamen circa os pubis antequã ueſicam ingrederentur in unum coire conſpiciebantur, ut mirum naturæ artificium (non enim iam appellari ludum licet) in cuiuſque corporis conſtitutione facile admirari oporteat. Habemus à Columbo loco toties dicto ſe uidiſſe in nonnullis cordis ſæptum quo illius ventriculi diſtinguuntur Cartilagineum, alios uero quibus cordis ſiniſter uentriculus deeſſe videbatur tam exiguæ molis erat. Beniuenius c. 83. refert hiſtoriam cuiuſdam latronis, ac hominis nequam ingenio prauo, cui nomen erat Iacobus, qui ſuſpendio pœnas cum luiſſet eius cadauere inuiſo cor eius undiq; pilis refertum adnotatum fuiſſe. Amat. Luſit. cent. 6. cur. 65. meminit & ipſe Ferrariæ in quodam ab ipſo diſſecto cor pilis circumſeptum adinuentum fuiſſe. Altromen Meſſenium cordem pilis totum refertum habuiſſe Valerius Max. loco dicto ſcriptum reliquit. Hunc Græcum alij ſummæ fortitudinis fuiſſe tradidere, cui Lacedemonij, trecentum ab eo interfectis diſſecto hirſutum inuenere cor. Pilos oblongos in lingua in quodam adnotaſſe Amat. Luſ. ibidem teſtatur quos & ſi ipſe euelleret, naſcebantur tamen. Columbus ubi ſuprà ſcribit Animaduerti inteſtinorum tenuium mutuum ingreſſum ſpatio ampliore quam ſit digiti longitudo, pręſertim in nonnullis quos dolor Iliacus enecauerat. Iecur quandoq; ſe mihi obtulit inſpiciendum peritoneo adnexum, adnexam item uidi peritoneo, lienem, adde lienes adeò grandes ut uiginti librarum pondus vnuſquiſ-

que ex ijs longè excederet, quos cartilago exterius obuoluebat, quæ res cum ab Antonio Mirandulano, & ab Excell. Iuſtiniano Finetto, & Franciſco Sanſonio diligenter ſpectaretur non poterant ſatis mirari nouitatem tantæ molis primum deinde illius partis extrinſicæ. Scimus nos Nobilem mulierem Eliſabetam coniugem Mag. Patricij Mantuani, noſtriq; amiciſsimi Caroli Luzzariæ lienem adeò ingentem habuiſſe, ut uniuerſum abdominis ſpatium occuparet, quo tamen non obſtāte plures filios peperit rectè, & exacte admodum formatos non ſine omnium ingenti admiratione, qui adhuc uiuunt. Doctisſimus Veſſali⁹ lib. 5. cap. 9. hum. fabr. tradit in Bello armati inſignis Iuriſconſulti cadauere adinueniſſe epar contractiſsimum, & magna ex parte in caua ipſius regione conſumptum, lienem uero magnum mollem ſaniſſimi Iecoris inſtar coloratum, ut non ab re dixerit Gal. in lib. de uſu reſp. lieni ſanguificationis prçter epar quoq; munus attributum fuiſſe à natura, quod Hip. 4. de morb. lib. clarius affirmauit inquiens lienem iecori male affecto iecoris uice ſanguinem elaborare poſſe, ob idq; Ariſt. lienē adulterati Iecoris loco recenſet. Fernelius lib. 5. de ſymp. & morb. par. ca. 5. In ſene quodam poſt deceſſum diſſectum ciſtim fellis minimè adinuentum, in cuius ſede lapis conſederat, ſic Ariſt. lib. 1. de hiſt. animal. c. 18. ſcribit fellis priuationem uel in uictimis quandoq; percipi certum eſt, quippè cum parte quadam agri phacidici Euboiæ fel nullum pecori ſit, & homines quoſdam felle carere, eoſq; præcœteris longæuos eſſe teſtatur lib. 4. de par. animal. c. 2. Habemus à Dione Aicęo in uita Auguſti legatos Indos inter cœtera munera huic Imperatori obtuliſſe adoleſcentulum abſq; humeris genitum qui pedibus, perinde ac manibus in rebus omnibus utebatur. Et Suetonius Tranquillus li. 2. teſtatur Octauianum Auguſtum publicè ſpectandum propoſuiſſe adoleſcentulum Lucium honeſtè natum bipedali minorem, librarum ſeptemdecim, ac vocis immenſç. Adnotauit Columbus quoque in Cardinali Campeggio inteſtina omnia ad hypocondria redacta, ita ut propria cauitas inferior abdominis inteſtinis deſtituta eſſet, & ſpina detecta, cuius rei nouitatem non poterat ſatis admirari Excell. Auguſtinus Piccus Lucenſis. Inueniſſe quoque tradit partem Thoracis pulmone deſtitui, hoc eſt minimam pulmonis portionem adeſse; qn immo & pulmonem in pluribus pleurç connexum, nunc in altero latere, nunc in utroq;, atq; hæc pulmonum connexio in cauſa plerunq; eſt, ut medici decipiantur, penetrrātia Thoracis uulnera nequaquam; agnoſcentes, quippe qui hoc chyrurgorum axioma putent omne Thoracis vulnus penetrans extrà ſpirare, quod tamen in illis qui cōnexos pleuræ pulmones habent, haud neceſſario accidit. Philippus Ingraſsia in

con-

conſilio pro Ducæ Terræ nouæ huius pulmonis cum pleura cōnexionis abundè meminit. Subdit mox Columbus conſpicatus ſum omentū peritonæo, nec non abdominis muſculis adnexum præterea & omenti libram extrà umbilicum, & in ſcroto omenti libram, & amplius. Veſſalius lib.5. hum. fabr. c.4. Scribit ſe uidiſſe omentum ita præter naturā cum in ſcortum, ſeu potius exteriorem teſtis, vaſorumq; ſeminalium tunicam deſcendiſſet, acutum, ut quatuor, aut quinq; librarum pōd' excederet, & uentriculum ex ſua ſede ita deorſum diſtraheret ut uentriculi deficiente munere, uarijſq; oborſis ſingultibus id pondus mortis occaſionem præbuerit, legimus etiam mox citato loco apud Colūbum hæc fœmina erat cuius vulua ab aliarum fœminarum vuluis nihil peculiare, & diuerſum habebat, & matricis colle portio prominebat, uel matricis collo ſimile, matrix autem nulla erat in abdomine, neque vaſa ſeminaria, neq; teſtes; & quoties cum uiro coibat (coibat autem ſæpè) mirandum in modum conquirebatur. Mulieres aliquando oriri cum uulua clauſa non ſemel obſeruatum fuit. Nicolus ſe.7.tract.3.ca. 35. ſcribit ſe uidiſſe puellam. 15. annorum cuius foramen erat in quantitate vnius denarij, & S.6.tract.3.ca.25. tradit ſe uidiſſe in Itro Comitatus Fundorum mulierem, quæ poſt partum immediate ſic, & taliter conſtricta fuit ab obſtetrice, quod remanſit clauſa, ſic quod non poterat uir eius uirgam imponere aliquo modo, nec potuit aliqua medicina aperiri, & facta fuit ſterilis. Narrat hæc Beniuenius ca.28. Incidit in manus noſtras puella iam matura uiro, iam plenis nubilis annis, cui naturalia ipſa clauderentur, Quare cum ego huiuſmodi malū curaturus inſpicio, uideo membranulam quandam, quæ ipſius vuluæ ori opponeretur. Quare duabus lineis inter ſe trāſuerſis eam incido, ſtatimq; tanta, ac tā ingenti impetu nigrior materia profluxit ut grāde lumen, quod tunc Miniſter admouerat extinxerit, menſes enim præteriti intus tenebatur, qui & dolores etiam ſingulis menſibus excitarent; rectèq; mulieris ſanationem perſecutus puellam ſanam, ac coniugio aptam relinquo. Conſimilem hiſtoriam habemus apud Barzizā. c de ſterilitate de muliere Taruiſina orta clauſa, & diſecta, Repetit & Beniuenius in calce c.35. Clare cuidam mulieri vuluam à medio infrà uerſus imam eius partem iunctis oris obcalluiſſe, &.c.31. tradit ſe mulierem uidiſſe cui morbus Gallicus totam vuluam eroſerat, & incuria Medici quicquid eroſum fuerat oris inuicem iunctis obcalluit, indeq; ſola urina, & ea ex paruo quidem foramine reddebatur. Ex quibus patere exiſtimo hoc uitium non ſolum in primo ortu enaſci, ſed & aliqñ ex ſupercreſcente carne, uel mēbrana, uel ulceris cicatrizatione adultioribus quoq; ſuperuenire quemadmodum teſtati ſunt Ariſt.4. de ge-

ner.animal.4. & Paulus lib.3.cap.72.& Auic.fen.ri.3.tract.4.ca.1.Raſis 22.cont.& Albucaſis lib.2.cap.72.qui & c.79. eundem affectũ eiſdem de cauſis in ano oriri teſtatur, & curam docet. Puella Piſani hebræi natam ſcimus membrana inteſtinum circa finem obductum habẽtem, ita ut per anum excernere non poſſet, ſecta fuit curata, & uixit. Beniuenius cap.30.ait. Vidimus nos duos pueros ab utero matris natos naturalibus clauſis horum alteri caro quædam ipſius tamen ani ori increuerat, adeò ut inteſtini exitus percipi nullo modo poſſet, quo facto ut paucis diebus uitam finierit; Alteri uero membrana quædam ipſius tantum ani ori opponebatur, ſed ea acutiori ſcalpro præciſa ſtatim ſanatus eſt puer, Et. c. 36. ſubdit puellam quoq; uidimus, quæ clauſo ani meatu nata, octauo quoque die recrementa ex naturalibus deijciebat, quæ uſq; ad.16.annũ uitam duxit, ui tandẽ morbi στροφὸν Græci uocant, id autem fit cum inteſtina circa umbilicum torquẽtur e medio ſublata eſt. Veſſalius teſtis eſt lib.5.hum.fabr.ca. 14. ſe uidiſſe Patauii adoleſcẽtem iuris ſtudioſum e nobili Simionum apud foro Iulienſis familia natum, qui in glandis apice duos obtinuerat meatus unum ſemini, alterum urinę paratum. Amat. Luſ. cent.1.c.23. author eſt quod Infans natus annos duos ab ortu ſuo glandem perforatam non habuit; nec ueſtigium aliquod in ea ubi foramen eſſe debuerat, apparebat: ad radicem tamen eius propè teſticulos foramen erat per quod lotium non guttatim fluebat, ſed directè emanabat. Habemus à Beniuenio. c.90. Vidimus puerum, atque puellam nobiles, quorum alteri meatus urinarius clauſus ita, obſtructuſq; erat ut meire inde non poſſet, ex anguſto admodum foramine, quod paulo infrà glandem vrina ipſa uiſua effecerat, emingebat, ſed non abſq; ingenti eiulatu, & genitalis mẽbri tumore. Altera uero ex loco qui eſt infrà pectinẽ paululum ſupra uuluã urinã reddebat, nullis interim apparẽtibus ſignis, atq; indicijs, unde ipſa naturaliter efferri debuerit. Mirum ſanè quod tradidit Iulius Solinus c.4. Polyhiſt. In lapidis tres interuulſa tamen ſerie & eadem domo obducto membrana oculos ſimiles genitos repertus eſſe. Perhibet Appollonides referente ibidem ſolino in ſchythia fœminas naſci, quæ Rithiæ uocantur, hàſque in oculis pupillas binas habere & capite 32. eiuſdẽ habet, Maritimos Aethiopas quaternos oculos dicunt habere. Vidimus nos Piſtoris filiolum qui nigrum oculi ita latum habebat, ut nulla uel ſaltem exigua albi portio ſpectaretur. Auribus clauſis aliquos naſci obſeruatum cuius affectionis curã pertractat Albucaſis c.7.lib.2. Teſtatur Veſalius lib.2.hum.fabr.cap.17. quibuſdam hominibus aures moueri; talem ſe uidiſſe Diuus Auguſtinus ſcriptis mandauit lib.14. de ciuit Dei.c.24. Nouimus nos Ioannẽ

Fugaci-

Fugacinam mercatorem Mantuanum lingua adeò longa, & flexibili donatum,& quoties uellet,uel nullo negotio bouum more innares inderet. Pulſus in arterijs brachij nullus aliquibus percipitur. Scribit Io. Math. de Grado prima parte prac. c.25. Et ego uidi in quodā Doctore Neapolitano qui me decepit in præſentando brachio, quoniam in nullo percipiebatur pulſus, Hiſce tangendum, explorandumq; pulſum in arteria Tarſi, tradit Gal. in calce 3. lib. Anat. adminiſt. quod ipſe faciebam dum medicinæ operam nauarē in uetula quadā in cuius brachio pulſus nullus percipi poterat. Embriones quoſdam ploraſſe in utero ſcribit. Alb. Magnus, & ſolinus 3.c. Polyhiſt. inquit Itaque unum nouimus eadem hora reſiſſe qua erat natus ſcilicet Toroaſtem, mox optimorum ortium peritiſsimum. Titus liuius hiſt. lib. 21. tradit Romę infantem ingenuum ſemeſtrem in foro Olitorio triumphum clamaſſe, & lib.24. Infantem in utero matris in Marrucinus Io Triūphale clamaſſe, & lib.27. Fruſinone natum eſſe infantem quadrimo parē; nec magnitudine tam mirandum, quam quod incertum mas ne eſſet, an fœmina. Refert Nicolus ſe ui diſſe puellam cui primo ſui ortus die uariæ ſuperuenerunt & in utero hoc quoq; laborare morbo author eſt Fernelius lib.2.de abd. rerum ca.c.12. rarò contingit ita duo inuicem ſimiles eſſe, ut diſtingui inuicem nequeant, de ijs plura exempla apud ſolinum c.4. polyhiſt. legere eſt, nec non apud Plinium lib.7.c.12. Valerium Max. & Petium Meſsiam in prima parte Siluæ uariæ lect.c.38. & in Cathalogis. Et Poeta noſter ſcripſit Glautia Laride, Thymberq; ſimillima proles. Indicreta ſuis, gratuſq; parentibus error. Illud ſanè non prætermittendū quod narrat Luſit. cent.5.c.15. de duobus Monachis ex ordine prædicatorum, diuerſi tamen patria, at ætate temperatura, & phyſionomia perſimilibus, qui eodem die Pleuritide correpti ſunt, & eodem etiam ſanitati reſtituti. A Plinio enumerantur li. 7.c.2. populorum Monſtroſorum uaria genera, quæ cum ad inſtitutum noſtrum parum, uel nihil faciant eò lectorem relegamus.

Specificę proprietatis miræ. Cap. IIII.

QVi non admirabitur ſpecificas quanſdam animantiū, plātarumuè, & aliorum mixtorum proprietates, a quibus uariæ enaſcuntur operationes? Agnus mutuo odio proſequitur lupum, Miluus pullum gallinaceum; felis mures. Ideneumon Crocodilum, Vulpes Gallinas, Canis, leporem; Braſsicæ, & Ruthæ tantus eſt naturæ diſſenſus, ut uixta ſeri non patiantur, Cholochintis auth. Meſueo, herbas alias omnes ſibi vicinas

cinas ueneni modo interficit, Magneti Adamas aduerſatur Plinij teſti monio eadem tamen ad ſe trahit, Electrum paleas, Vitis ulmo gaudet, aurum humido nullo imbibitur, & argentum uiuum ſtatim, ac raptim quodāmodo ebibit, Echeneis paruus piſciculus in mari medio nauim uento actam ſiſtit, Lepus Marinus ſolum pulmones, Cantharides ueſicam, cæteris uiſceribus illæſis dumtaxat, exulcerant, Struchiocamelus ferrum cōcoquit Rhabarbarum purgat bilem, Agaricus pituitam: Epythimus Atram bilem: Horum omnium cauſæ in propatulo cum non ſint, conſueuere ſcriptores occultis cauſis adſcribere, non quidē quod re ipſa ſint occultæ, ſed quia à nobis ignorantur, nec earum rationem reddere poſſumus, cur enim homini ueratrū, & cicuta lethales ſint, illo tamen coturnices, hoc ſturni inocuè nutriantur cauſam reddere difficile admodum eſt. Horum enim omnium obſcuræ ſunt cauſæ, & adeò occultè ut percipi à nemine poſsint, latēt enim obſcuritate inuolutæ naturæ, & ideò occultæ rerum proprietatis à nobis dicūtur, à Græcis ἰδιότητες ἄῤῥητοι appellantur. Has Gal. proprietates à tota ſubſtantia uocare conſueuit de quibus aliquando ſi librum conſcripturū ſpopondit lib. 11. de ſimpl. med. facul. Pelopem repræhendens qui omnium cauſam reddere uolebat. Hinc prçclari Theophraſtus lib. 7. Metaph. c. 5. ſcripſit. Qui de omnibus rationem quçritat, ſimul cum ratione ſcientiam tollere, imò uerius, eſſe dicere eos, rationem petere eorum quorum neq; eſt, neq; fuit, multiſq; in hanc rem propoſitis exemplis in natura, & uniuerſi ſubſtantia concludit terminum quendam conſtituendum eſſe eorum, quç undè, & cuius gratia exiſtunt, ratione cognoſci poſsit. Sic Ariſt. naturalem philoſophiam inſtituens, ſi quando in abſtuſas, atq; in extricabiles queſtiones incidit, ommiſſa earum ſolutionum, ſupra humanç mentis captum eſſe, affirmare non erubeſcit, Quamobrem iure merito Alex. Aph. in prohœmio probl. ſcripſit. Non ſolum medicç artis authores rerum ſtatuere proprietates cogi, ſed etiam Philoſophos, & Grammaticos eodē ſçpe uenire, tum enim eo uenire neceſſe eſt, quoties affectç rei cuiuſpiā ratio nequit, uel acutiſsimo hominis ingenio explicari, neq; quoquo modo primorum elementorum naturis attribui. Has occultas cauſas Gal. & ſi dum ne quid ignorare uideatur in prima elementa referre conetur, aliquando tamen agnoſcere cogitur, eaſq; fateri, quemadmodum ex pluribus ipſius authoritatibus à doctiſsimo Fernelio li. 2. de abd. rerum ca. 3. adductis colligere poſſumus. In hanc quoq; ſententiam locutus eſt Auic. lib. de medic. cordialibus tract. 2. c. 10. per hæc uerba. Ex formis, & uirtutibus eſt aliqua quæ non exiſtit in diſpoſitione ſimplicium, & non completur quidem præparatio ad eam niſi

poſt

poſt commixtionem ſimplicium, ſicuti in magnete eſt uirtus attractiua ferri, & non eſt inuenta in vna duarum uir tutum in elementis per ſe, ſed eſt ab extra à manatione diuina procedente in omnibus rebus, & extrahente cunctas virtutis de potentia in actum. Abynzoar lib. 1. tract. 10. c. 4. ſcribens capita leporum maxime conferre tremori membrorum ait, quod iuuamentum hoc faciunt uirtute diuina, quæ uirt⁹ dicitur uirtus occulta, ſeu à tota ſpetie, & quod aliqui ueteres conati ſunt loqui ſuper hac virtute, & ego dico quod impoſſibile eſt ſcire certitudinem ipſius quoniam intellectui humano à Deo ſublimi, & glorioſo impoſitus eſt terminus, ultrà quem impoſſibile eſt ipſum pertranſire. Aui. & ipſe. coll. c. 24. probat impoſſibile eſſe ſcire perfectè naturam quæ operatur proprietates nec à priori, nec à poſteriori, & exēplificat de Strutione qui aurum digerit breuiſsimo tempore, & conſumit qđ tñ aurum difficile patitur ab igne, & tamen non poteſt dici calorem Strutiocameli fortiorem eſſe calore ignis, nam hoc uerbum eſſet vanum, ergo hoc prouenire à ſubſtantia caloris ſtrutionis & non propter fortitudinē caloris dicendū. Scaliger de ſub. aduerſus Card. ſubtiliſſ. ingenij doctiſsimuſq; uir indiuidualium, & ſpetialium ꝓprietatum cauſas ſe ignorare ingenuè fateri non erubuit, ſapientiamq; ueram eſſe tradidit nolle nimis ſapere. His ſtantibus non poſſum ſatis nō mirari nonnullos recentiores qui hoc ſalutare occultæ proprietatis aſylum ironicè vocitantes illos irtideant, qui aliquādo ad eum recurrunt. ipſiq; omnia ad qualitates manifeſtas facilè reducere profitentur non ſine inani iactantia. Id quod Alexandres multi, & fruſtra conati ſunt, & temere inſtituerunt. Ita doctiſsimus Fracaſtorius in ſua de contagio tractatione proprietates haſce incognitas à Medicorū philoſophantium ſchola relegare conatur; dum omnia tamen ad qualitates elementares reducere putant, & profitetur totum negocium ad ſimilitudinem, vel contrarietatem, vel identitatem formarum, vel principij formalis deducunt, & adſcribunt, nihil aliud interim aſsignantes quam occultas proprietates. Nec minus facilè eſt particularium in diuidualiumue hoīum proprietatum à Græcis *ἰδιοσυνκρασίαι* vocantur cauſas recenſere, quarum gratia præſentem inſtituimus ſermonem quaſque difficile admodum cognitus eſſe non ſolum, ſed & incomprehenſibilis affirmauit Gal. 3. & 7. lib. Meth. Med. Harū exēpla plura deſcribi non inutile futurum cenſemus. Namq; particulares corporum medicandorum naturæ optimè conſiderandæ, ſi quidem ſecundum illarum diuerſitatem diuerſa medicus aliquando licet irrationabiliter agere debet, quemadmodum Nicolus ſer. 2. & Philippus Ingraſsia in queſtione de diæta craſſa, & tenui longa oratione demon

 ſtra-

ſtrarunt. Quod nec etiam ab inſtituto noſtro alienum erit, rarę ſi quidem cum obſeruentur proprietates hæ indiuiduales in ſui quoq; admirationem Medicos trahunt, ex roſarum odore nonnullos in animi deliquium deuenire obſeruatum fuit, quod de Donno Henrico à Cardona Cardinali teſtat Ingrasſia loco citato. Amat. Luſit. cent. 2. cur. 36. Scribit ſe nouiſſe Monachum ex ordine prædicatorum nobilem Venetum ex Barbarigorum familia, qui ex ſolo odoratu, vel aſpectu roſæ in animi deliquium concidebat, complures alios nos huiuſcemodi nouimus qui ſi in agro Peſtano manere cogerentur vltimum diem credo obiret, cum etiam noſtris temporibus ibi roſæ flagrantiſsimum ſpirēt odorem, roſariaq; quotannis bifera ſint, quod Poetæ, & rei ruſticę ſcriptores olim tradidere vt teſtatur Hubertus Golezius in hiſtoria magnæ Græciæ, & Italiæ Vrbium Ita ex roſarum odore extinctum Laurētium Vuratislauienſem Epiſcopum teſtatur Martinus Cromerius de rebus Polonum lib. 8. Ibidem ſcribit etiam Luſitanus quod Stephanus Surdaſter Hiſpanus à piſcium eſu maxime abhorrebat, cui ſi piſces alijs cibarijs clanculum comixti propinati fuiſſet in animi anguſtias, præſſuras cordis cum uomitu, aluiq; deiectione incidebat. Braſauol' in com. in 2. lib. Hip de rat. vict. in acut. com. ſec. 34. hæc tradit. Vidimus Illuſtriſsimam Iuliam Toraconenſem Federici Regis Neapolitani filiam natu minorem, & illi Medicis præſidijs opem tulimus, q̄ carnes edere non poterat, imò neq; guſtare, nempe ſi bolum in os ponebat in vehementiſsimam incidebat ſyncopem, & uehementi clamore vlulabat, in terramq; decidens uolutabatur, idq; ſemi horę ſpatio cōtingebat, poſtea ad ſe redibat. Conciliator Aponenſis lac ita abhorruit referente Io. Matthæo Gradenſi ut nec illud comedentes quidē ſine nauſea aſpicere poſſet. Caſeum plures ita horrent ut deguſtare nullo pacto posſint. Quod in Acer ſecomis binis Sereniſſ. Principis Mantuæ hæri mei obſeruaui, quorum alter etiam illud ouatartica genus ex ſturionis ouis edulium paratum ut abominatur, & nullo pacto cogi posſit ut ori indat; vulgo Cauiaro uocant. Sic & de ouatartico alio vulgo Botarga appellato euenire Dominæ Blancæ Iuſtinianæ ſcimus. Ita & mulieri Illuſtri Vrbis noſtræ ex aſſumptione ouorum recentium ſorbilium aluum continuò ſolui, ac ſi medicamentum abſorpſiſſet, nouimus. At mirandum magis Illuſtris Comitis cuiuſdam puerū cui ſi oua comedenda propinabantur ſtatim ac deglutiſset labia tumeſcebant, & facies purpureis, nigriſq; maculis conſpergebatur, oſq; ſpuma circundabatur, ac ſi uenenum deguſtaſſet. Iulius Cæſar Scaliger in ſuo de ſubtil. ad. Card. lib. exercit. 274. ſcribit ſe nouiſſe quēdā cui mala faſtidiū afferebāt, Et de ipſo tradit ad ſimplicē oleris Creſſo

ni uocati Siſymbrij aquãtici aſpectũ adeò tremere, ut horrore quaſſatus abire cogat. Strẽuũ militẽ agnouim',q ruthæ herbæ odorẽ, aſpectũue nullo pacto ferrè poterat, ſed ſe ĩ pedes dare, ac fugire ea ꝓpoſita cogeret. Hippolit' Lãzon' nobilis Mantuan' Hericei terreſtris animaluſculi aſpectum ita auuerſatur ut niſi difugiat ſyncopi, ſudoribuſque corripiatur. Aſpectum felis, quidam, alter mures mirum in modum extimeſcebat, ut nos occulta fide probauimus. Pontanus lib. de reb. coel. ſcribit ſuis temporibus fuiſſe quandam, qui toto uitæ ſuæ cuniculo nunquam uinum, uel aquam poterat cumq; ſemel Imperante Ladislao Neapolitano Regem uinum bibiſſet magnum nocumentũ illi ſubſequtum, Et de ſe ipſo tradit quod in nulla ſui corporis parte puncturas perſentiebat. Theophraſtus alterius meminit qui toto uitæ tractu nihil prœpter aquam potauit, aut comedit. Peninus illi nomen erat Iulius Alexandrinus lib. 2. ſalub. c. 13. ſe quendam nouiſſe ſcribit, qui ita alium abominabatur, ut nunquam illud comederit rarò autem admodum panem rem tamen naturæ conuenientem & ad aptiſſimè alendum Idoneam ſextus Empiricus lib. 1. Pyrrhoron hæc memorat. ſunt nonnulli qui ex Lesbij uini potu cholera ſtatim corripiantur. Quin etiam fuiſſe aiunt anum quendam Aeticam quæ cicutæ triginta holeas ſire damno ſorberet lyſis autem etiam ſucci pauperis quatuor holeas nulla cum moleſtia hauriebat. Antengoras Agiuus nullum ex Scorpionum, & areneorum ictu dolorem ſentiebat. Quin etiã ij, qui pſylli uocantur ne ſi à ſerpentibus quidem, aut etiam aſpidibus mordeantur, læduntur. Sed & Aethiopes illi qui ex aduerſos Meroes habitant Hydaſpis Fluuij, auolæ, Scorpios, & Serpentes, & huiuſgeneris alia citrà periculum comedunt. Fuit & Ruffinus quidã apud Chaleidem, qui bibens Elleborum, neque poſtea uomebat, neque ullo modo purgabatur, ſed ut conſuetum aliquem potum ſumebat, & concoquebat. Et Demophon quidem qui Alexandro menſę ſtructor erat, cum ad Solem ſtabat, aut in balneo erat algebat, in umbra autem caleſcebat. Chryſermus autem Erophylus ſi quando piper ediſſet cardiacus erat etiam periculoſe. Et ſoterichus chirurgus quidã ſi quando ſilui nidorem ſentiebat cholera corripiebatur. Andron Argiuus adeò parum erat ſiticuloſus ut uel per aridã Lybiam iter faceret potu non indigens. Iulius Solinus c. 3. Polyh. ita ſcribit Aulus Craſſus auus eius quem rapuerunt bella Particha quod nunquam riſerit, fertur Agelaſtos cognominatus Pomponium Poetam conſularem uirum, nunquam ructaſſe habetur inter exempla. Antoniam Druſi non ſpuiſſe percelebre eſt. Albertus Magnus ſe uidiſſe atteſtatur puellam Colloniæ Germaniæ, quæ araneis toto uitæ ſuæ tempore uſa eſt innoxiè. Idẽ

Albertus c.3.de mot. animal: duos in Germania natos pueros refert quorum uni prætereunti ſecundum latus dextrum paſsim, alteri uero ſecundum ſiniſtrum clauſæ ianuæ aperirentur D.Auguſtinus li.14. de ciuit. Dei c.24. teſtatum reliquid ſe nouiſſe hominem qui nullo capitis motu edito, manumq́ue non admota capillos in fauem proiecerit moxq́; turſus deorſum uerſus, reiceret. Scribit Cornelius Gemma li. 1.coſmoc. c.7. ſe quendam uidiſſe qui noctu legeret externo lumine non adhibito, & alium qui ex utero materno adducta Galea, ſiue mẽbraneo inuolucro ab omni telorum iactu ſecurus, etiam inter denſiſſimos hoſtium cuncos uerſabatur. Inuẽti ſunt alij ut ex hiſtoria Apollonij liquet quæ in locis maximè diſsitis euenirent, tamquam oculis obiecta deſcriberent Suetonius in uita Tiberij Cæſaris author eſt ipſum noctu ſine lumine clare proſpexiſſe. Quintus Curtius qui de geſtis Alex. Magni hiſtoriam conſcripſit tradit Alex. ipſum Macedonem ſudore odorem ſuauiſsimum, ac redolentem undiq; conſperſiſſe, illius namq; ſudor optime olebat, Et quændam ſudare ſolitum ubi uellet. Plutarchus Vitam Pyrrhi Epirotarum Regis deſcribens inquit dextrum pedem habuiſſe cuius tactu ſpleniticos ſanaret, alij & febrem fugaret, dicunt, erat eò in pede pellex diuina illa facultate prępotẽs qui poſt Regis obitum, aeque igni abſumptus eſt, neque ætate contabuit. Plinius lib.7.c.2. tradidit. Haud procul ab Vrbe Roma in Faliſcorum agro familię ſunt paucæ, quæ uocantur Hirpiæ, quę ſacrificio annuo quod fit ad montem ſoractem Apollini ſuper Ambuſtam ligni ſtruem ambulantes non adurantur Meminit ſtrabo lib.17. Pyllos apud Cyrenaicam regionem naturalem quandam uim habere contra ſerpentes, ſicut & Tentyricæ contra crocodilos ut nihil ab eis patiantur cum tamen reliqui homines ab illis occidantur. Memoriæ proditum & Veſpaſianum Imp eratorem Romanorum cęco homini uiſum reſtituiſſe cum ſaliuam oculorum membranis indidiſſet, quod ut à Victore Principe exoraret per ſomnum ſerapis admouerat. Hoc ſicuti dubium, id ſanè certiſsimum, omnibuſq́; uulgatum Galliarum, Anglięq́ue Reges ſola ſaliua digito linito, cruceque ſignatis ſtumis laborantibus eas ſanare & ut ſcribit Polydorus Vergilius hiſtoriæ Anglicę li. 8. ſolebat Edoardus Rex Anglię ſolo tactu miræ ſtrumoſos ſanare. Valerius Maximus lib.1.c. ultimo tradit lyncæum oculos tanta uidendi acie præditos obtinuiſſe ut à promõtorio Siciliæ Lilibeo, naues e portu Chartaginenſium prodeuntes uideret. Solinus loco citato ita ſcribit. Viſu deinde plurimum potuit ſtrabus nomine quem perſpexiſſe ꝑ centum triginta quinque millia paſſuum, Varro ſignificat, ſolitumq́ue à Chartaginem exeuntem claſſem punicam, numerumque nauium manifeſtiſsimè

niſeſtiſsimè e Lylibetana ſpecula denotare. In nomine tantum à Valerio Max. varians. Hæc eadem Solinus, & Plinius lib. 7. ca. 21. & Strabo lib. 6. Meminit Hip. lib. 5. morb. popul. affectionis Aicanoris qui cum conuiuium progrederetur Timon Tibicinę, cum ſub initium uocis tibię, in conuiuio Tibia caneri audiuiſſet præ timoris turbationes uix ſufferri poſſet dixit cum nox eſſet, interdiù uerò audiens nihil comouebatur. Iulius Cæſar Scaliger exerc. 344. ad. Card. tradit Regali Vaſconis iocoſam proprietatem, hic audito phormingis ſono urinam illicò facere cogebatur. Habemus à Solino c. 5. Polyh. quod primam palmam uelocitatis ladas quidam adeptus eſt, qui ita ſupra cauum puluerem curſitauit ut arenis pendentibus nulla inditia relinqueret ueſtigiorum, Polymneſtor Mileſius puer cum à matre locatus eſſet ad caprarios paſtus Ludicro leporem conſecutus eſt, & ob id ſtatim productus à gregis Domino Olympiade ſexta & quadrageſima ut Boet' authorelt uictor in ſtadio meruit coronam. Philippides biduo mille ducenta quadraginta ſtadia ab Athenis Lacedemonem decurrit. Aniſti' Lacon, & Philonides Alex. Magni curſores à Sycione Elin uſque mille & ducenta ſtadia una die tranſierunt. Fonteio Vipſanoque conſul. in Italia octo annos puer natus quinque & quadraginta millia paſſuum à meridie tranſiuit ad veſperum. Meminit Abb. Kmatzius Noruagiæ lib. 6. Araldi cuiuſdam Hybernici ita monſtruoſæ agilitatis ut pignore depoſito auderet cum citatiſſimis equis curſu contendere. Hæc eadem, aliaq; etiam uelocitatis, & prodigioſæ fortitudinis Plinius li. 7. natural. hiſt. c. 20. Inter quaſ Milonis Crotoniatæ Diotimi filii exēplum percelebre apud multos hiſtoricos haud reticendum, hic ſex in Olympia palmas ex Lucta adeptus eſt, tantumq; corporis robore excelluit ut Taurum in humeros ſublatum in Theatrum intullerit; Tectū quoque in quo Pythagoras philoſophus forte diſſerebat, ruinam minans ipſe tandiù humeris ſuſtinuit, donec omnibus periculo ereptis ad ultimum ſe ipſum quoque eximeret. Peruncto diſco inſiſtentem nemo quantum uis uiribus præualens ueſtigio mouere poterat; Caput neruo cum cinxiſſet compreſſis labijs, contractoq; anhelitu cum ſanguine intumuiſſent arteriæ neruum rumpebat. Hic ad Herculis imitationem claua, & Leonis pelle armatus in pugna ſybaritarū millia plurima Crotoniatis ſuis fauens compluribus cæſis fugauit, omittimus conſulto de Herculis robore à Poetis multa tradita tamquam fabuloſa, de particulari uero Sanſonis fortitudine in capillitio conſiſtente quoque reticemus, de quo in ſacris litteris Iudicum. 13. 14. & 15. cap. & apud Ioſephum de Antiquitatibus Iudaicus lib. 5. ca. 13. hoc enim naturales terminos excedit. Idem Plinius cap. 24. eiuſdem admirandæ

memo-

memoriæ hæc proponit exempla. Cyrus Rex omnibus in exercitu ſuo militibus nomina reddidit. L. Scipio Populo Romano Cyneas Pyrrhi Regis legatus ſenatui & equeſtri ordini Romæ poſtero die quã aduenerat. Mithridates duarum & uiginti gentium Rex, totidem linguis iura dixit, pro concione ſingulas ſine interprete effatus. Charmidas ſeu Carneades quidam in Græcia, quæ quis exegerat uolumina in bibliothecis legentis modo repreſentauit. Eadem exempla legi poſſunt apud Solinum. c. 9. qui addit, & alium hunc, Metrodorus philoſophus qui temporibus Diogenis Cynici fuit in tantum ſe meditatione aſsidua prouexit, ut à multis ſimul dicta non mo do ſenſuum ſed etiã uerborum ordinibus detineret. Pontanus lib. de reb. celeſt. & Alex. Alex. Iuriſconſultus lib. dierum Genialium tradunt temporibus ſuis fuiſſe hominem Cataniæ Siciliæ Vrbis qui piſcis Calanus vulgo uocabatur, qui toto ferè ui te ſuo curſu in aquis degebat, quiq; magnis etiam maris tempeſtatibus quantumuis agitarentur fluctus nullo periculo trãnabat, & ſi fortè per integrum diem extrà aquas traxiſſet, magna Thoracis anxietate corripiebatur ita ut interitum timeret ni ſe aquis demergiſſet. Huius hiſtoriam lõgiori oratione recenſet. F. Thomas Fazellus lib. 2. prioris Decadis de rebus ſiculis. Petrus Meſsia alterius eiuſdem naturæ meminit primæ partis Siluæ uariæ lect. ca. 21. quem piſcem Nicolam vocatum tradit. Leuinus Lem. de occult. nat. mirac. lib. 2. ca. 6. hæc ſcripta reliquit. Sic enarrantem audiui D. Veſalium excellentis ingenij, ſummæque eruditionis uirum Maurum quendam urinatorem Ferrariam ex triremi adductum, qui unus longius producebat uocem ac continuò clamore abſque reſpiratione inſiſtebat diutius, quam quatuor robuſtiſsimi pugiles. Idem rurſus cohibito ſupreſſoq; ſpiritu, ac naribus, oreq; occluſo abſq; ulla habitus, animæq; reductione cum illis certabat quo natura numere hoc erat cõſecutus ut ſemel, atque iterum captus, elapſus ſit, mergoq; aui ſimilis, intima maris per ſemihoram penetrans, captiuitatis uigum morte acerbius excuſsit. In medicina quoq; facienda proprietates indiuiduales quorumdam obſeruauimus, quas ueluti magis ad propoſitum facientes, adducere libet. Mirum quoſdam ſanè quod nos nõ ſemel obſeruauimus ex ſolo medicamenti odoratu magis purgari, quam qui per os aſſumpſerint, quod præſertim in moniali quadam cœnobij Diui Ioannis adnotatum, quæ quoties purgans medicamentum olfaciſſet totus per inferma purgabatur. Refert quoq; Bartholomeus Maranta mulierem quandam nobiliſsimam, nec non eiuſdem nepotem ex Mana aſſumpta, medicamenta alioquin mitiſsimo nauſeam, tormina, rugitus, laſsitudines ſudores, animi deliquia, & alia grauia ſymptomata pati ſemper con-

conſueuiſſe. Scribit Trincauellius lib. 2. de curand. part. aff. capit. 10. Nos nouimus religioſam, & nobilem mulierem in quodam monaſterio quæ aſſueuerat ſanguinis miſsioni quotannis in uere, eo quod ea omiſſa infirmaretur, & ita hunc uſum uſque ad octuageſimum annum ſeruauit, & c. 11. Noui familiam nobiliſsimam Venetijs ex qua orſi ægrimè clyſteres ferre poſſunt, ita ut in ea fuerint, qui accepto clyſtere, in ſede dum deicerent per aluum ſuum diem obierint. Diaphenicon, Electuarium purgans integra Vrbis noſtræ familia nobilis minime ferre poteſt, quinimò ſi latenter exigua portio medicè permiſceatur alicui ſtatim euomuit, quod non ſemel ipſe uidi. Abynzoar de ſe ipſo ſcriptum reliquit ſe ex ſola uulneris inſpectione in animi deliquium ſemper deueniſſe. Quod & alijs quampluribus euenire obſeruauimus. Et hæc de huiuſmodi ꝓprietatibus particularibus dicta ſint ſatis, in quo ſi medicos limites aliquis non prætergreſſos exiſtimauerint, ſciat nos non ſolum medicis, ſed & aliarum bonarum diſciplinarum ſtudioſis has noſtras elucubrationes conſcripſiſse.

Morbi noui. Cap. IIII.

NOn minus admiratione Nos afficit, quam adnotationem dignũ arbitremur temporum mutua uicefsitudine morbos quoſdam in dies uel nunquam uel rarò admodum ſaltem uiſos in homines graſſantes apud uarias gentes non ſemel obſeruatos. Plinius lib. 25. natural. hiſt. c. 3. ſcribit olim ſub Cæſare Germanico trans Rhenum caſtris promotis pululaſſe morbum nouum ex quo dentes decidebant, compageſque in genibus ſoluebantur, ſtomacacen medici uocabãt & ſceletyrbea ea mala, quorum origine in fontis aquam epotã referebant. Et Strabo ante in Arabia conſimile morbum ex eſu illius regionis fructum exercitũ Gallorum infeſtaſſe lib. 15. ſuæ Geographiæ. Et c. 1. lib. 36. tradit L. Paulo. Q. Martio Cenſoribus primum in Italiam carbunculum ueniſſe annalibus conſcriptum eſt, peculiare Narbonenſis Prouinciæ malum, quo duo conſulares obiere condentibus hæc nobis eodem anno, Iulius Rufus, & Q. Lecanius Baſſus ille medicorum in ſcitia ſectus, hic uero pollice leuæ manus euulſo acu à ſemetipſo tam paruo uulnere ut uix cerni poſſet. Naſcitur in occultiſsimis corporis partibus, & plerumque ſub lingua duricia rubens uaricis modo, uel (ut alius textus habet) uarijs modis, ſed nigricans capite, aliàs liuida, corpus intendens, atq; intumeſcens, ſine dolore, ſine pruritu, ſine alio quam ſomni indicio, quo grauatos in triduo aufert, aliquando & horrorem afferens, circaque

puſtulas

puſtulas paruas rarius febrem ſtomachum, faucesque cum inuaſerit, ocyſsimum examinans. Ibidem quoque aſſerit Elephantiaſim ante Pompei Magni ætatem non accidiſſe in Italiam, & ipſam ſæpius à facie incipientem in nare prima ueluti lenticula, mox inualeſcente per totum corpus, maculoſa uarijs coloribus, & inęquali cute, alibi craſſa, alibi tenui, dura, ceu ſcabie aſpera ad poſtremum verò nigreſcente, & ad oſſa carnes opprimente intumeſcentibus digitis in pedibus, manibuſq; Aegypti peculiare hoc malum, & cum in Reges incidiſſet populis funebre quipè in Balneis ſolia temperabantur ſanguine humano ad medicinam eam, & hi quidem morbus celeriter in Italia reſtinctus eſt. Hoc idem affirmarunt Lucretius lib. 6. Iuſtinus lib. penult. Oroſ. lib. 1. & Tacit. lib. 21. Meminit quoque ibidem Plinius noui morbi qui celeriter extinctus & ipſe eſt quem Gemurſam appellauere Priſci inter digitos Pedum naſcentem, ſicuti malum colon appellatum Tiberij Cæſaris principatu irrepſiſſe, cum nullus prior Imperatore ipſo ſentiſſet, & per initia eiuſdem capitis hęc leguntur ſenſit & facies hominum nouos, omniq; æuo priore incognitos non Italiæ modo, uerum eniam uniuerſe probè Europę morbos; tùnc quoque nec tota Italia nec per Illyricum, Galliaſuè, aut Hiſpanias magnopere vagatos, aut alibi quam Romæ, circaq; ſine dolore quidem illos, ac ſine pernitiæ uitæ, ſed tanta fœditate, ut quæcunq; mors præferenda eſſet, grauiſsimum ex his Lichenas appellauere, Gręco nomine, latine quoniam à mento ferè oriebatur Mentagram, occupantem in multis totos vtiq; uultus oculis tantum immunibus deſcendentem uero & in colla, ſpectuſq;, ac manus fœdo cutis furfure, non fuerat hæc lues apud patres, maioreſq; noſtros, & primum Tyberij Claudii Cæſaris principatu medio irrepſit in Italia quodam Peruſino Equite Romano Quæſtorio ſcriba, cum in Aſia apparuiſſet indè contagionem eius importante, nec ſenſere id malum fœminæ, aut ſeruitia plebſq; humilis, aut media, ſed proceres ueloci tranſitu oſculi maxime, fœdiore multorum, qui perpeti medicinam tolerauerunt, cicatrice quam morbo, cauſticis namque curabatur, in uſque in oſſa corpus exuſtum eſſet rebellante tædio. Plutarchus. ottauo ſympoſiacorum probl. 9 Hydrophobiã & Elephantiaſim morbos fuiſſe nouos Aſclepiadis tempore, qui ſub Pompeio Magno Romæ in arte medica claruit & ſententia Athenodori medici teſtate fecit, Ibiq; diſputat ſimiles morbos nouos cauſis diuerſis nouiter oriri poſſe. Inuſitatum profecto morbi genus fuit illud quo Arriũ hęreticũ cũ occubuiſſe teſtatur Adonis Vienẽſis in Breuiario Cronicorum ętate 6. & quidam uir Doctus in ſuæ chronicæ li. 4. c. 6. & ante ipſos multi alij; hic namque cum ad ſeceſſum acceſsiſſet

uiſcera

viſcera moriendo excreuit, quamuis Pomponius Lætus in compendio Romanę hiſtoriæ dolore cœliaco correptum cum ſtercore animã emiſiſſe tradiderit. Ita patrum noſtrorum tẽporibus ab Occidius Indijs contagioſam Gallicam Luem, quæ potiſsimum per concubitum affricatur ad nos nouum morbi genus ex portatam omnes propemodum Hiſtorici teſtant. Hinc verò à nobis ad Indos ipſos inſolitum, & nunquam ipſis antea cognitum malum variolarum tranſuectum, quemadmodum Hernandus de Ouied. in ſua generali Indiarum hiſtoria li. 17. & Ferdinandus Corteſius in. 3. ſua relatione tradidere. Ita apud Anglos pleuritidem morbum nobis frequentatiſsimum rarum admodum conſpici ut nouum propemodum ſit illis malum tradidit quodam vir Doctus. lib. 16. hiſtoriæ Anglicę. Anno 1529. circa ęſtatem poſt humidiſsimam cęli conſtitutionem dira mortalium lues orta eſt, cui ſudoris Anglici, ſeu Britanici à ſymptomatis ſpecie ipſa nomen inditum eſt. Hæc primum ex Britanicis locis terras maritimas Holandiæ, Zelãdiæq; peruagata Antuerpiam venit, ac celerrimè in Flandriam, totãque Barbantiam ſparſa, uno die ſudoris infanda eluuie hominum multa millia ſuffocauit ſudorulenta hæc febris. Cuius meminere Cornelius Gemma lib. 1. Coſmocrites cap. 8. Ioannes Langius epiſt. 42. Rhondelitius Valeriola, & Fernelius, & author additionis in Cronic. Naucleri, nec non &. F. Laurentius Surius Carthuſienſis in Comentarijs breuibus rerum in Orbe gæſtarum & Polydorus Virgilius Vrbinas Anglicæ hiſtoriæ lib. 26. Et temporibus quoq; noſtris morbũ & paueſcẽdę turpitudinis in Dania, & Noruegia, ac Lituania, & alijs locis maritimis ex confinio arcturo ſubiectis, quẽ vulgus ScherbocK appellat graſſari accepimus, cuius peſtifera lue dentes exciderẽt gargareon, & fauces virulentis vlceribus tabeſcerent. cum habitu tetro, qui multos contagio ſępe affecit. deinde uerò & in crure maculis paruis, & magnis ualde liuẽtibus uelutiin ſugillatis, cum dolore hypocõdrij ſpinæ ac ventris totius. Cuius affectus ſcripſere Cornelius Gemma lib. & c. 2. Coſmocr. & Langius Epiſt. dicta & Rembertus Dodonęus c. 33. obſer. modici. Balduinuſq; Ronſle, & integrum tractatum conſcripſit & Ioannes Vuierus morbi huius hiſtoriam in Epitomen collegit, Scorbutum hunc ad ſtomacacen Plinij pleriq; reduxerunt, ſicuti & Luem Gallicam ad eiuſdem pudendagium, uerum ſi exactè res perpendatur cum illis quidem hoſce ſimilitudinem habere, & in aliquibus etiam diſcrepare liquido innoteſcet, ortum trahit omnium de ipſa ſcribentium teſtimonio affectio hæc ab humore melancolico ſeu potius atrabili, lienis tumore, vel ſaltem obſtructionibus non læuibus aſſociata. Hanc affectionem Olaus Magnus de Gentibus ſeptentrio-

nalibus lib.9.c.38.ScorbuK appellatum inquit,eo quod facies,ſtomachumq; diris cruciatibus, & diuturno dolore tabefaciat. Præteritis annis Catharri prodigioſum genus populariter uiguit,magna ſerpẽs contagij ui,neminem ferè præteriẽs, aderant maximi capitis dolores, fluxus vehemens,acer,mordax ad oculos,aures, fauces, nares,ſtomachum pectus,obuias partes excorians, atq; erodiens extrema apetitus deiectio, febre concomitante, Galli uocauere le coquiluchi cui⁹ recenſuit Paradinus graſſationem anno 1515. eiuſdemque etiam verba fecit Cornelius Gemma Coſmoc.lib.2. cap.1. Catharri huius populationem in Italia conſimilem, licet non adeo atrocem obſeruauimus annis ſuperioribus modo hanc, modo illam Ciuitatem inuadentem. Peripneumonię populariter ſæuientes anno 1557.& iterum anno 1565.:meminit Rembertus Dodoneus cap.21.obſer.medicinalium Harum nouarum affectionum in populos graſſantium quidam in contagii ſpeciem,alii in corporum cœleſtium motus, alii uero in viuendi luxum,nimiamque licentiam referunt. Ita Hector Boetius Deidonanus in lib.2.Hiſtoriæ Scotorum per hæc uerba ſcribit Ignota fuerunt noſtris maioribus tot morborum genera quot noſtra ętate conſpiciũtur:uix quiſpiam tum elanguebat niſi aut calculo, aut exundante pituita ſimiliue morbo frigido, aqueo uè humanum vincente temperamentum cauſam præbente:probe enim degebant, parſimonia corpora ab aduerſa valetudine tutabantur, uitamq; noſtratibus in longũ æuũ pertraxit. At ubi patrio uictu poſthabito omnium delitiarum generé defluxere ſimul cum peregrinis delitijs peregrini & eatenus incogniti erupere morbi. Et li.9.hæc ſubdit,ſub idem tempus laborabat magna orbis pars triennium continuum peſtilentia mortalium pluribus ea abſumptis,quam ea euadentibus. Noſtrates non tam id temporis quam longa ex inde ſecula,ſicuti & ab omnium penè febrium acutarũ genere liberi ita nullam huiuſcemodi luem ſunt experti,neq; tam mortiferæ peſtes prius in Scotos deſeruierunt,quam omiſſa ueteri,ac ſalutifera patrum patrimonia in omnem ingluuiẽ dilapſi ſeſe cũctorum morborum iniuriæ obnoxios fecerunt. Ita quoq; idem author lib.3. eiuſdem hiſtoriæ meminit Claudij Cæſaris Veſpaſiani,qui Britonibus ad Romanam fidem deductis Orcades ultimas Oceani Inſulas vincendi cupiditate ductus cum exercitu ſtatuit,inuiſere, cumq; in Pomoniam(hodie KyrKualiam uocat, vnam ex iis Inſulis appuliſſet noxiis animalibus carere reperiſſe utilioribus tamen affluentem, Incolas uero in lõgam abire ſenectam, perpetuaq; bona corporis ualetudini degere, & ob id incognitum penè medicorum uſum. Hæc ſubijcere volui ut quilibet ſcire ualeat multum referre ad ualetudinem tutandam

ſub quo quis cœlo naſcatur, ac ſolo dagat. Habemus literis mandatū ab Alberto Krantzio lib.5. hiſtoriæ Saxoniæ tempore quo bellum ſacrū à chriſtianis Duce Gotifredo ſuſceptum eſt circa Niueruam mirabilē genus morbi innotuiſſe, Tacti namque homines igni inuiſibili ardebāt, qui facile penetrabat præcordia, alii pedes, alii manus, ea occaſione præciderant. Pomponius Lœtus in compendio hiſt. Rom. tradit Heraclitum Imperatorem nouo cladis genere peremptum, teſtium nempè folliculo ſurſum, uerſo, ſimul cum uirili membro, & ſemper tento, adeo ut quoties meieret, niſi tabula umbilico admota prohibente uultū lotio ſparſiſſet. Hoc tamen morbi genus nos Priapiſmum fuiſſe ſuſpicamur præſertim cum id illi ob illicitas nuptias auidiſſe exiſtimatum ſit. Platina de Vitis Pontificum ſcripſit temporibus Deus dedit primi Pōtificis erupiſſe ſcabiem quandam ita ad Elephantiam tradentem vt deformitate cognoſci homines non poſſent. Gregorius Turonicus Hiſtoriarum Francorum lib.5. tradit anno. 34. Childeberti Regis Dyſentericum morbum Popularem penè Gallias totas occupaſſe, ac deuaſtaſſe, quæ patientibus inerat ualida cum uomitu febris, renumq; nimius dolor, caput graue, uel ceruix, ea uerò quæ ex ore proiciebantur colore croceo, aut certè uiridia erant miſsis in ſcapulis ſiue cruribus uentoſis, procedentibus, erumpentibuſq; ueſicis, decurſa ſanie multi liberabantur. Blondus lib.7. Decadis 2. meminit anno ſalutis. 1222. Romæ tabem populatam, ita ut multi ex ea obierint, tùm nullum ab eadem ægritudine penè intactum fuiſſe. Nec omittendū morbi genus ex quo plurima milliaria fame per Amiliam Picenum Thuſcos grauante extincta ſunt. Scribente Procopio lib.2. de bello Gothorum in hūc modum. Qua autem morbi ſpetie, & quemadmodū hi morientur mox explicabo, Cum enim nihil his eſſet quo ueſcerentur extenuati nimiū omnes pallenteſque reddebantur, caroq; ut cibo diutius carens in ſe ipſa retracta cohæſerat, fel item cum nimium abundaret, atque adeò corpora ipſa ui ſua oppreſſa cani infeciſſet, haud quaquam ſinebat ſuo e priſtino curſum in his uenas diſluere malo itaque præuincente nil prorſus ſucci corporibus relinquebat, cutis præterea obdurata corio perſimilis erat præſè maximè ferens quod impacta oſsibus inhæſiſſet, liuore iam in nigredinem commutato, unde & homines exuſtis facib⁹ nihil abſimiles uidebantur, eorumq; facies ſtupidior erat, toruuſque ac furentis aſpectus.

Caſu Curati. Cap. V.

QVis non admirabitur nonnullos aliquando caſu, & fortuna ſanari, quos diligens medicus quibuſuis rectè adhibitis præſidijs ſanitati reſtituere non ualet, quod tamen ſæpè obſeruatum legimus, & hoc loco hiſtorias quaſdã huius generis, utpotè inſtituto noſtro maximè conuenientes deſcribere inſtituimus. Si quod morbi genus eſt curatu difficile, ac rebelle, quartana ea eſt, quæ medicos conatus ut plurimum flocifacit, hæc nihilominus perſæpè caſu & fortuito fugater ſiquidẽ cũ Gal. 11. de uſu par. caſu, & fortuito ea fieri dicimus, quæ contraria ſunt eis, quæ prouidentia, & arte fiunt. Narrat Beniuenius de ab. morb. cau. c. 59. Villicum ſuum annuam patientem quartanam conſilio cuiuſdam Empirici faſelum ex omphacino & alia uſque ad ſatietatem deuoraſſe, ad uigintiq; inſuper uini meri calices ebibiſſe, quo adeò inflatus eſt, ut è foco propè quem cenauerat amoueri penitus non poſſet, quare ſtrato humi pallio quo inducebatur ibidem pernoctauit, matutino autem aduentantem tempore diffuſus per omnia membra ſudor eſt, quo finito uomitu quicquid comederat reiecit, & cũ eo pituitoſa excrementa quam plurima, quo factum eſt ut quartana quoque extruſa ualetudinem ſit conſecutus Luſ. cent. 2. cur. 42. meminit pariter alterius Iuuenis qui cum ſe ſaturaſſet eſitãdo edulium quamplurimum ex melongenis, & alijs confectum nimio quoque uino ingurgitato à quartana liberatus eſt. Et Nicolus ſe. 2. tractu. ſum. 4. c. 5. Copolapi de Medicis, meminit qui pariter ex errore à quartana liber euaſit.

Ex timore repentino quidam quartana liberati ſunt, quod atteſtatur Raſis 18. cont. Tradit Plinius quod Q. Fabius Maximus Conſul apud Iſaram, flumen prælio commiſſo aduerſus Allobrogum, Aruenorumque gentes ad 6. Idus Auguſtas c. xxx. M. perduellium cæſis febri quartana liberatus eſt in acie. Narrat Franciſcus Val. obſer. lib. 2. obſer. 4. ſe quartana affectum Iacobum Bannum in uehementem iram à ſuis conſultò accenſum curatum ex templò uidiſſe, cum nullis antea medicamentis ceſsiset morbus. Nec non ſigultum grauiſsimum, & cõtumacem, qui nullis rimedijs cedebat terrore ſubitario iucuſſo ſe curaſſe in Diui Ioannis Hieroſolomitani milite, qui Diui Vincentij Toparchus erat iureiurando affirmat; Quinimo in Ioannem ſobiratium ipſius conſobrinum, qui Auenione conuulſus plurimos annos conſtiterat, ita ut contractis popletibus ingredi non ualeret, repentina ira, atque uehementi percitus in famulum, quem plagis cedere nitebatur ita corpus exagitaſſe ut confeſtim diſtentis crurũ neruis, proplitibuſque

que emolitis, & ſine ullo doloris ſenſu incedere & erectus ſtare cum incuruo corpore annos totos plus minus ſex conſtitiſſet liberè poſſet. Sed quod admirabilius uidetur ibidem hiſtoriam tradit Ioannis Berbæ ciuis Arelatenſis reſolutione multis annis laborantis qui cum diù reſolutus manſiſſet, incedij metu cum ſe a domo ſaltu præcipitem dediſſet; domo & lecto propè incenſis, incolumis, & ꝓbè incedens de repente factus eſt, ita ut quem operoſa medicorum manus uiuare nequiuerat caſus mirificè liberarit. Recenſet Beniuenius c.55. Nicolaum Architectum cum de eminenti Turri præceps ruiſſet, cum antea ultro claudicaret pede, rectè deinceps ambulaſſe, Quia & puerum uidimus qui peſtilenti morbo correptus, curatuſque, cum prius utroque pede claudicaret ut niſi duobus fulcitus baculis omninò incedere nō poſſet, id malū effugerit, ut ſine aliquo adminiculo incederet, & c.109. affirmat mulierem aquam inter cutem laborantem, neſcio quo ſpiritu impulſam de eminenti quodam loco ad terram deuolutam lapide eliſo uentre effuſo humore penitus ſanati. Io. Lāgius Epiſt. 12. meminit uxoris barbitonſoris ſiquid rupe laborantes q̄ progreſſa ad fontē in qua cum aquæ ſcaturigine ſimul arena ebulliebat de qua quantum manu caua appræhendere potuerit ter aut quater deuorauit, domum reuerſa intra biduum per fluxum ventris plurimum pituitæ excreuit apertis quoq; ſua ſpontè in ano mariſcis vnde ab hydrope conualuit. Ptolomeus Phalereus uomica laborans, vulnerato pectore, cum mortem in acie quæreret medicinam inuenit Plinio authore lib.7.c.50. Et Iaſon Phęreus clàm gladio percuſſus perforato apoſtemate antea inſanabili ſanitati reſtitutus eſt authore Val. Max. lib.1. ca. 6. ſcribit Alex. Benedictus de corporum morbis lib.3. in prohemio. Vidimus Hyaderæ ſupra frontem vulneratum cęcitate, & vulneri liberatum ſenem iuſſu hebetiorem nonagenarium, & rurſus c.29. Germanus quidam Hyadereæ octogenarius uiſu hebetiore equo abactus currente in terram ex improuiſo ferè exanimatus in lapidem capite coniectus eſt confregit frōtem in ea curatione (id enim vidimus) uiſum recepit, obſtructis meatibus per quos effluere ſolitus erat, humor acies infeſtans, atque ita ab imprudenti milite medicinam inuenit. Gordonius meminit melancolici, qui forte fortuna in capite vulneratus reſcipuit, & Rhondelitius c. de melancolicis recitat hiſtoriam mulieris melancolicę, & maniacæ cui ſuo tēpore ob caſum apertum fuit cranium & ſanata eſt. Superioris etiam meminimus nos. c.4. lib. 11. Epileptici uiri qui vulneratus in capite ſanitati reſtitutus eſt. Plutarcus in percelebri tractatu illo quomodo ex iuimicis utilitas capi poſſit meminit cuiuſdam q̄ inimicum quendam Prometheum appellatum habebat qui illi quam maximè

mè inſidiabatur quamobrem die quodam eum aggreſſus multa illi vul nera inflixit,& inter cętera gladio diſſecuit tumorem,quo laborabat, nec unquam curari poterat.Petrus Meſsias parte.3.varię lect.c.15.ſe quendam vidiſſe teſtatur qui cum in fœmore vulnus ſuſcepiſſet ſanat⁹ claudicabat,at poſtmodum alia in rixa eadem in parte ſauciatus,& ſa natus rectus in poſterum inceſsit. Squinantico iam ferè ſuffocato vul nus inflictum in guture ſanitatem dediſſe Albucaſis eſt author,quem- admodū ſuperius teſtati ſumus.c.3.lib.11.Beniuenius c.21.hęc habet. Et ſuperius lib.3.c.2.ſquinanticorum duorum,quorum vterq; dū ſuf- focaretur gladio in guture percuſſus ſanatus eſt referentibus Albuca ſi,& Gloſſatore. Memini Onofrium Thedaldū pro mortuo à Medicis derelictum,lepra ſiquidem hominem male habebat,& febricula in ſu- per vrgebat, quam quod ſolidas animalis partes occupans quaſi habi tum inducat Gręci ἑϑικὴν vocant,tantumq; inhæſerat ſolidis membris hęc febricula ut macie, & carne conſumpta nihil niſi pellis & oſſa ſu-- pereſſet,quin & in neruis crurium tanta item contractio facta erat vt calces natibus inhæreſcentes extendi nullo modo poſſent.Aduentan- te vere cum iam nux plurima tenuiori cortice veſtiretur his veſci cœ- pit; Et cum omne aliud cibi genus faſtidiret,ſupra centū ſingulis die- bus comedebat pane, licet modico adiecto, quo factum ut & uenter fluere cœperit & ſtomachus nihil continere,ſicq; fruſtula integra dei- ci,vt concoctio nulla in eis appareret, hoc itaq; incurioſo & licentio- ſiore uictu uſus,ad ęſtatē uſq; proceſsit; Quo tempore Circullos An gurias,peponeſq; comedens,nullum præterea cibi genus deuorabat, ſed & ea cruda,& inconcocta omnia deiciebat, peracta autem iam fe- rè ęſtate refici cœpit,& corpus quoquomodo reſumptum, ad habitū ſuum reuertitur,quo ad ſicco,& calido morbo humidis, & frigidis pſi dijs ſuperato,quem ratio,& diligentia curare non poterat iniuria, & temeritas ad priſtinam redegerit ſanitatem. Leproſi huius hiſtorias binas à Gal.deſcriptas per hæc uerba lib.11.de ſympt.med.fac.in me moriam reuocauit. Homo quidam morbo quem Elephanta cognomi- nant laborans,aliquo vſq; cum ſodalibus conuerſabatur donec ex ip- ſius conſuetudine,cōuerſationeq; quidam noſtrum inficerent mor- bi cōtagione,& ille iam odoratu grauis,ac fędus redderetur aſpectu; cōſtructo itaq; illi tugurio proxime uicum in iugo collis propter fon- tem,illi hominem collocant,tantum illi quotidie ciborum ferentes,qđ uitæ ſuſtinendæ ſatis foret; Cœterum ad Canis exortum, cum forte meſſoribus, haud procul inde metentibus uinum eſſet allatum in ficti li ſanè quam fragrans,is quidem qui attulerat depoſito illo propè meſ ſores abijt,uerum ubi eius bibendi aduenifſet tempus, ſublato fictili

adoleſcens

adoleſcens,& pro more impleƈto cratere, competenti aqua uinum tẽperaret in cratera uinum effundit,& una excidit uipera mortua, quare attoniti meſſores, ueriti ne quod ſi ebibiſsent inde ſibi malum eueniret, ſuam quidem ſitim aquæ potione ſedare maluerunt, cœterum cum inde diſcũderent præ humanitate uidelicet & miſericordia homini illi elephanti obnoxio uinum largiuntur, rati expedire ille potius mori, quam uiuere in ea miſeria, at ille ubi bibiſſet admirandum in modum ſanitati reſtitutus eſt. Nam tuberoſum illud omne cutis totius non aliter quam animalium a teſtis mollitie nuncupatorũ malacoſtracũ tegmen decidit, quod autem reliquum erat molle admodum apparuit inſtar cutis cancrorum,& locus ſtarum, Carobos (Græci uocant) ubi, extima teſta fuerit detraƈta. Alterum quoque eius modi non deſsimili caſu in Myſia Aſię non procul ab Vrbe noſtra accidit. Vir quidã Elephanto laborans profeƈtus eſt ad aquarum ſponte naſcentium uſum, ſperans inde nonnihil ſe commodi adepturum. Erat illi ſcortum mancipium, iuuencula ſanè formoſa, compluribus amatoribus ambita, ille illius fidei tum nonnulla alia ad rem domeſticam ſpeƈtantia, tum pena ipſum crediderat; perfeƈtis igitur illis in ædibus, quibus uicinus erat locus ſqualidus,& uiperarum plenus, fortè fortuna ex illis una in urcum uini incidit, negligentius poſitum, extinƈtaq; eſt. At ſcortum quidem in lucro id reputans, quod ſorte eueniſſet, hero id uini propinat atque ille ebibit, cœterum exinde ad eum modum quo ille qui degebat in tugurio perſanatus eſt. Author eſt Alex. Benediƈtus lib. 5. c. 6. Mercatorem quendam Cretenſem nobilem ſibi narraſſe cum in Taurica regione negociaretur,& ſæuiſsima peſtis ortu eſſet, aeris uitio quo finis moriendi non erat, in ea ſumma hominum ſtrage a ſe medicum viſum loci ei⁹ incolã, nã ſarmatẽ ea loca incolũt, q̃ canes oẽs ĩterẽptos paſsim p̱ vias, perq; vicos oẽs abijci iuſsit, q̃ diſtẽſi & putredi tetro odore cęlũ ĩpleuerũt, quo remedio ſtatĩ ciuitas ſanitati reſtituta eſt. Quaro q̃s hoc curationis gen⁹ fortuitũ poti⁹,& caſuale nõ decet quã rationẽ p̱quirat, ego profeƈtò nullã rationem ſubeſſe puto, uel ſaltem occultam ualde erat ratione longinquam Calculis caſu ſe curatum ſcriptum reliquit Olaus Magnus lib. 13. c. 92. inquiens. Clauſus ego in obſidione, regiæ ciuitatis Holmenſis Sueuiæ M. D. XX. b bens horeaceam ceruiſiam antiquiſsimam lapillos ſine læſione aut paſsione ſingulo mane in in urinali expulſos uidi,& inſtar granorũ milij, ciceris,& piperis quãtitate nucis ſimiles eieci, nunquamque calculi ſpetiem poſtea ſentiẽs, Ideoq; calculũ mire leuare cognoſci Profeƈto caſu quodammodo curatos ex Etnicis illos dicere poſſumus qui remedia cum ſomniaſſent, illis uſi ſanitati reſtituti ſunt, quemadmodum Plinius lib. 25. ca. 2. Ma-

trem

trem per quietem ſomniaſſe uti radicẽ Cynorhodi ideſt Silueſtris roſæ mittendam filio ut eam biberet,qua aſſumpta à filio in lacetania militante a canis rabidi morſu ſeruatus eſt ſic Gal.in antiquis hepatis & diaphrag.doloribus ut habemus lib.de anat.uiuorum per ſomnium ſecta uena inter pollicẽ,atq; indicem manus inſinuata curatio eſt.Oculi pariter inflammati remedium tempeſtiuum ſibi ſe repetiſſe per ſomnium teſtatur Abynzoar.

F I N I S.

R E G I S T R V M.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii.

Tutti ſono foglij ſemplici eccetto A.ch'è doppio e l'indice da per ſe.